# DISSERTATIONES

# PHILOLOGICAE HALENSES

**VOL. XIV.**



HALIS SAXONUM

**MAX NIEMEYER**

MDCCCCI.

## INDEX DISSERTATIONUM.

HENRICUS REINHOLD:

# DE GRAECITATE PATRUM APOSTOLICORUM LIBRORUMQUE APOCRYPHORUM NOVI TESTAMENTI QUAESTIONES GRAMMATICAE.

Postquam nostra aetate cognitum est ut nniversam hominum linguam ita graecum sermonem per mnlta saecula propagatum plurimas vicissitudines esse expertum, quare complures linguae graecae species esse discernendas aetate et natura plaue diversas, quae uon sine maguo grammaticae detrimento iuter se confunduntur,[1]) magnnm in philologis studinm exarsit, ut singulorum saeculorum proprietate accurate observata undique materiam congererent ad historiam linguae graecae condendam. Atque quamquam mnltum etiamnnnc abest, ut illud, quod expetimns, simus .assecuti, quippe quod fieri non possit nisi consociata mnltorum eaqne diuturna opera, tamen mnlta iam in hoc genere a viris doctis egregie sunt pertractata. Iam Krumbacheri imprimis opera lux affulgere coepit illi multorum saeculornm spatio atra caligine olim obvoluto, quo hodiernus Graecorum sermo ab antiquitate dirimitur; iam Hatzidakis, Thumbius, alii viam mnuiverunt ad linguam vnlgarem, quae nnnc iu Graecorum oribus viget, accuratius coguoscendam et a prisca graecitate derivandam. Plurimum vero studii viri docti illis Alexandriuis qu. d. saeculis impertiverunt, quibns post siuceritatem sermonis Attici una cum Graecorum libertate lapsam nova et scribendi et loquendi consuetudo invalescere coepit. Atque illud quidem graeci sermonis genus, quo scriptores illius aetatis in libris conscribendis ntebantur, est illa *κοινὴ διάλεκτος* omnibus notissima. Qnae lingua, quamquam ab Atticorum sermone origiuem ducit, tamen magnopere ab eo differt, ita antem, nt mnlto plura in verborum copia et in syntaxi novata sint quam in declinationo vocabulornm. Ab hoc sermone, qui in scriptis usurpabatur et in eruditiorum consuetudine vigebat, iam tum

[1]) Elegantissime, ut solet, de hac re disputavit Cobetus, or. de arte interpr. p. 8; de emendanda ratione gramm. gr. 4 sqq; de auct. et usu grammaticorum 4.

haud exiguo intervallo distabat cotidianus popularium sermo, quem nequaquam cum τῇ κοινῇ διαλέκτῳ confundendum esse iure Krumbacherus (hist. litt. Byz.² p. 789) monuit.[1]) Haec enim *graecitas vulgaris* — ut nomine utar a Krumbachero[2]) commendato — quae inde ab altero a. Chr. n. saeculo, quo primum in papyris titulisque in lucem prodire coepit, per medium aevum iuxta scriptorum dictionem expolitiorem in popularium usu tanquam occulte perduravit et paulatim crevit et hodiernum sermonem cotidianum sive γλῶσσαν Ῥωμαΐκήν effecit, multo celerius et longius a prisca graecitate deflexit quam ἡ κοινὴ διάλεκτος, neque vocabulorum declinationi pepercit ab illa plerumque servatae.

Ad has duas recentiores graeci sermonis figuras, quae aetate Alexandrina provenerunt, observandas viri docti convenerunt ex diversis partibus profecti. Primum enim saecula illa, quae Polybium totque alios scriptores nequaquam spernendos tulerunt, cadunt in provinciam philologorum, qui veterum Graecorum litteras colunt; qui nostra aetate studiose elaborant in lingua illorum scriptorum observanda et a consuetudine Atticorum discernenda. Deinde iis, qui hodiernae graecitati cognoscendae eiusque origini indagandae operam navant, ad illam hellenisticam qu. d. aetatem recurrendum est, qua prima tanquam fundamenta hodiernae linguae vulgaris iacta sunt. Denique theologi, quippe quorum doctrina posita sit in Sacro Codice vulgari illo graeci sermonis genere conscripto, necessario adducuntur ad illam linguam pernoscendam; qui nuper optimo cum fructu ultra terminos nimis augustos evagati consuetudinem scriptorum sacrorum cum libris profanis eadem aetate scriptis comparare et ex his subsidia ad libros sacros explicandos petere coeperunt.

[1]) „Der lebendigen Sprache der alexandrinischen und römischen Zeit steht sie [die κιονή] zwar näher als der von den Klassikern gebrauchte attische Dialekt, sie ist aber etwas anderes als die einem ewigen Wechsel in den Lauten, Formen, Wörtern und in der Konstruktion unterworfene Redeweise der gemeinen Leute. Sie steht auf einer Mittelstufe zwischen der attischen Reinsprache und dem schwankenden Idiom des Volkes".

[2]) ll. 789 et in Kuhnii ephem. XXVII, 488. Ut hic „κοινή und Vulgärgriechisch", ita Guil. Schmidius (Attic. vol. IV pass.) discernit „höhere und niedere κοινή".

Tot virorum doctorum in haec studia incumbentium insigni industria factum est, ut non modo multae observationes ad sermonem vulgarem pertinentes prolatae sint, sed etiam suus honor illi linguae recentiori sit restitutus, quae antea turpiter contempta et spreta iacuerat. Ac mirum profecto est, quanta sententiarum conversio facta sit. Notum est, ut hoc afferam, quam acerbe Cobetus de recentiore graecitate iudicaverit, qui Graeculos illos, quos implacabili odio tanquam inimicos suos persequebatur, vehementissimis maledictis increpare non desiit. Qui vir clarissimus ut optime meruit de veterum scriptorum sermone librariorum socordia corrupto ad pristinam sinceritatem revocando, ita iniquiorem se praebuit illis propterea maledicens, quod noniam eadem lingua utebantur qua Plato et Demosthenes. Nos didicimus suum cuique saeculo modulum esse adhibendum neque hominibus vitio vertendum esse, quod temporum decursu linguam non intactam servaverunt, cum ea hominum commoditati potius inserviat quam artis praeceptis teneatur. Est sane multo elegantior Atticorum sermo et copiosior et numerosior et ad sententiam accurate exprimendam accommodatior et elaboratae compositioni magis aptus; quis infitiabitur? Sed negari non potest linguam quoque recentiorem suis virtutibus non carere, dummodo desistamus eam ad severum Atticistarum tribunal vocare. Ac de plerisque quidem rebus difficile est iudicare, quid pulchrius sit quidve deterius. Quis enim, nisi qui praeindicata opinione deceptus est, affirmare audebit *λέγειν* pulchrius esse quam *λαλεῖν, χέω* quam *χύνω, εἶμι* quam *ἐλεύσομαι, νοῦ* quam *νοός, θᾶττον* quam *τάχιον*, innumerabilia alia? In talibus nostrum erit, mutatam loquendi consuetudinem diligenter observare et linguae graecae species aetate et usu diversissimas accurate discernere, verum non est grammatici, quid pulchrius quidve secus videatur, quaerere. Atque ut quaestio de pulchritudine omnino e grammatica exterminanda est, ita ne illud quidem grammatico dicere licebit *vitiosa* ea esse, quae cum antiquioris linguae lege pugnant. Verum est linguam vulgarem abundare formis et structuris ad novam analogiam contra Atticorum usum fictis. Sed qui vitium inesse censet in *ἀπεκατέστη, συγγενῆν, τὸν πατέραν*, eidem concedendum erit Atticos in eadem culpa esse, qui *ἠνειχόμην* dixerunt et inde ab anti-

quissima aetate genitivo *πολίτεω πολίτου* substituerunt ad similitudinem secundae declinationis fictum, et *Οἰδίπουν* pro *Οἰδίποδα* usurpaverunt et inde a quarto saeculo *Σωκράτην*, *Δημοσθένην* sim. in sermonem irrepere passi sunt pro genuinis accusativis vocali terminatis. Eadem igitur analogia, quae linguae vulgari leges praescribit, inde ab antiquitate in Graecorum sermone sicut in omnibus hominum linguis valuit neque unquam novas deinceps formas proferre cessavit rarioribus quibusdam abiectis et ad suetam normam redactis. Quaecunque igitur aliquo tempore loquentium usu confirmata sunt, ea agnoscet grammaticus neque vitiosa ea esse dicet, in quibus novi aliquid inest. Haec ratio historica qu. d. postquam a grammaticis recepta est, ignominiae nota dempta est linguae illi recentiori, quam Cobetus (VL [2] 182) per contumeliam dixerat 'sermonem putidum, quo utebatur Graecia decrepita, senio confecta et delirans'. Suo iure enim Krumbacherus, cum in 'symbolis ad historiam linguae graecae' (in Kuhnii ephem. vol. XXVII, p. 481 sqq) horum studiorum viam ac rationem praeclare adumbravit, unamquamque formam vulgarem ad cognoscendam sermonis historiam eiusdem momenti esse affirmavit atque quamvis ex Homeri carminibus petitam.

Quod cum viri docti sibi persuasissent, egregio cum fructu linguam vulgarem ab aetate Alexandrina usque ad nostra tempora per varios gradus propagatam investigare et illustrare coeperunt. At haec studia difficultatibus quibusdam premuntur haud exiguis. Neque enim contigit graeco sermoni, id quod in aliis linguis observatur, ut sensim et constanti cursu perpetuaque serie continuaretur tanquam amnis alveo declivi leniter decurrens, sed fluvio similis est cautibus interrupto et per saxa obstantia aegre se devolventi. Nam nativus linguae processus arte et doctrina vehementer turbatus est. Etenim illa *κοινὴ διάλεκτος*, quamquam aliquanto politior et constantior erat quam cotidianus indoctorum sermo fluctuans et varians, tamen communem intelligentiam non excedebat neque tam fastidiosa erat, quin multa ex populari consuetudine reciperet; quam linguam felici quadam mediocritate insignem si scriptores posteriorum saeculorum magis magisque excoluissent neque unquam a lingua cotidiana citius procedente nimis longe recedere passi essent, sermo graecus

perpetua quadam continuatione sensim processisset. At quibusdam hominibus doctis aliter visum. Postquam enim per aliquot saecula lingua κοινή valuit, ineunte aetate Romana illi Atticistae extiterunt, qui omnia, quae cum veterum Atticorum norma pugnabant, aspernati ex assidua lectione antiquorum ingenti cura ac studio recoctum et artificiosum et mortuum genus dicendi sibi finxerunt. Quae perversitas brevi tam late manavit, ut omnes fere scriptores communem loquendi morem reformidantes illi sermoni se addicerent magno labore ficto et arte quaesito, cum sermo vulgaris ab usu scriptorum et a consuetudine eruditiorum exclusus ad illitteratam plebeculam detruderetur. Dici vix potest, quantum detrimentum Graeci ceperint ex prava illa Atticistarum industria, qui linguam ad artem et ad severa praecepta alligaverunt. Horum enim opera factum est, ut Graecia in duos quasi populos discederet lingua diversos, alterum eruditorum, qui Atticismi praeceptis tenerentur, alterum indoctorum, qui lingua vulgari uterentur ab illis fastidiose contempta. Quod discidium etiamnunc apud Graecos mansit, controversia inter ἀττικισμόν et συνήθειαν ne hodie quidem composita.[1])

Quae cum ita sint, facile intellegitur, quantis difficultatibus obstructa sit sermonis vulgaris investigatio in litterarum monumentis raro emergentis. Quo maioris pretii ii fontes sunt, ex quibus illibatae linguae vulgaris notitiam haurire licet,[2]) in quibus primum tituli lapidibus incisi, deinde papyri Aegyptii numerandi sunt. Sed inter scriptores pauci inveniuntur, qui repudiato Atticismo linguam vulgarem scriptis suis exprimere sunt ausi. In quo genere primum locum merito tenent Judaei et Christiani illi, qui Cobeto graece magis balbutire quam loqui videbantur (VL $^2$ 607), scilicet scriptores Sacri Codicis utriusque Testamenti, quorum loquendi usus linguae vulgari plerumque quam κοινῇ similior est.[3]) In quorum lingua illustranda theo-

[1]) Cf. Krumbacher l. l. 787 sqq.

[2]) De fontibus graecitatis vulgaris disputavit Krumbacher l. l. 790 sqq. Cf. Blass, Gramm. d. nt. Gr. p. 2.

[3]) Ad nimiam anxietatem descendit Viteau, Etude sur le grec du N. T. p. XXIV, cum discrimen intercedere statuit inter linguam familiarem (quam NTo exprimi dicit) et popularem sive vulgarem. Talia verbis facilius quam re distinguuntur.

logi pariter atque philologi studiose elaboraverunt. Atque postquam ii, qui olim in horum librorum graecitatem inquisiverunt, in varios inciderunt errores, recentiores tandem eam rationem sunt ingressi, quam prospere cessuram esse sperare licet. Quorum ex numero insigni cum laude memorandus est Deissmannus,[1]) qui luculenter demonstravit Veteris Novique Testamenti graecitatem intellegi non posse nisi profanis fontibus linguae vulgaris diligenter excussis; neque enim sermonem eum, quo scriptores sacri utantur, peculiare quoddam genus graecitatis esse suisque numeris absolutum, sed fere congruere cum lingua communi, qua tunc in Aegypto Asiaque homines utebantur. Atque illud quoque animadvertendum esse docet, tanta inter singulos Sacri Codicis libros discrimina intercedere, ut omnino non liceat linguam versionis a LXX interpretibus confectae Novique Testamenti tanquam unum et sibi constans graece loquendi genus („Bibelgriechisch") comprehendere, sed diligenti examine diversos scriptores esse discernendos, eos imprimis, qui hebraica graece reddiderunt, ab eis, qui linguae hebraicae exemplo non impediti libero ore graece locuti sunt. Quae ut recte disputata esse apparet, ita morosiorem se praebet Deissmannus in eis increpandis, qui de „graecitate Novi Testamenti" loquuntur. Quamquam enim scriptores ei, quorum opuscula in hunc librum coacta sunt, neque plane eodem genere dicendi utuntur neque singulari et alioquin inaudito, tamen brevitatis causa hos libros utpote argumenti similitudine coniunctos sueto illo nomine complecti et a reliquis linguae communis monumentis verbo potius quam re segregare licebit, dummodo illud teneamus hoc genus dicendi explicari non posse nisi ceteris fontibus perpetuo comparatis.

Atque in eadem fere sententia Schmiedelius fuit, cum ad Wineri grammaticam denuo edendam se accingeret, cuius libri pars prima anno 1894 publici iuris facta ab omnibus merita laude accepta est. Diligentissime enim editor, quantum potuit, ex scriptoribus profanis, titulis, papyris ea congessit, quae ad usum NTi illustrandum aliquid afferre viderentur. Quamquam opus illud, quod expetimus, libro illo non tam

[1]) Bibelstudien. Marburg 1895. Neue Bibelstudien 1897. Cf. Gött. gel. A. 1896, 761 sqq.

absolutum quam institutum esse ne ipse quidem auctor ignoravit, neque quisquam prius de lingua NTi ita, ut nihil desit, exponere poterit, quam lingua versionis Alexandrinae grammaticum nacta erit ceterique fontes linguae vulgaris communi virorum doctorum opera erunt exhausti. Interea nostrum erit, ea, quae Schmiedelius aliis facienda reliquit, paulatim eius operi addere.

Atque pergratum harum rerum studiosis accidit, quod paulo post e philologis vir omnibus doctrinae adiumentis instructus surrexit ad opus a Schmiedelio susceptum persequendum et supplendum. Fr. Blassius enim graecitatem NTi libro explicavit utilissimo et bonae frugis pleno (Gramm. des neutest. Griechisch, Göttingen 1896). Sed supersunt etiamnunc fontes graecitatis vulgaris haud pauci, quos diligenter exhauriri eorum interest, qui sermonis vulgaris naturam penitus perspicere cupiunt. Atque quaerenti mihi, numquid quantivis pretii afferre mihi contingeret ad opus illud exornandum, non inutile visum est in reliquos scriptores christianos inquirere, qui NTi scriptoribus recentiores sunt. Sed in his delectus instituendus est ei, qui linguam popularem cognoscere volet; nam patres ecclesiastici, qui vocantur, quo quisque doctior est, eo magis se Atticismo addicunt, cuius leges profani scriptores sequuntur. Sed restat haud exiguus numerus libellorum, quorum scriptores vulgarem consuetudinem amplexi sunt. Huius generis sunt Patres qui vocantur Apostolici et euangelia et acta apostolorum apocrypha et apocalypses apocryphae, qui libri ad cognoscendum sermonem graecum vulgarem non minoris momenti sunt quam Novum Testamentum. Sed hic ager fertilissimus adhuc incultus paene iacet. Praeterquam enim quod Hatzidakis egregio illo libro, quo quasi portam studiorum neograecorum reseravit, nonnulla ex libris apocryphis excerpta attulit ad nascentem sermonem vulgarem illustrandum, et Blassius Clementis Barnabaeque epistulas et Hermae Pastorem adhibuit ad graecitatem NTi explicandam, nemo adhuc, quod sciam, de illorum monumentorum lingua fusius disputare instituit. Schmiedelius certe nullam fere eorum rationem habuit.[1]) Quae cum ita sint, non supervacaneum mihi

[1]) Parum recte Schmiedelius § 3 adn. 7 libros apocryphos plerosque tam rudi dictione compositos esse iudicat, ut eodem intervallo a NTo distent quo hoc a veteribus scriptoribus.

visum est observationes nonnullas, quas illorum scriptorum lectio mihi suppeditavit, hac commentatione expromere,[1]) ut meam quoque symbolam, quantulacunque est, ad ἔρανον illum augendum conferam, ad quem Schmiedelius philologos invitavit. Sed ne quis nimiam de libello meo spem concipiat, mihi non est in animo omnes quaestiones, quae de dictione horum librorum instituí possunt, absolvere et ad finem perducere, quod omnino fieri non potest sine aliqua linguae hebraicae scientia, cuius equidem prorsus expers sum. Quamquam linguae hebraicae imitationem apud hos scriptores christianos non tam late patere quam nonnulli crediderunt, iam pro certo haberi potest, postquam multa, quae ex Judaeorum sermone fluxisse quibusdam visa sunt, linguae graecae communis propria esse cognitum est.[2]) Atque in actis apocryphis quidem aut rara aut nulla deprehenduntur Hebraismi vestigia; plura eiusmodi in euangeliis apocryphis invenies, quorum scriptores aut libros hebraicos verterunt aut euangeliorum dictionem ἑβραΐζουσαν imitati sunt; ac de Patribus Apostolicis Hermae Pastor imprimis abundat locutionibus Hebraismum redolentibus. Sed illa linguae hebraicae imitatio, quantacunque est, ad universam orationis structuram et ad vocabulorum significationes magis pertinet quam ad grammaticam,[3]) in quam solam inquiremus; quare licebit nobis hebraici sermonis notitia non instructis ad graecitatem horum scriptorum pervestigandam accedere. In animo igitur est ex universa dictione capita quaedam memoratu dignissima delibare, ac plura quidem ad litterarum mutationes et ad vocabulorum flexuram, pauca ad syntaxin pertinentia; quas observationes ita distribuam, ut commentatio mea grammaticis Schmiedelii et Blassii

---

[1]) Nonnulla etiam comparationis causa afferam e Pseudo-Callisthenis codice Leidensi a Meuselio (ann. phil. suppl. V, 701 sqq) edito, quem egregium fontem graecitatis vulgaris esse Bureschius (Mus. Rhen. XLVI, 195) ostendit. Sed vir doctus erravit, cum sermonem Alexandrinum illo codice exhiberi censuit; neque enim Aegypti finibus circumscribuntur, sed universae linguae vulgaris propria sunt, quae in illo inveniuntur cum veterum consuetudine pugnantia.

[2]) Cf. v. g. Schmidt, annal. phil. suppl. XX, p. 421. 515. Deissmann n. BSt. 21 sqq.

[3]) Cf. Winer-Schmiedel § 4, 2.

supplemento esse possit. Nonnulla ex lingua Graecorum hodierna afferam ad naturam illius antiquioris sermonis vulgaris illustrandam; cuius linguae aliquam cognitionem, quam necessario requiri constat ad eiusmodi quaestiones cum fructu tractandas, mihi comparavi ex egregio illo linguae neograecae enchiridio a Thumbio nuper in lucem emisso.

Sane grave et insolitum est philologo ex amoenissimis pratis bonarum litterarum, in quibus habitare consuevit, egresso in his vastis et incultis campis domicilium collocare longissime a Musarum sede remotum, et taedium fastidiumque nonnunquam in animo surgit ex librorum illorum lectione, quorum plerique et genere dicendi horrido plebeioque compositi sunt et ab elata illa simplicitate fidei Christianae longissimo intervallo distant, stupida superstitione et narratiunculis ineptissimis referti. Atque operosum et iniucundum interdum est, quasi de faece haurire et variae lectionis farraginem scrutari ad formas vulgares ex monstruosis librariorum scripturis eliciendas. Verumtamen horum studiorum molestia ample compensatur bono fructu, qui ad sermonem vulgarem cognoscendum inde redundat. Quamquam non facilis neque plana est de his libris quaestio; immo ei, qui in eis operam suam collocare incipit, statim magnae oboriuntur difficultates in illorum librorum natura et in ingenti codicum mss. discrepantia positae. Ac Patrum quidem Apostolicorum libri minus his difficultatibus laborant; qui cum non multo minore auctoritate apud posteros florerent quam ipsum NT, ita ut complures eorum in antiquissimis membranis Sacro Codici adiungerentur, librarii religione quadam prohibebantur, quominus nimiam sibi sumerent licentiam in libris illis describendis. Sed multo iniquior est ratio librorum apocryphorum. Qui cum ad usum delectationemque communem magis accommodati essent nec clarorum scriptorum nomina in fronte gestarent, innumerabiles vicissitudines subierunt.[1]) Nusquam enim librarii licentius grassati

[1]) Cf. quae Krumbacherus hist. litt. Byz. [2]796 de profanis linguae vulgaris monumentis dicit: „Die vulgärgriechischen Texte galten nicht wie die klassischen und heiligen Bücher als unantastbare, formal und inhaltlich vollkommene Schöpfungen, sondern sie wurden als echte Volksbücher nach dem wechselnden Geschmack und Bedürfnis der

sunt quam in his scriptis propagandis; quibus non solum verba singula, sed sententias quoque et tota capita suo quisque arbitrio addiderunt vel detraxerunt, sive ut originis gnosticae vestigia delerent sive ut novas narratiunculas inculcarent a se fictas vel aliunde conquisitas, denique diversos libros in unum contrahere vel unum in complures secare non dubitaverunt. Quo fit, ut totidem paene horum librorum retractationes exstent quot codices, neque quidquam certi sit atque firmi, in quo consistere possis. Quodsi hi librarii in ipsis rebus tradendis tam licenter versati sunt, quid de sermone et scriptura exspectabis? In quibus tanta est codicum fluctuatio, ut facile ad eam opinionem adducaris, librarios, quorum plerique satis recenti aetate fuerunt, saepe suam consuetudinem quam scriptoris dictionem litteris exprimere maluisse. Accedit quod grammaticorum praeceptis non instructi neglecta vetere scribendi ratione suis auribus potius confidebant quam sueta orthographia, unde varius et inconstans ille scribendi usus exstitit, qui nulla plane lege obstringitur. Quae cum ita sint, apparet quam difficile sit hos libros edere,[1]) quare non est mirum aliis aliam rationem magis probari. Nonnunquam vero editores mira cum inconstantia officio suo functos esse apparet. Exempla, quae in promptu sunt, nonnulla afferam, quo magis perspicuam hanc rem reddam. Ac Tischendorfius quidem, qui in universum id sibi proposuit, ut codicum scripturam mendosam atque vacillantem ad suetam scribendi normam refingeret, tamen nonnunquam nescio qua ratione ductus in scribendo totum se ad codices accommodavit, ut ne accentum quidem mutare auderet. Velut Act. Andr. 12 recepit *φάγων* pro *φαγών*, 14 *λαμπηδῶνι* pro *-όνι*, 15 *ἐληλυθῶσιν* pro *-όσιν*, A. Matth. 13 *κρατών* pro *-ῶν*, A. Thom. 42 *ἕασαι* pro *ἐᾶσαι*, A. Andr. 3 *παροχηκότα* (cum cod. A) pro *παρῳχ.*, Ap. Mos. 18 *ὁραῖον* pro *ὡρ.*, Cons. Thom. 8 *συκοφαντήτωσαν* pro *-είτωσαν*. Has librariorum nugas qui admittendas censuit, cur tandem A. Thom. 19 participium *διαδίδων* a verbo *διαδίδω* vulgari more derivatum, quod cod. A exhibet (*διαδιδούς* C) sprevit et accentu mutato *διαδιδών* de suo finxit? In similem

Zeit bald mehr, bald weniger durchgreifenden Umarbeitungen unterzogen" e. qu. s.

[1]) Cf. Bonnet, suppl. cod. apocr. I. p. XII; II. p. XIII.

inconstantiam interdum Lipsius incidit, qui v. c. A. Petr. Paul. β 33 scripsit ἵνα . . φύγωσιν . . καὶ δειγματίσουσιν, quamquam BCEILO δειγματίσωσιν exhibent et ibid. c. 58 ἐδίδαξα ἵνα προηγοῦνται, quamquam προηγήσονται est in PQ, -ήσωνται in C. Etiamsi enim concedendum est scriptores illos tam inconcinnis locutionibus uti potuisse (quoniam non raro talibus utuntur), tamen non est cur deteriorem lectionem praeferamus, cum optio inter duas data est. Deinde Mart. Petr. 10 codicem P secutus scripsit τῇ μὴ ἐν σάρκινα ὦτα πορευομένῃ (πορευγομενη P), cum A εἰς praebeat. Quid? si soloecismus ille, qui inest in praepositione ἐν cum accusativo iuncta, dignus est, qui admittatur, quo tandem iure πορευγομένῃ illud repudiatur, quod sermonis cotidiani proprium est? Mirifice vero editores titubant in formis εἶδον et ἤξειν scribendis, quae voces in codicibus variis modis scriptae inveniuntur. Postquam enim Graeci ει et ι pronuntiatione discernere desierunt et praeterea accentus circumflexi et acuti discrimen evanuit, indocti noniam intellexerunt, cur indicativo εἶδον diphthongus, ceteris modis (ἴδω, ἴδε, ἰδεῖν, ἰδών) simplex vocalis esset tribuenda. Quid igitur magis in promptu fuit quam ἴδον scribere supervacua varietate sublata! Haec tota quaestio in re orthographica versatur neque omnino ad grammaticam pertinet, et ad nimiam anxietatem mihi quidem Gregory (Proleg. p. 89) descendisse videtur, qui, quotiens εἶδον et ἴδον in codicibus NTi scriptum esset, operose computavit. Atque etiam illud inutile est disputare (id quod Schmiedelius § 5, 13 f facit), utrum ἶδον circumflectendum sit, ut scriptura tantum ab εἶδον differat, an ἴδον sit scribendum tanquam recentior forma abiecto augmento ex εἶδον derivata. Nemo enim illa aetate haec pronuntiatione aut cogitatione discernere poterat. Iam quaeritur, quomodo editoribus in hac re versandum sit. Ac nobis quidem hic quoque ea lex valere videtur, quam editores alioquin sequuntur: quoniam enim omnes pariter ignoramus, quae scriptio ipsis scriptoribus placuerit, neque codicum consuetudo sibi constat, restat ut in hac re sicut in omnibus, quae ad orthographiam pertinent, communem consuetudinem sequamur, quae εἶδον exigit. Sed Tischendorfio aliter visum est, qui illud ἴδον, sicubi in codice aliquo est, superstitiosa quadam religione servat, etiamsi alii codices εἶδον

exhibent.[1]) Velut in Ap. Pauli 12 scripsit „ἴδου cum Monac; Amb εἴδου“. Deinde A. Pil. *a* 16, 5, quo loco BE exhibent οἴδατε, C ἴδετε, itemque paulo post, ubi similis est varietas (οἴδατε CE, εἴδατε B), maluit εἴδατε; at in proximo versu, ubi οἴδαμεν est in CE (om. B), nescio quem codicem secutus scripsit ἴδομεν. Atque Ap. Esdr. p. 30 inconstantiam codicis imitatus saepius ἴδου dedit, semel εἴδου; quae ratio si ei probabatur, non intellego, cur v. g. ibidem in ἕτοιμον pro αἴτιμον restituendo a codice discesserit. Iam venio ad imperfectum ᾔειν (ἀπῄει, εἰσῄει sim.), quod maiores etiam dubitationes editoribus movit. Quod imperfectum cum librarii saepissime scriptione ad pronuntiationem accommodata litteris -ίει (vel -είη), in pl. -ίεσαν scripserint, editores hanc scripturam attrectare non audent. Nonnulla afferam exempla. Tischendorfius edidit ἀπίει A. Thom. 21. Cons. Thom. 11. κατίει A. Matth. 5. εἰσίεσαν A. Thom. 4. Neque Lipsius ab his formis abstinuit, qui εἰσίει scripsit M. Petr. 3. ἀπίει APTh 20 cum EG (quamquam ἀπῄει est in F). ἀπίει ib. 21 cum CEG (ἀπῄει F!). Quid quod Bonnetus vir harum rerum peritissimus de ἴδον, ἀπίει formis sibi in actis Thom. non satis constare dicit (suppl. cod. apocr. I, p. XI)? Verumtamen in ea parte actorum Thom., quam primus edidit, eam rationem secutus est, quam unice probo, ut neglecta codicum scriptione semper -ῄει, -ῄεσαν scriberet. Etenim nemo dubitat, quin ei, qui codices exaraverunt, verbum illud ἀπῄει ut ἀπίι vel potius ἀπῖ pronuntiaverint, ut perinde esset, utrum ἀπῄει an -είη an -ίει scriberent; fortasse etiam ipsi scriptores, quo quisque recentior est, eo magis recentiori pronuntiationi indulserunt; quando autem scribendi usus pronuntiationi morem gerere coeperit, nemo scit, neque est, cur in hoc verbo valde curemus popularem scribendi consuetudinem, quam alias merito aspernamur.

Quanam igitur ratione in talibus rebus, quae ad scribendi usum pertinent, lectionem constituendam esse dicamus? Qui ad hos recentiores libros typis mandandos aggreditur, ei primo obtutu complures viae patere videntur. Ac primum quidem ea

---

[1]) In NTo quoque Tischendorf saepius ἴδον, ἴδα edidit codices quosdam secutus, ubique aliis codicibus refragantibus (v. Gregory, Proleg. 89).

ratio maxime arridere videtur, ut his scriptis eam orthographiam restituere conemur, qua scriptores ipsi usi sint. At nemo serio sperabit se ex tanta codicum discrepantia pristinam scribendi rationem enucleaturum, neque omnino in his libris toties retractatis, interpolatis, in brevius contractis editor definire potest, cui aetati ea libri forma, quam typis mandandam curet, tribuenda esse videatur. Praeterea etiamsi eorum, qui primi apocrypha illa composuerunt, scribendi usum ex libris mss. eruere nobis contingeret, ne hac quidem norma editori uti liceret; neque enim dubium est, quin scriptores isti tam licenter tamque mendose scripserint, ut in eorum scribendi usu, si eum certo cognitum haberemus, gravissime offensuri essemus.[1]) Hanc igitur viam qui sibi praeclusam esse intellexerit, in eam fortasse rationem incidet, ut mediam quandam viam secutus ea, quae, quamvis sint insolita, constantia quadam codicum commendentur, recipiat, cetera repudiet, de quibus neque idem librarius sibi constet neque inter diversos conveniat. Quae ratio iis probata videtur esse, qui ἀπίει et ἴδον e codicibus receperunt. Sed hanc quoque viam qui sequetur, magnis difficultatibus implicabitur, brevi enim intelleget se casui potius suoque arbitrio indulgentem quam certa lege nisum scripturam constituere suscepisse. Tum forsitan aliquis iniquissima horum librorum condicione eo adduci possit, ut arte critica in talibus omnino aliquid effici posse desperans aliquem codicem cum omnibus mendis ac corruptelis typis repetendum curet, ceterorum lectione in apparatu critico adiuncta. Quae ratio quamquam constantia et simplicitate quadam commendatur, tamen nemo eam amplectetur; quis enim non indignabitur vilissimas et foedissimas librarii alicuius ineptias legere coactus? Quodsi omnes eae viae difficultatibus obstruuntur, una illa superest ratio, quam in omnibus scriptoribus graecis recensendis sequimur, nempe idem in hos libros cadit, quod Blassius l. l. (cf. Gramm. d. neut. Gr. p. 7) de NTo affirmavit, inducendam esse communem scribendi rationem vel invitis codicibus sive etiam auctoribus. Sed ne haec quidem ratio omnes tollet difficultates. Sublata enim ea lectionis varietate, quae levior est et circa vocabulorum

[1]) Cf. quae Blassius Act. apost. p. 34 de scribendi more scriptorum NTi disputavit.

scripturam haeret, statim affluit infinitus numerus earum variarum lectionum, quae non intra orthographiae fines subsistunt, sed grammaticam tangunt, velut si quaeritur, οὐθείς an οὐδείς, θάρρος an θάρσος, πράσσω an πράττω, ἵλεως an ἵλεος, ἐρώτησα an ἠρώτησα, ηὗρον an εὗρον, ἐὰν ἔχεις an ἔχῃς, ὅταν βλέπετε an βλέπητε sint scribenda innumerabiliaque alia. In his editor facere non poterit, quin, ubicunque codices inter se dissentiunt, suo arbitrio saepe potius quam ex certis legibus lectionem constituat, ea autem, quae consensu quodam codicum comprobantur, recipiat.

Ex iis, quae commemoravi, satis cognoscitur, quanta incommoda ex horum librorum natura ei oboriantur, qui editoris munus praestare velit; eaedem autem difficultates, quae editori viam obstruunt, etiam grammaticum urguent, qui in dictionem horum scriptorum inquirere conatur. Quoniam enim scriptorum ipsorum manum assequi plerumque non contingit, illud teneamus necesse est nos fere librariorum potius quam scriptorum graecitatem tractare; quae quaestiones num ullum fructum scientiae nostrae afferant, iure dubitari potest et ipse quoque aliquamdiu dubitavi. Verumtamen quotcumque res in dubio erunt relinquendae, tamen non pauca inveniuntur, de quibus codices alioquin maxime discrepantes adeo conspirant, ut eorum originem ab ipsis scriptoribus repetendam esse sit verisimile. Atque illud quidem pro certo haberi potest librarios illos, qui summam emendatioris graecitatis inscitiam prae se ferunt, nihil ad normam Atticismi invitis scriptoribus refinxisse; itaque si quaedam nunc in his scriptis leguntur minus ex vulgari consuetudine dicta, haec certe ab ipsis auctoribus profecta esse suspicari licet. Quodsi fere nunquam vulgares formae λήμψομαι et τέσσερες in eis codicibus leguntur, quos, quoniam ἐν cum accusativo et σύν cum genitivo iunctum et ἄνδραν et τοῦ ἀέρου et δίδω multaque similia exhibent, Atticistarum morositate castigatos esse nemo, opinor, suspicabitur, nonne inde aliquid colligere licebit de genuina scriptorum dictione? Atque huius generis fortasse haud pauca inveniemus, quae aliqua cum probabilitate affirmare liceat. Quare speramus nos aliquando ex dubitationibus emersuros esse, dummodo caute et circumspecte in his quaestionibus versemur nec temere libris mss. credamus.

Non vereor, ne mihi aliquis obiciat me, cum Patres Apostolicos et libros apocryphos tractandos mihi proponam, scriptores aetate et dictione diversissimos complecti. Quamquam enim minime me fugit horum scriptorum complures multum inter se distare — quis enim maius discrimen cogitatione fingere potest eo, quod atticam fere elegantiam epistulae ad Diognetum datae separat ab horrido et inculto illo genere dicendi, quo Apocalypsis Esdrae vel Acta Thomae conscripta sunt? — tamen non inutile esse iudico, horum scriptorum quamvis dissimilem elocutionem in uno conspectu ponere et linguae vulgaris incrementum et genera in his speciminibus observare. Ei enim, qui historiam linguae graecae scrutatur, nihil exoptatius accidere potest, quam quod hi libri argumenti cognatione inter se conexi complures linguae vulgaris gradus idoneis exemplis illustrant. Ac primum quidem martyrium Polycarpi et epistula ad Diognetum missa eodem fere sermonis genere composita sunt quo illa aetate scriptores profani humanitate et litteris instituti utebantur; qui orationem suam compositam et ornatam in universum ad sermonem Atticum accommodant, ita tamen, ut verborum flexio et derivatio et sententiarum structura aliqua vestigia linguae cotidianae ostendant. Ab hoc genere dicendi differt sermo eorum scriptorum, qui, ut erant litterarum expertes, eadem fere lingua in scriptis suis utebantur, quam homines cotidiano usu frequentabant. Huius modi fere est dictio scriptorum NTi, in qua tamen illud animadvertendum est sermonis graeci sinceritatem Hebraismo mediocri esse temperatam. Hoc genus scribendi populare et tenue et ieiunum, sed non prorsus naturali quadam compositionis arte carens, quod ex NTo omnibus notum est, plerique eorum scriptorum adhibent, de quibus agimus, velut Hermas, Prochorus, Leucius, actorum Pauli et Theclae auctor, alii, qui eo tantum inter se et a NTo differunt, quod sermonis hebraici imitatio non apud omnes late patet. Ad aetatem vero recentiorem et ad sermonem magis plebeium descendet, qui acta Thomae, acta Pilati, apocalypsin Esdrae inspiciet; qui libelli omni scribendi artificio omnique orationis expoliendae studio tam penitus destituti sunt, ut homines de plebe suo nativo sermone coram loquentes audire tibi videaris. Quibus ex libris initia et incrementa linguae hodiernae luculentis exemplis observari possunt. Tum quartum est genus

scriptorum, qui cotidiano sermone non contenti Byzantino illo dicendi genere utuntur, in quo formae, voces, structurae et atticae et poeticae et vulgares inepte miscentur et putida sedulitate conglutinantur.[1]) In hoc genus cadunt martyrium Bartholomaei, acta Johannis a Tischendorfio edita. Denique aliud scriptorum genus leviter perstringo, qui, quamquam huius disputationis fines excedunt, tamen apte cum libris apocryphis comparantur, quo magis horum natura appareat: illos recentiores dico, qui vitas apostolorum antiquis martyriis simpliciter narratas rhetorum sive sophistarum more inepte exaggeraverunt (cf. Krumbacher[2] 178) et loquaci orationis tumore obruerunt, ita autem, ut orationem exquisitis verborum sententiarumque luminibus distinctam nonnumquam foedissimis soloecismis inquinarent. Quod genus dicendi mixtum et fucatum quam foedum quamque putidum sit, ex Laudatione Andreae intellegi potest a Bonneto edita.

Haec fere dicendi genera in libris eis, de quibus ago, dignoscere mihi videor. Quamquam nemo ignorat singulas dictionis species non semper certis et perspicuis finibus discretas, sed arte inter se conexas esse et nonnunquam in uno eodemque libro misceri. Neque scriptores illi tam longe inter se diversi atque dispares sunt, quin multa habeant communia; omnes enim lingua vulgari utuntur, sed non omnes pariter utuntur, quo enim quisque plus arti tribuit, eo longius a cotidiano dicendi usu recessit. Tam arte enim sermonis figura cohaeret cum genere elocutionis, ut ornatius dicendi genus necessario requirat graecitatem supra communem vulgi usum assurgentem, cum rustica sermonis asperitas elocutionem trahat asperam atque incultam.

Hanc linguam vulgarem, qualis ex his libris cognoscitur, adumbrandam mihi proposui. Atque quamquam non ignoro me non nova neque inaudita proferre, quoniam ea, quae in libris apocryphis observantur, pleraque omnia ex aliis vulgaris graecitatis fontibus nota sunt, tamen eorum, qui in his studiis habitant, interest ut ex variorum generum scriptoribus exempla quam luculentissima afferantur. Priusquam autem ad singula veniam, non inutile erit scriptores eos, quos tractaturus sum, in uno

[1]) Cf. quae Krumbacherus hist. litt. Byz.[1] p. 22 de dictione Byzantinorum disputavit.

conspectu ponere, nonnulla de aetate singulorum librorum adnotare, codicum, in quibus exstant, rationem reddere,[1]) editiones, quibus usus sum, commemorare, pauca denique de uniuscuiusque scriptoris dicendi genere addere, quae in ipsa commentatione locum non habebunt.

## I. Patres apostolici.

Hoc nomine scripta illa inter se satis dissimilia comprehenduntur, quorum auctores ipsis apostolis non multo recentiores sunt, quamquam alia quoque sunt admixta, de quorum aetate parum constat. Hos libros prolegomenis et commentario illustratos ediderunt Gebhardt, Harnack, Zahn (III fasc. Lips. 1875—77; ed. minor Lips. 1894). Corpore Patrum apostolicorum hi libri continentur:

1. Prior epistula Clementis Romani ad Corinthios (ed. Gebh. et Harn., fascic. I part. I ed. 2. 1876), intra annos p. Chr. n. 93 et 97 scripta (proleg. p. LX). Epistula inest in codice *Alexandrino* s. V (A) post NT (sed desunt c. 57,6 ad 63 fin.) et in *Constantinopolitano* a. 1056 exarato (C). Liber non invenuste compositus. Scriptor litterarum graecarum non expers (cf. Blass, Gr. p. 1) lingua communi utitur neque vero soloecismis inquinata, atque orationem ornare et dicendi quodam artificio expolire studet, quo pertinet quod anaphoram adamat (c. 49 ἀγάπη) et exclamatione utitur (53,5). Nonnunquam etiam ad dictionem poeticam assurgit ut c. 20 in laudanda creatoris benignitate.

2. Altera qu. f. Clementis epistula (ed. iidem) potius homilia est ab alio auctore intra a. 130 et 160 conscripta. Codd. iidem sunt, sed A inde a 12,5 deficit. Genus dicendi ieiunius et exilius est quam in ep. I et ad NT proxime accedit. In utraque ep. codices A et C saepe ita discrepant, ut C pro formis vulgaribus, quae in A sunt, atticas exhibeat. Cf. infra § 2 μεθοπωρινοί. κατείρχθησαν. 4,2 μετοξύ. 5,1 ἐξερίζωσεν cet. 7,1 λημπ-. 7,3 ἐκπεφθέντων. 10,1 λύχνον. 10,3 ζῆλος.

[1]) Qui accuratiorem harum rerum cognitionem sibi comparare cupiet, adeat praefationes editionum et Harnackii opus, quod inscribitur Geschichte der altchristl. Litt. bis Eusebius (I. 1893).

τῦφος. 10,4 σάρκαν. 11,1 ἐπιποθήτην. δῆλος. ὑπερτάτῳ. 13,2 καταξιώθημεν. 13,4 ἠνεῴχθην. 16,4 ἐδώκασιν. 17,1 χρᾶσθαι. 17,4 ἐλεᾶτε. 18,4 δώσωμεν. 18,6 ἐδέδετο. Sed contraria codicum ratio cernitur in γήρει § 9,2. χρᾶται 17,1.

3. Barnabae epistula (ed. G. et H. fasc. I part. II ed. 2. 1878) intra a. 71 et 132 conscripta (proleg. p. LXVIII). Libri memoria pendet a tribus codicibus, quorum unus est clarissimus ille *Sinaiticus* s. IV (ℵ), alter *Constantinop.* a. 1056 (ζ), tertius cod. *acephalus* (G), in quo desunt c. 1 ad 5,7. Huius codicis deperditi apographa exstant VIII, ex quibus cod. *Vat.* 859 s. XI (v) maximi pretii est. Dictio arida et exilis est et varietatis elegantiaeque expers. Haec elocutionis ieiunitas apta est argumento epistulae, quae tota fere constat ex interpretatione locorum VTi. Interrogationes rhetoricae (*διατί, πρὸς τί* sim.), quas responsa statim insequuntur, non minus legentes defatigant quam formulae ἴδε πῶς, ὁρᾶτε πῶς perpetuo repetitae. Quae apud Clementem inter codd. A et C, eadem hic inter ℵ et CG intercedit ratio. Cf. § 4,1 ἐραυνᾶν. 4,2 μετοξύ. 5,1 ἔριψεν. 7,1 λημπ-. 11,1 ἐπιποθήτη. 13,4 ἐπροφήτευσαν. 17,4 ἐλεῶντες.

Papiae fragmenta (ibid. p. 87 sqq) nimis exigua sunt, quam ut in censum veniant; unum illud cognoscitur Papiam puro et emendato sermone usum esse.

4. Incerti auctoris epistula ad Diognetum (ed. iidem p. 142 sqq) tertio, fortasse altero saec. scripta (intra a. 170 et 310, v. prol. p. 152). Unicus codex Argentoratensis s. XIII nunc deperditus, sed apographa supersunt (v. Harnack l. l. 758). Haec epistula, ut propter sententiarum praestantiam primum locum inter hos libros obtinet, ita sermonis elegantia praeter omnes excellit. Scriptor graecis litteris institutus cultum illud et compositum genus dicendi usurpat, quo profani scriptores utebantur. Quamquam enim in formis et structuris quibusdam noviciis admittendis aequalium consuetudini indulsit (*οἰκονομηκώς* c. 9,1. *πεφανέρωτο, ἀπώσατο* 9,2. *κρυβῇ* 9,5. *χορηγεῖν τινί τι* 1; 10,6), ut ne Atticistae quidem a talibus abstinuerunt, tamen a vulgi consuetudine longe recedens Atticorum orationem politam et elegantem imitando effingit. Verbis utitur lectis

atque illustribus et oratione numerose cadente dicendique luminibus ornata; hiatum quantum fieri potest evitavit.

5. Ignatii epistulae VII (ed. Zahn, Patr. ap. fasc. II 1876). Unicus cod. est Med.-Laur. LVII, 7 s. XI (G[1]). Ep. ad Rom., quae in illo desideratur, exstat in cod. Par. gr. 1451 s. X. Epistulae illae Traiani aetate (circ. 105—117, cf. Zahn, Ign. von Ant. 61) scriptae saeculo IV interpolatae et sex epistulis fictis anctae sunt; quod Corpus pseudo-Ignatianum inest in cod. Monac. gr. 394 s. X (a), Constant. a. 1056, Vatic. 859 s. XI (v), aliis. Ignatius elocutione utitur artificiosa et quaesita, aspera et concisa; lingua communis est et NTo haud dissimilis, sed non prorsus caret affectatione, ut in superlativo optativoque frequenter usurpandis scriptor consuetudini doctiorum indulget. In delectu vero vocabulornm plurima habet singularia et a NTo aliena. Imprimis magnam sibi sumit licentiam in vocabulis per compositionem fingendis, velut ἀξιονόμαστος Eph. 4,1. ἀξιόπλοκος Magn. 13,1. ἀξιοπρεπής, ἀξιομακάριστος cet. Rom. inscr. θεομακάριστος Pol. 7,2. καταξιοπιστεύεσθαι Trall. 6,2. λαθροδήκτης Eph. 7,1. ἑτεροδοξία Magn. 8,1. χριστόνομος Rom. inscr. ἀνθρωπαρεσκεῖν Rom. 2,1. E sermone latino haec mntuatns est: ἐξεμπλάριον Eph. 2,1. Trall. 3,2. Smyrn. 12,1. δεσέρτωρ Pol. 6,2. τὰ δεπόσιτα, ἄκκεπτα ibid.

6. Polycarpi epistula ad Philippenses (ed. Zahn ibid.) Traiani aetate brevi post Ignatii epistulas scripta. Libellus una cum ep. Barn. inerat in cod. illo deperdito G, in quo finis epistulae Pol. et exordium ep. Barn. exciderunt. In apographis hae duae epistulae in unam coactae sunt. Dictio Polycarpi simplex et nativa est atque caret artificio et ostentatione.

7. Martyrium Polycarpi ed. Zahn ibid., codicibus usus Par. 1452 [p], Barocc. 238 [b], Vind. hist. gr. eccl. III [v], Mosqu. 159 [m], qui formam exhibent a Pionio quodam post s. IV med. confectam. Hoc martyrium inter omnia eiusmodi scripta antiquitate et auctoritate excellit. Christiani Smyrnaei epistula hac ad ecclesiam Philomeliensium missa exitum Polycarpi narrant, qui Statio Quadrato proconsule (a. 147 s. 165 s. 169, cf. CIG. 3410) mortem occubuit. Scriptoris Smyrnaei graecitas pura plerumque est et emendata et dictionem scriptorum profanorum redolet,

ita nt cnm ep. ad Diogn. apte comparari possit. Indicia, quibus Atticismi effingendi stndinm deprehenditur, snnt ἀπεκρινάμην, θᾶττον 13,1 (τάχιον 2), προσηλοῦν 13,3 (vulgo -οῖν), freqnens usus verbi ἰέναι atqne optativi. Sed populi συνήθεια scriptori subministravit imperativnm εἶπον 9,2, plnsqn. πεπληρώκει 12,2. γεγόνει 16,2. Inter ntramqne rationem fluctuans scribit ἕνεκα 18,3 et ἕνεκεν 13,2, καυθῆναι et καῆναι 12,3.

Tria Martyria Ignatii, qnae Zahnins p. 301 sqq adinnxit, multo minoris pretii snnt, quonlam exennte saec. IV. non sunt antiqniora (Harnack 817. Zahn, Ign. v. Ant. 25 sqq).

8. Hermae Pastor (ed. G. et H. Patr. ap. III. 1877), liber diu cum NTo. coninnctns et in cod. *Sinaitico* (ℵ) in appendicem NTi. receptns. Sed ille antiqnissimns codex deficit a Mand. IV 3; cetera, praeter finem (Sim. IX 30,3—X 4,5) graece nondum repertnm (nam taceo de frande Simonidis) nno cod. exhibentnr *Athoo* s. XIV/XV (ca), cuius tria folia cnm apographo ceterornm (as) Simonides Lipsiam vendidit. Accedit *papyrus Berolinensis* ineunte saec. V non recentior, in quo Sim. II 7—10 et parva frnstula Similitudinis IV 2—5 leguntur (ed. Diels et Harnack, Sitznngsber. d. Berl. Ak. 1891, 427 sqq). Codices saepins ita inter se differunt, ut in ℵ et in pap. vulgares formae, in ca et as atticae legantur (cf. quae de ep. Clem. et Barn. observavimns). Vid. infra § 7,1 λημπ-. 10,3 τὸ πλοῦτος. 15,4 καήσονται. 16,1 εἴπασα.

Librnm editores (proleg. p. LXXXII) ad eam aetatem revocant, qnae annis 130 et 139 circnmscribitur (cf. Harnack II, 1, 266). Liber Romae scriptus est. De Hermae graecitate disputavit Zahnins (Hirt des H. 1868 p. 485 sqq), qni scriptorem, cum multis strncturis utatur originem hebraicam redolentibus[1]), Judaeum fuisse vel inter Judaeos educatum esse censet nec satis perspectam habnisse linguae graecae natnram et proprietatem. Contra Harnackins (proleg. p. LXXII) de scriptoris educatione apnd Judaeos non constare affirmat, potnisse enim etiam hominem Romanum ex assidua librornm sacrorum lectione colorem orationis hebraicnm assnmere. Hanc sententiam ii

[1]) Sed Zahnius l. l. 488 sqq. in earum numero compluria perperam rettulit, quae sermonis graeci vulgaris peculiaria sunt.

amplectentur, quibus Deissmannus persnasit Jndaeos eos, qui in vita cotidiana graece loqnebantur, eodem fere graeci sermonis genere usos esse, quod nbique tum erat pervnlgatum, neque unquam in hominnm oribns viguisse loquendi illud genus, quod „judengriechisch" vulgo dicitur. Quodsi ex Hermae dictione locutiones eas detraxeris, quae e linguae peregrinae imitatione ortae sunt, sincernm et nativum genns dicendi evadet, quo homines de plebe tunc utebantur. Scriptoris litteris non tincti dictio est arida, ieiuna, exilis, nullo paene artificio distincta; in verborum locutionumque delectu adeo nulla est varietas, ut verba semel usurpata per totum librum saepissime recurrant. Quo fit, nt liber grammatico minorem copiam snppeditet, quam pro eius amplitudine facile exspectaverit. Sed qni indoctam populi consuetndinem cognoscere volet, inter omnes Patres ap. hnnc potissimnm librnm verset, linguae cotidianae fontem maxime sincernm.

9. Patribus apostolicis adinngi potest libellus qui inscribitur Doctriua duodecim apostolorum (ed. Harnack, die Apostellehre und die jüd. beiden Wege. Kl. Ausg. [2] Lpz. 1896). Liber Hadriani, ut videtur, aetate scriptus iu uuo cod. servatus est Constantiuop. (v. Clem. et Barn). Dictionem colore hebraico tinctam Harnackius proleg. p. 7. comparat cum versioue Alexandrina et libris apocryphis VTi.

## II. Acta apostolorum apocrypha.

Inde a saeculo II. fabulosae narratioues de rebus a singulis apostolis gestis circumferebantur guosticorum plerumque studiis confectae. Inter hos libros celebritate quadam excellebat corpus illud acta Petri, Joannis, Andreae, Thomae, Pauli complectens, quod inscribebatnr περίοδοι τῶν ἀποστόλων et Leucinm Charinum, si fides Photio, auctorem habnit. Sed omnium illorum librorum parvae reliquiae supersuut, quae uou sufficiunt ad genuinam et siuceram eorum formam restituendam, quod in plerisque multa novavit recentiornm libido. Postqnam enim homines catholici libros olim ab ecclesia improbatos iu suum usum recipere coeperunt, studiose eos retractaverunt, ut ea, quae haereticam originem saperent, diligenter extiuguerent. Et

quamquam non plane contigit iis omnia huiusmodi delere, tamen prisca illorum librorum sinceritas his retractationibus interiit. Aliae narrationes ab initio catholicae fuisse videntur. De omnibus his libris saepissime retractatis et pessime habitis Lipsius in opere illo quod inscribitur „die apokryphen Apostelgeschichten" copiosissime disputavit (cf. etiam Harnack I, 116 sqq). Editi sunt a Tischendorfio (Acta apostolorum apocrypha, Lips. 1851); post eum Lipsius et Bonnetus novam editionem conficere coeperunt viri plurimis doctrinae adiumentis instructi. Huius editionis primum adhuc volumen (Lips. 1891) prodiit Lipsii curis confectum; in volumine II, quod adhuc exspectatur, Bonnetus acta Jo. And. Thom. cet. edenda sibi proposuit. In libris singulis enumerandis incipio ab iis, quos Lipsius edidit, deinde pergam ad eos, de quibus ad editionem Tischendorfianam etiamnunc est recurrendum.

10. Martyrium Petri (ed. Lipsius p. 78—102). Liber gnosticus, quem Lipsius (d. apokr. Apg. II, 1, 134) e lingua latina conversum esse censet. Codd. sunt *Patmius* 48 s. IX (P) et *Batopedianus* (Athous) 79 s. X/XI (A).

11. Iidem codd. exhibent Martyrium Pauli gnosticum, ipsum quoque, ut Lipsio visum est (II, 1, 155), latine ab origine conscriptum (ed. Lipsius p. 104 sqq). Codex *P* propterea memorabilis est, quod sermonem cotidianum scriptura exprimit. Maxime conspicua est littera γ verbis in εύω cadentibus infixa (v. infra § 7,2). Accedit τεσσαρϊς pro τέσσαρες (v. § 12).

12. Acta Petri et Pauli catholica, quae Marcello cuidam tribuuntur, non ante med. s. V. conscripta esse Lipsius II, 1, 310 sqq. indicat, sed epistula Pilati inserta est anno 197 antiquior (Harnack 22). Duae exstant formae, quarum breviorem (α) ex uno cod. *Ven. Marciano* VII, 37 s. XVI (*E*) cognitam habemus (in quo inscribitur *Μαρτύριον τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου*); prolixioris (β) complures (16) sunt codd., inter quos cod. *Par.* gr. 1470 a. 890 (*A*) antiquitate excellit (inscriptio in plerisque est *Πράξεις τῶν ἁγ. ἀπ. Π. κ. Π.*). Utramque recensionem Lipsius separatim edidit p. 118 sqq et 178 sqq. Dictio cum communi more horum librorum fere congruit, praeterquam quod nonnulla, qualia sunt *εὐσεβέστατε*

βασιλεῦ, ἱερώτατε βασιλεῦ, ἀνὴρ ἰλλούστριος, Byzantinnm dicendi genns resipinut (cf. Lips. II, 1, 306 sqq). Accedunt complura minns e consnetndine vulgari dicta, nt ἔσθ'ὅτε α 12, ἐκ παιδόθεν 39 (β 60), ποίῳ μόρῳ ἀπολοῦνται 58 (β 79). Hand raro ττ pro vulgari σσ scriptum. Receusio β insignis est mnltis verbis e lingna latiua petitis (τρακταΐζειν 3. ὀρδινεύειν 7. καστέλλιον 13. πόρτα 80 a. ὡράριον, φακιόλιον b. βοῦλλα 84 b. πατρώνης 85) et abundat formis lingnam recentiorem illustrantibus, sed magua est in his codicnm disseusio.

13. Acta Pauli et Theclae Tertulliann s a presbytero quodam Asiatico vivo Joaune scripta esse tradit, quod si vernm est, sequitnr hnuc librum inter omnia scripta apocrypha fere autiquissimum esse. Ed. Lipsins p. 235 sqq codicibus XI nisus saec. X—XIV exaratis (antiqnissimus est Par. 1454 s. X [B]). Loqnendi genns simplex et populare est.

14. Acta Thaddaei hominnm catholicorum curis confecta narrationem continent de Abgaro V. Edessenornm principe a Christo sauato. Ed. Lipsius p. 273 sqq (cf. praef. CVI sqq. Harnack 533) codd. secntus duo (*Par.* 548 s. XI, *Vind.* hist. gr. 45 s. IX/X). Dictio simplex et NTo similis. Epistularum Abgari Christique geuninam formam servavit Eusebins h. e. I 13, qni e liugua syriaca eas versas esse tradit.

15. Epistnla Abgari. Hanc narrationem mnlto receutiorem einsdem argumenti ed. Lipsins p. 279 sqq e cod. *Vind.* theol. gr. 315 s. XII et *Athoo* Batop. 704 s. XII.

16. Acta Thomae, quae a Photio Corpori Leuciano adnumerantur, ineunte s. III in Syria conscripta videntur esse (cf. Lips. I. 229 sqq. 346. Harnack 123). Hic liber quamqnam non intactns mansit ab homiuibns catholicis, tamen inter omnia hniusmodi scripta originis gnosticae vestigia maxime manifesta retinnit (de qnibus vid. WAnz, Ursprung des Gnostizismus [TU XV, 4] 37 sqq). Priorem libri partem (58 capp) Tischeudorfius Act. apocr. 190 sqq divnlgavit codicibus nisns Parisinis quiuqne (881 s. XI [A]; 1468 s. XI [B]; 1454 s. X [C]; 1176 s. XIII [D]; 1556 s. XV [E]), sed capp. 30—58 solns cod. D exhibebat. Post illum Bonnetus qnattuor novos codd. nactus

(P Par. 1510 s. XI; Q 1485 s. XI; R 1551 s. XIV; S 1613 s. XV) novam editionem confecit insigniter auctam (Supplementum codicis apocryphi I Lips. 1883). In hac editione pars prior, quae apud Tdfium exstat, repetita est adiectis novorum codicum lectionibus (sed qui de ceterorum lectionibus certior fieri vult, necesse est etiamnunc adeat Tdfii editionem); accedit magna pars (p. 29,18—31,11 et p. 44—95) nunc primum edita. Cod. P solus tota acta continet, cum QRS fragmenta tantum exhibeant. In parte priore citanda Tdfii capita sequar, in altera paginas editionis Bonnetianae. Quae apud Bonnetum p. 83—95 leguntur, respondent Consummationi Thomae, quam Tdf. p. 235 sqq e cod. A ediderat (idem Apocal. apocr. 157 sq particulam eiusdem libelli ed. e cod. gr. Monac. 252, ibid. p. 158 sq e cod. Bodl. [Clarke 43]); sed haec Cons. Th. magis ad normam catholicam castigata est quam illa forma.

Ea actorum pars, quam Tdf. ediderat, graecitatem exhibet neque emendatam neque praeter morem horum librorum vulgarem. Sane codd. AE scatent novatis dicendi formis, ut E 4 *θυγατέραν*. *ἐκδίδει*. 19 *οἰκονόμει* (it. A). 22 *κρειττότερα*. 23 *χάριταν* (it. A); A 4 *σάλπιγγαι*. 6 al. *χεῖραν*. 9 *μονογενῆν*. 12 *πλήρης* indecl. 22. 23 *οἰκοδόμησεν*. 25 *οὐκ ἕτερος*. 26 *εἶπον* pro *εἴποντο*. Ii vero codd., quorum notitiam Bonneto debemus, P praesertim, sermonem plebeium tam sincerum et nativum prae se ferunt, ut inter omnes hos libros maximam copiam suggerant ad graecitatem vulgarem cognoscendam. Ad hanc dictionem librarii doctrinae expertis illustrandam iam nunc nonnulla afferam memoratu dignissima; postea passim codicis P mentio fiet. Formae et significationes vocabulorum satis multae inveniuntur, quae linguam hodiernam sapiunt. Velut p. 68,14 legitur in P *ὕδατος κρασίν* (neogr. *κρασί* *vinum*), 64,31 *ἄγομε* pro *ἄγωμεν* (ut neogr.), 81,37 *εἶναι* R pro *ἐστί* (neogr.); *ἄσημον* c. 2 in PRSA significat argentum ut nunc *ἀσήμι* (in C est *ἀργυρίου*, B *ἀσήμου ἀργυρίου*, E *ἀσ. ἀργύρου*. Lectionum varietas apte illustrat gliscentem novam significationem). *χρόνος* 63,33 est *annus* (neogr.), *ποῖος* 80,19 pro *τίς* (cf. Hatzidakis Einl. 207). Verba *τελειώνω* p. 14,34 P et *φορτώνω* 55,29 P linguae recentioris sunt, quae talibus abundat (Thumb p. 81). In syntaxi omnia *ἄνω κάτω* miscentur. Saepissime

tempora confunduntur, velut p. 45,15 διέρρηξα καὶ ἐπάταξα καὶ ἔτρεχον; modorum discrimen non observatur, ut p. 44,14 exstat οὐ μὴ παραγέγονα, quin etiam confuso participio cum infinitivo p. 63,21 scriptum est διὰ τὸ μὴ ἔκδοτον ἐμαυτὴν ποιήσασα. Bis invenitur ἐμαυτήν pro ἑαυτήν (60,32; 61,13), mira locutio, cum commutatio contraria usitata sit apud posteriores. Articulus saepius vocibus interrogativis additur ut 57,21 ἐξήταζεν τὸ τί γέγονεν. 65,10 τὸ πῶς αὐτὸν θανατώσουσιν (cf. Blass ad Act. 4,21. Gramm. § 47,5). Cetera, quae ex hoc fonte copiosissimo hausi, suo loco afferentur. Hoc unum addo, cum graecitate vulgari codicis P mire pugnare usum haud rarum verbi ἱέναι, optativi, litterarum ττ pro σσ. Ceterum in pervestiganda libri dictione bono cum fructu usus sum indice grammatico a Bonneto confecto.

Aliam Actorum Thomae formam adhuc ignotam, in qua vestigia originis gnosticae prorsus evanuerunt, nuperrime edidit M. R. James (Texts and Studies ed. by J. A. Robinson V No. 1 Cambr. 1897) ex cod. Mus. Brit. Add. 10073 s. XV. Dictio satis vulgaris est, sed emendatior quam graecitas codicis P. Codex vitiose exaratus abundat scripturis pronuntiationem recentiorem accurate exprimentibus, velut c. 8 εὐραισῃ pro ἑβραΐστί, 25 πιστεβο pro πιστεύω, 52 ραυδον pro ῥάβδον al.

17. Acta Joannis (περίοδοι Ἰωάννου) a Leucio conscripta. Leucius ille scriptor haereticus, de quo quaestio difficillima est (vid. Lipsium I 44 sqq. 353 sqq), saeculo II scripsisse videtur; Zahnius (Act. Joann. p. CXLIV) eius aetatem ad a. fere 130, Lipsius (I 515) ad alterum dimidium s. II revocat. Non satis constat, utrum omnia ea scripta composuerit, quae recentiores ei tribuerunt (v. p. 21), an acta Joannis tantum iure ei ascribantur. Illas περιόδους Ἰωάννου utpote gnosticas ecclesia orthodoxa diu conservari non est passa; sed tamen fragmenta exstant, quae Zahnius in libro qui inscr. Acta Joannis (Erlangen 1880) p. 219 sqq. edidit. Haec sunt: fr. I—III (p. 219—224 Zahn) in Actis Concil. II. Nicaeni (a. 787). IV in cod. Ven. Marc. 363 s. XI (p. 225—234 Z). V in cod. Par. 520 s. XI et Vind. 126 (apud Tischendorfium, Act. ap. ap. p. 272—6, c. 15—22; ap. Zahnium p. 238—252, cf. p. XCIV sqq. Alia

forma adhuc inedita est in cod. Vat. 654, cf. Harnack 125). VI in cod. Par. 1468 s. XI [P²] (p. 187,2—190,22 Z., quod frg. Zahnius Prochoro tribuit, cf. Lips. I 454). Accedit frg. nuper repertum, quod James (Texts and Studies V No. 1 p. 1 sqq) e cod. Vind. s. XIV edidit. Hoc frg. complectitur duas particulas pridem notas (c. 7—11 med. = frg. I, c. 12—13 med. = frg. II). Alias reliquias e cod. Vat. 654 Bonnetus divulgabit (vid. Lipsium I 454. 472).

Leucius sermone utitur communi, sed moderato et formis soloecis non contaminato. Aoristus verbi ἀποκρίνεσθαι apud eum ἀπεκρινάμην est, non ἀπεκρίθην; verbum εἰμι nonnunquam, ὁρῶ saepe usurpat, etiam impf. ἑώρων in lingua vulgari inusitatum (cf. § 19). P. 229,1 legitur τῇ νηΐ, vox doctior (indocti dicebant πλοῖον). In aor. II α non invenitur (sane in frg. a Jamesio edito est c. 2 et 4 ἔλθατε, 15 ἔπαθα). Adde νοῦ, νῷ (v. § 10,3). Sed in aliis συνήθειαν sequitur, ut ἕνεκεν 234,14 al. ἐδέετο 234,20. ἐκπληροῖν 232,14, neque a vocibus recentioribus abstinet, velut 230,30 καρκάλιον, 232,9 δικρούσιον (246,2 διγροσιον V, διγρώσιον P, δικρόσσιον Zahn). 248,3 ὄψις oculum significat (neogr. ὄψι *facies*). Graecitas fragmenti VI a dictione ceterarum reliquiarum nonnihil deflectit, cf. ἀπολλώμεθα 187,31 (v. § 18,6). τεθνήξασιν (§ 15,2) 188,1. ὑποβάλας 189,27, quae librario vitio vertenda esse videntur.

18. Prochori qu. f. Acta Joannis intra a. 400 et 600 (fort. ineunte s. V, cf. Lips. I 407) conscripta ab homine catholico, qui Leucii narrationem in suum usum convertit et fabulis licenter fictis exornavit. Librum ed. Zahnius (Acta Joann. Erlangen 1880) duodecim codicibus s. X—XVI usus, quorum antiquissimus est Par. 1454 s. X (P¹, qui tantum p. 1—36,8 continet), praestantissimus Ven. Marc. VII 37 (V, = E Actorum Petr. Paul.). Genus dicendi — quod quidem in tanta codicum discrepantia cognoscamus — exile et summissum est, sed aequabile nec nimia asperitate horridum; graecitas communis est, non barbara. Memorabilis est praepositio ἐν frequentissime tum usurpata, cum εἰς ratione postulabatur.

19. Acta Joannis, quae Tischendorfius Act. ap. ap. p. 266 sqq edidit, recentioris aetatis sunt. Hoc loco de

priore parte agitur (c. 1—14), quoniam altera pars Leucii est. De codicibus v. ad. nr. 17 frg. V. Graecitas more Byzantinorum artificiose composita. Formae plerumque congruunt cum veterum norma (sed 9 *δύνῃ*. 13 *ἐδέετο*. *οἶδας*. 3 *προσκεῖσθαί τινος* pro dat.). Lectiora dicendi lumina sunt c. 1 *δορυαλώτους*. 7 *πολλοῦ χρόνου διαπεύσαντος*. Cf. etiam *ναῦν* c. 1.

20. Acta Barnabae auctore Marco (ed. Tdf. A. ap. ap. 64 sqq). Liber catholicus exeunte s. V. in Cypro compositus (Lips. II, 2, 297). Codd. sunt *Par.* 1470 (cf. supra nr. 12) et *Vat.* 1667. Sermo admodum vulgaris. Cf. v. g. 17 *ἐκεῖσε* pro *ἐκεῖ*. 8 *ἔλθῃ* pro fut. Saepissime *ἐν* pro *εἰς* invenitur, c. 22 in cod. V etiam c. acc. iungitur (*ἐν Σαλαμῖνα*). Omnino cod. V longius procedit in sermone vulgari admittendo, quo pertinet quod saepius (12 al.) exhibet *ηὕρομεν* et 20 *ἐκαθερίσθη* et 19 *μιερός*.

21. Acta Philippi (ed. Tdf. 75—94), quae fluxerunt ex Actis Phil. gnosticis medio fere s. III conscriptis (Lips. II, 2, 4; I 83). Codd. Tdfio praesto fuerunt hi: *Par.* 881 s. XI (Par), 1454 s. X ($Par^b$), *Ven.* 349. Accedunt *Par.* 1468 s. XI ($Par^c$) et *Barocc.* 180, ex quibus Tdf. Apoc. ap. p. 141 sqq et 151 sqq nonnulla edidit. De aliis codd. vid. Harnackium 138. Editio critica adhuc desideratur. Dictio a vulgari more non discedit.

22. Acta Philippi in Hellade (cf. Lips. II, 2, 27 sqq). Retractatio catholica narrationis ex Actis Ph. gnosticis sumptae. Ed. Tdf. 95—104 e cod. Par 881 saepe satis mendoso.

Multo prolixiora Acta Phil., quae praeter A Phil. et A Phil. in H. a Tdfio edita multas reliquias Actorum gnosticorum complectuntur, insunt in cod. Vat. 824 (Lipsius, Ergänzungsheft 65). Editionem a Bonneto exspectamus.

23. Acta Andreae a Tdfio p. 105—131 edita originem trahunt ab antiquis Actis Andreae, quae iure Leucio tribui videntur (cf. James T. and St. V, I, XXXI. Lipsius I 543 sqq). Sed nulla fere vestigia originis gnosticae supersunt. Haec retractatio saeculo V non antiquior (Lips. 615), fort. VIII demum saec. orta (ibid II, 1, 6). Codd. sunt *Par.* 881 s. XI (A); *Coislin.* 121 a. 1343 (B); *Barocc.* 180 (C, = G Act. Paul. Thecl.). Liber pessime habitus.

Codd. et corruptelis gravissimis scatent et adeo inter se dissentiunt, ut verba scriptoris nullo modo possint enucleari.

24. **Acta Andreae et Matthiae** (rectius Matthaei, v. Lipsium I 81. II 2, 258). Scriptor et ipse ex Actis Andr. Leucianis hausit, quorum indolem gnosticam multo minus delevit, quam is qui A Andr. composuit. Libellus saeculo V fortasse multo antiquior (Lips. I 615). Ed. Tdf. 132—166 (cf. additamenta Apoc. ap. 139 sqq). Codd. hi sunt: aliquot folia VIII fere s. praefixa cod. *Par.* 1556 (A); *Par.* 881 s. XI (B); 1556 s. XV (C); *Ven. Marc.* VII 38 (D); *Ambr.* C. 92 (E). Ceterum cf. Harnackium 127. Codd valde inter se discrepant. Dictio admodum vulgaris. Saepe ἐν pro εἰς usurpatur et coniunctivus pro futuro (ut 33 κηρύξεις καὶ ἀπενέγκῃς). In aor. II crebro est α. Adde v. g. ηὕραμεν 7. 22 (v. § 13,2). προσέδεναν 3. Cod. antiquissimus A insignis est sermone plebeio, ut 4 συλλημφθῆναι. 10 ἐκαθέρισεν. 24. 33 κλαθμός pro κλαυθμός (cf. Ap. Mos. 11 BC). 25 ἔλεγαν. 30 ἐβόουν. 23 δώῃ. 21 ὑλάξει κύων ἐν (om. BC) τῇ γλώττῃ αὐτοῦ.

25. **Acta Petri et Andreae**, quae Tdf. Apoc. apocr. p. 161—7 e cod. *Barocc.* 180 edidit, ipsa quoque ex opere Leucii fluxerunt. Retractatio minus quam ceterae ad normam orthodoxam castigata.

26. **Acta et Martyrium Matthaei** (cf. Lips. II 2,109 sqq). Liber a scriptore gnostico (non a Leucio) ineunte vel med. s. III compositus et V fere saec. in hanc formam catholicam redactus. Ed. Tdf. A. ap. ap. 167—189 e cod. *Par.* 881 et *Vind.* gr. hist. eccl. XIX f. 235. Inter codicem utrumque nequaquam convenit. Vind. formam praebet recentiorem et additamentis auctam. Graecitas vulgarem loquendi morem repraesentat. Affero v. g. τεσσεράκοντα 1 V. με τοῦτο θαυμάζει 3 P. πλήρης indecl. 3 V. ἐβόουν 5 PV. ἐν τῇ σῇ ῥομφαίᾳ ἄνελε αὐτόν 14 V. Verbo ὁρᾶν monstrandi notio tribuitur in locutione τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου ὁραθὲν αὐτῷ 16 P (cf. § 19).

27. **Martyrium Bartholomaei** (cf. Lips. II 2,65 sqq), quod Tdf. 243—260 ed., a scriptore Nestoriano intra a. 450 et 550 compositum est; sed forma, quae exstat, anno 580 recentior.

Unus cod. *Ven.* 362 s. XIII. Hic scriptor non, ut ceteri plerique, vulgarem loquendi morem sequitur, sed dictione utitur mixta et confusa et inaequali, quam e scriptoribus Byzantinis cognitam habemus. In vocabulis flectendis minus discedit a more prisco (interdum tamen ad usum vulgarem delabitur ut ἔγνωσεν 4) quam in enuntiatis struendis et in verbis deligendis. Activum et medium discernendi facultas interiit, ut c. 1 ἀποκρίνει (pro -εται) legitur et 2 ἀνταποκρίνω. Modorum discrimen non sentiens scriptor non reformidat locutionem παρακαλῶ ἵνα διασωθήτωσαν c. 7, imperativo cum coniunctivo vitiose confuso. c. 8 μετά c. acc. iunctum significat *cum* (paulo post c. gen). Verba neograeca sunt: 7 μαῦρος *niger*, 2 μαυρότριχος. μακρύς (pro -ός). ἄσπρος *albus*. 7 θεάφιν *sulfur*. Ab his vocibus apud posteriores natis vehementer discrepat locutio ἅπαν γένος μερόπων 4 e poeta aliquo stolide arrepta.

28. Exempli gratia his scriptis adiungo Acta Andreae cum Laudatione contexta, quae Bonnetus (Suppl. cod. apocr. II. Parisiis 1895) edidit (cf. Lips. I 570 sqq). Hoc exemplo illustratur genus illud librorum recentiorum, qui ex Actis veteribus „a certis scriptoribus etsi sine nomine at non sine ambitione quadam aut saltem artis aliquo studio excerpti, compositi, adornati sunt“ (Bonnet p. VII). Scriptor rhetorum praeceptis institutus genus dicendi sibi finxit sermonis cotidiani valde dissimile, arte et doctrina compositum, verborum sententiarumque ornamentis inepte refertum. Frequentia sunt contraria opposita contrariis. Superlativorum puerilis frequentatio rhetorem prodit inepte amplificantem. Optativi, qui e populi sermone iamdudum evanuerat, frequens est usus. Dualis in sermone illius aetatis inauditus (τὼ χεῖρε p. 16,30) e veterum libris depromptus est. Oratio vocabulis recens fictis distincta est quasi dicendi luminibus, ut ἀνδρειώνυμος, δακτυλοφάγος, θεοσυνέργητος al. (v. indicem). In vocabulis flectendis scriptor raro peccat contra leges Atticistarum, quamquam hic illic formae vulgares ei excidunt. In sententiis vero struendis misere fluctuat inter scholae praecepta et populi συνήθειαν. Discrimine dativi et accusativi paene extincto saepe dativus accusativi fines ingressus est, velut p. 12,13 ὀκτὼ τῷ ἀριθμῷ, aut acc. pro dativo irrepsit ut 17,15 συμβουλεύειν τινά. ἐν et εἰς noniam distinguuntur. Perfectum

cum aoristo confunditur et alia eiusmodi (v. Bonneti indicem). Hunc librum comparare non inutile est, quo melius cognoscatur ceterorum scriptorum dicendi genus plane diversum, qui lingua vulgari contenti elegantiam quaesitam aspernantur.

Eiusdem fere notae est Martyrium Andreae ibidem a Bonneto editum (cf. Lips. I 548. 608. IV 12), nisi quod scriptor linguae vulgari paulo magis indulsit.

29. Actis apocryphis subicio Clementis qu. f. Homilias XX (ed. Dressel Gott. 1853 e cod. *Ottobon.* 443 s. XIV [O] collata editione Cotelerii e cod. *Par.* descripta [C]). Liber circa a. 160 in Syria conscriptus (Nirschl, Patrologie I 76) narrationem fictam continet de vita Clementis eiusque cum Petro consuetudine (cf. Harnack 212 sq). Praecedunt epistula Petri ad Jacobum, contestatio (*διαμαρτυρία*) ad lecturos, ep. Clementis ad Jacobum. Scriptor ingenio praestans et philosophorum doctrina litterisque graecis liberaliter institutus sermone utitur Atticistarum praeceptis in universum accommodato, genere dicendi ornato, culto, nitido, sed a copiosa loquacitate longe remoto. Scriptoris Atticismum nota illa indicia arguunt, qualia sunt *ἀπεκρινάμην*, superlativus, optativus, verba *βούλομαι*, *ὁρῶ*, *εἶμι* frequenter usurpata.[1]) Verumtamen communem loquendi morem ab eo non esse morose repudiatum satis multa ostendunt e consuetudine vulgari sumpta: *ὀλοθρεύω οὐθέν χρύσεα τὸ ἔλεος τοῦ νοός τοὺς γονεῖς τάχιον ἠφίεσαν πνέειν ἔλειψα ἦξα ἤμην ἦς δῴη κελεύειν τινί*, quorum pleraque ne Atticistae quidem evitare potuerunt (v. Schmid, Attic.). Saepius inter *ἀττικισμόν* et *συνήθειαν* fluctuat (ut Atticistae), cum scribit *ττ* et *σσ*, *ἕνεκα -εν*, *θαρρῶ θαρσῶ*, *κρύπτω κρύβω*, *οἶσθα ἴσμεν οἶδας οἴδαμεν*. Sed frustra apud eum talia quaeres qualia sunt *τέσσερα ἔριψα λήμψομαι εἰδυίης πόδαν ἀπεκατέστην γέγοναν πληροῖν* al., ut facile sit secundum huius scriptoris usum duos quasi gradus graecitatis vulgaris discernere. In sententiis struendis plerumque antiquorum usum effingit, quamquam ibi quoque haud pauca inveniuntur parum attice dicta, ut in usu temporum modorumque. Notabilis est frequentia adverbiorum a participiis ductorum (cf. Schmid Att. II 54. III 77. IV 79), ut *ἑπομένως* II 15. *προσ-*

[1]) Sed *ξυμμαχίας* Cl. ad J. 4 vix huius scriptoris est.

*ποιητῶς* 37. *λανθανόντως* I 3. 11 et saepe (cf. Proch. 69,18 *ἐπικεκαλυμμένως*, v. l. -*κεκρυμμένως*, *λεληθότως*. 1 Cl. 1,3 *καθηκόντως*. Diogn. 4,6 *ἀρκούντως*. 5,4 *ὁμολογουμένως*). Ex iis quae attuli cognoscitur huius libri graecitatem confinem esse epistulae ad Diogn. et Martyrio Polycarpi. — Codex O emendate plerumque exaratus. C nonnunquam vulgari usui propior, cf. *χρᾶσθαι* (§ 17,1). *ἐλεῶντες* (17,4). *ὀρθρίτερον* (11,3). *δώῃ* (18,4). *ὐλοθρεύειν* (4,2).

## III. Euangelia apocrypha (ed. Tischendorf², Lipsiis 1876).

30. Proteuangelium Jacobi medio fere s. II compositum (cf. Tdf. XII sqq. Harnack 19). Ed. Tdf. p. 1—15. Libri praesto sunt XVIII saec. IX—XVI, quorum antiquissimus, sed mutilus, cod. Par. Coisl. 152 s. IX (K). Dictio NTo consimilis pauca habet singularia.

31. Euangelium Thomae de infantia Christi eadem fere aetate ab homine gnostico conscriptum, sed non integrum superest (cf. Tdf XXXVI sqq. Harnack 16). Duae exstant formae, quarum longior (*α*) in IV codd. invenitur (*Bonon.* s. XV, *Dresd.* A 187 s. XVI, *Par.* 239 s. XV., *Vind.* ph. gr. 144). Ed. Tdf. p. 140—157. Formae brevioris (*β*) unus testis est cod. Sin. s. XIV/XV (ed. Tdf. 158—163).

32. Acta Pilati (cf. Tdf. LIV sqq. Harnack 21 sqq). Talem librum iam saeculo II extitisse Justinus testatur. Inde fluxit retractatio intra a. 326 et 376 confecta. Eam Ananias quidam a. 425 denuo retractavit et prologo auxit; qui cum librum e lingua hebraica a se translatum esse dicit, mentitur. Haec est forma *α*, quam e VII codicibus s. XII—XV Tdf. p. 210—286 edidit. Etiam recentior est forma *β* (apud Tdfium p. 287—322), quae exstat in cod. Par. 808 s. XV (B), Ven. Marc. II 151 (A) et II 87 s. XV (C). Inter codices formae prioris potissimum B (Monac. 276 s. XII) sermonem vulgarem exprimit, qui formis abundat quales sunt *κλεῖδαν*, *ηὗρα*, *εἴπασιν*. Graecitas formae alterius valde plebeia sermonem hodiernum nascentem ostendit, velut particulam *ἵνα* cum coniunctivo iunctam pro futuro aliquoties exhibet (v. § 21,2). Librarius, qui cod. C scripsit, multa

de suo addit, ut narrationem verborum ampullis et frequentibus superlativis amplificet atque exornet.

33. Descensus Christi (cf. Harnack 22). Libellus, quem Tdf. e scripto apocrypho s. II haustum existimat, in codicibus cum A. Pilati „euangelium Nicodemi“ efficit. Ed. Tdf. 323—332. Codd. A et B iidem sunt qui Actorum Pil. $\beta$; accedit Palat. Vat. 269 s. XIV (C).

34. Anaphora Pilati liber medio aevo compositus (Harnack 23). Duae supersunt formae quarum prior ($\alpha$) est apud Tdfium p. 435 sqq., altera ($\beta$) p. 443 sqq. Utraque quinis codd. s. XII—XV circumfertur. Dictio per se vilissima codicum corruptelis depravatur.

35. Paradosis Pilati liber ipse quoque recentioris aetatis et deterioris notae (Harnack 23). Ed. Tdf. p. 449 sqq. e V codd. s. XII—XV.

36. Narratio Josephi Arimathiensis eiusdem fere aetatis ac pretii. Ed. Tdf. 459 sqq. Codd. iidem qui Anaphorae Pil. $\alpha$.

37. Addo Epistulas Pilati et Herodis, quas James (T. and St. V, 1 p. 66—70) e cod. Par. 929 s. XV edidit, et Epistulam Tiberii ad Pilatum (ibid. p. 78—81; cod. Vind. 246. Taurin. gr. C II 5) Anaphora Pil. recentiorem.

38. Accedit fragmentum Euangelii Petri in cod. s. VIII/XII nuper inventum. Libellus ineunte s. II in Syria conscriptus (cf. Harnack 12). Ed. Harnack, T. u. U. IX 2.

IV. Reliquae sunt **Apocalypses apocryphae**, quas breviter commemorabo (ed. Tischendorf, Lips. 1866).

39. Apocalypsis Mosis. Ed. Tdf. l. l. p. 1—23. Codd. sunt quattuor s. XI—XIII. Graecitas vulgaris est et colore hebraico tincta.

40. Apocalypsis Esdrae liber admodum recens (Harnack 852). Ed. Tdf. 24—33 e cod. Par. 929 s. XV foedissime corrupto. Graecitas admodum humilis. Compositio rudis et incompta, scribendi artificio fere destituta.

41. Apocalypsis Pauli exeunte s. IV scripta (Harnack 788. Tdf. XVI). Ed. Tdf. 34—69 e cod. Monac. s. XIII et Ambr. s. XV. Liber sueto sermone vulgari et dictione tenui conscriptus.

42. Apocalypsis Joannis apocrypha VIII fortasse saec. (Harnack 785). Ed. Tdf. 70—94. Codices VII s. XV/XVI.

43. Joannis liber de dormitione Mariae. De libri aetate Tdf. incertum esse ait, utrum saeculo IV an prius prodierit. Ed. Tdf. 95—112 V codicibus usus s. XI—XIV. Libri dictio ceteris huiusmodi scriptis praestat nec prorsus caret ornatu quodam. Notabilis frequentia aoristi ἐθεώρησα (v. § 19).

44. Agmen claudat Apocalypsis Petri anno 150 antiquior (cf. Harnack 29 sqq). Fragmentum una cum Ev. Petri nuper inventum ed. Harnack T. u. U. IX 2.

Iam quoniam omnes libros, quos tractaturus sum, enumeravi, reliquum est ut compendia, quibus usus sum, explicem. Numeri singulis libris additi ad enumerationem eam, quae antecedit, pertinent.

AAnd Acta Andreae (23).
AAMt Acta Andreae et Matthaei (24).
ABarn Acta Barnabae (20).
AJo Tdf Acta Joannis a Tdfio edita (19).
AMt Acta et Martyrium Matthaei (26).
APAnd Acta Petri et Andreae (25).
APh[il] Acta Philippi (21).
APh[il]H Acta Philippi in Hellade (22).
APil α, β Acta Pilati (32).
APP α, β Acta Petri et Pauli (12).
APTh Acta Pauli et Theclae (13).
ATh Acta Thomae (16).
AThadd Acta Thaddaei (14).
AnPil Anaphora Pilati (34).
ApEsdr Apocalypsis Esdrae (40).
ApJo Apocalypsis Joannis (42).
ApMos Apocalypsis Mosis (39).
ApPaul Apocalypsis Pauli (41).
ApPetr Apocalypsis Petri (44).
Barn Barnabae epistula (3).

1 Cl, 2 Cl Clementis epistulae (1, 2).
ConsTh Consummatio Thomae (16).
Desc Descensus Christi (33).
Diogn Epistula ad Diognetum (4).
Doctr Doctrina apostolorum (9).
DormM liber de Dormitione Mariae (43).
EJac Protenangelium Jacobi (30).
ETh Euangelium Thomae (31).
EPetr Euangelium Petri (38).
EpAbg Epistula Abgari (15).
EpPil, Her Epistulae Pilati et Herodis (37).
EpTib Epistula Tiberii (37).
Herm V[is], M[and], S[im] Hermae Pastor (8).
Hom Clementis Homiliae (29).
Ign (E[ph], M[agn], Tr[all], R[om], Ph[ilad], Sm[yrn], Pol[yc]) Ignatii epistulae (5).
[Ign] Pseudo-Ignatius (5).
LAnd A Andreae cum Laud. cont. (28).
Leuc Leucii Acta Joannis (17).
MAnd Martyrium Andreae (28).
MBarth Martyrium Bartholomaei (27).
MPaul Martyrium Pauli (11).
MPetr Martyrium Petri (10).
MPol Martyrium Polycarpi (7).
NJos Narratio Josephi Arim. (36).
ParPil Paradosis Pilati (35).
Polyc Polycarpi epistula (6).
Proch Prochori Acta Joannis (18).
PsC Pseudo-Callisthenes (v. p. 8).

---

WSchm Wineri grammatica a Schmiedelio edita.
Bl Blass, Gramm. des neutest. Griechisch.
KBl Kuehneri grammatica a Blassio edita.
Deissmann BSt Bibelstudien; nBSt neue Bibelstudien (cf. supra p. 6).

Haec omnia praefatus iam venio ad graecitatem librorum, quos enumeravi, explicandam.

---

## Caput I. De litterarum mutationibus.

### § 1. De vocabulis dirimendis aut copulandis (W Schm § 5,7. Bl § 4,1).

Librarii nonnunquam praepositionem sive articulum cum voce insequenti in unum verbum cogunt scriptione ad pronuntiationem accommodata, in qua talia coalescunt. Cod. P Actorum Thom. in hoc genere maxime insignis est. Talia sunt A Th 23 *συμπλήθει. παρασοῦ.* 31 *ἐπισοῦ.* 34 *περιεμοῦ. διατοῦτο.* 39 *συνεμοί.* 50 *ἐπιτοῦτο.* 51 *μετασοῦ* (omnia in P). L And. 6,19 *πρὸστάδιον* (= *πρὸς στ.*) PN. 26,19 *τησχυθίας* (*τῆς Σκ.*) P. PsC 199a *προσέ* (i. e. *πρὸς σέ*). Eadem ratione particulae quaedam cum voce insequenti continuantur, ut *οὐκήκουσεν* A Th 36 P. *καιρρίψασα* (pronunt. *κερρ.*) A Th James 24 (de gemino *ρ* v. § 5,1). Praepositionem adiuncti verbi prima littera, si fieri potest, commutat, quo artior fiat copulatio, ut supra *συμπλήθει.* Alia v. § 5,2.

Siquidem non licet ea vocabula in scribendo divellere, quibus in continuatione sermonis alia verba non interponuntur (Bl p. 14), apud hos scriptores particulae *ἐάν* et *εἰ* cum insequenti *τις* aptius continuantur. Atque vocabula *εἴ τις* tam arte inter se colligata erant, ut particula *ἄν*, quam ab *εἰ* segregari antiquorum usus vetuerat, persaepe pronomen *τις* insequeretur, velut si *εἴτις* simplex pronomen indefinitum esset. Cf. Herm V III, 13,4 *ἐάν τι δὲ δέῃ.* A Phil H 17 *εἴ τι ἂν αἰτήσῃ.* APP$\beta$ 73 *εἴ τι ἂν ἴδῃς.* APTh p. 271 Lips. *εἴ τι ἂν αἰτήσει.* ATh 4 *εἴ τις δὲ.* 16 *εἴτι ἂν αἰτήσηται* BCPQ. 23 *εἴτι ἂν αἰτήσῃς* CP. p. 58,34 *εἴτι δἄν.* 61,25 *εἴτι ἄν.* Adde PsC 266a. 267b *εἴ τις δὲ ἐάν.* Cf. quae Deissmann nBSt 32 de hoc usu disputavit.

Praepositiones cum adverbiis iunctae in lingua communi valde increbuerunt (cf. Krebs, Präpositionsadverbien I 35. Schmid, Attic. IV 625. Neogr. *χάμω* et *καταχάμω*, *ἐπάνω* et *καταπάνω*, v. Hatzidakem in Kuhnii ephem. XXXI 142). In talibus separatim aut coniunctim scribendis nulla est in libris constantia, sed ratio flagitat copulationem, si praepositio praefixa suam vim noniam obtinet. Eiusmodi sunt *μετέπειτα* APP$\alpha$ 19. *ἀναμεταξύ*

(nt neogr.) ib. 43. παρεκτός Proch 127,12. πάρεξ (i. qu. χωρίς) ATh 69,33. κατόπιθεν (neogr. κατόπι) 80,10. ὑποκάτω c. gen. (neogr. ἀποκάτω ἀπό) ATh James 9. ἔκπαλαι Hom XIV 8 (ἐκ πάλαι O). πρόπαλαι APhil 8. ἔκτοτε Hom II 21 al. PsC 200a. ἀπὸ μακρόθεν ATh 2. Desc 18. EJac 24. ἀπ' ἔμπροσθεν c. gen. ATh quinquies (v. p. 169). εἰς μάτην Proch 121,2. Herm Sim V 4,2 al. (quod vix crediderim latine magis quam graece esse dictum, ut Harnackio ad Vis. I, 1,3 visum est).

§ 2. **De aspiratione** (WSchm 5,10. Bl 4,3).

Nota res est in vocalibus aspirandis aut non aspirandis populi συνήθειαν longe ab usu veterum descivisse. Atque quibusdam verbis in titulis, papyris, codicibus tam frequenter aspiratio additur, ut dubium non sit, quin illa in sermone cotidiano spiritum habuerint. Talia verba sunt:

ἐλπίζω: Herm Vis III 12,2 ἀφελπικῶς ℵ.
ἰδεῖν: ἔφιδε APTh 28 F. ἀφίδετε ATh 28. ἀφιδὼν ib. p. 30,17. ἀφίδῃ 92,27 S.
ἴδιος: καθ' ἰδίαν APil*a* 3,2 B.

His verbis adnumeranda est stirps ὀπτ (in ὄψομαι, ὄψις al.), quae frequentius aspiratur, quam ut de librariorum mendo cogitare liceat. Cf. καθ' ὄψιν APil*β* 10,4 C. καθόπτευεν PsC 242a. καθοπτεῦσαι 257a (παντεφόπτου in tabula Hadrumetina, v. Deissmann, BSt 30). Adde μεθοπωρινοί 1 Cl 20,9 A (τ C), ut μεθοπορινῆς in papyro (Buresch Philol. LI, 95). Alia eiusmodi nata sunt ex inscitia librariorum incertorum, utrum addenda esset aspiratio necne, ut οὐχ εἶχον PsC 243b. Multo saepius contrario vitio aspirationem legitimam neglexerunt, ut ἀπεώρα ATh 8 PQ. οὐκ ἕτερος 25 A. οὐκ ἁρμόζει APP*a* 58 E. οὐκ εὕραμεν APil*a* 15,5 BC. οὐκ ἥμαρτες PsC 188b. οὐκ εὑρεθήσομαι 245b. οὐκ ὡμολόγησεν 248a. οὐκ ἕστηκεν 196b (de quo vid. Bl l. l.). Scriptio κατείρχθησαν 1 Cl 45,7 A pro καθ. (sic C) nata est e sollemni confusione verborum εἴργω et εἵργνυμι (KBl I, 2 p. 413).

§ 3. **De litteris paragogicis** (WSchm 5,28. Bl 5,3. 4).

Licentia litteram ν paragogicam ex arbitrio detrahendi sive adiungendi adeo perturbaverat indoctorum mentes, ut plerisque vocibus vocali terminatis illam litteram affigi posse crederent. De qua vitiosa consuetudine verba fecerunt Buresch ius Philol. LI 95 et Krumbacherus in Kuhnii ephem. XXVII 493. Hac labe infecta sunt substantiva in α cadentia, ut ὄνομαν ATh James 12 (cf. γάλαν e scriptoribus medii aevi a Krumb. allatum), quod etiamnunc in dialectis quibusdam viget testante Thumbio § 33,1. Saepe analogiae species homines fefellit ad ν addendum pronos; velut qui ἔρρωσον dixerunt (PsC 249b. 259a al.) similitudine aoristi, qualis ποίησον est, decepti sunt. Eodem modo confusio formarum κάθησο et κάθισον orta est (Hatzid. 207). Non integra mansit prima aoristi in -σα cadens (ἐνήστευσαν, ἤκουσαν 1. pers. ApEsdr 24), sed maxime littera illa parasitica tertiam aoristi invasit in η exeuntem, ut iam discrimen primae tertiaeque personae tolleretur. Haec inveni exempla tertiae personae vitiose terminatae: ATh 21 ἐβαρέθην. 49 ἠβουλήθην. p. 49,5 ἐδεήθην. 50,9 κατέβην. 51,15 ἀπεστάλην. 58,6 ἐκοιμήθην (omnia in P). 87,40 ἐπλήγην R. ETh*a* 14,3 ἀπεστράφην DrB. ApMos 38 ἐπαίβειν (i. e. ἐπέβην) C. 40 ἠδυνήθην. Leuc 245,11 ἠβουλήθην ParVind. Formam ἐξέβην in insulis quibusdam etiamnunc usitatam esse Thumbius l. c. docet. Non mirum est eos, qui talia scripserunt, nonnunquam invicem primae personae consonantem legitimam detraxisse, velut ἐπάγη EpAbg 2 V. παρεδόθη ATh 52 P. συνήφθη 89,5 P.

Transeo ad σ paragogicum. Scriptores NTi etiam ante vocales μέχρι et ἄχρι scribere solent, quamquam μέχρις ἄχρις praesto erant ad hiatum vitandum. Sed alia est eorum scriptorum consuetudo, de quibus nos quaerimus. Ab his enim μέχρις et μέχρι ita discerni videntur, ut illud ante vocalem, hoc ante consonantem locum habeat (sive praepositio sive coniunctio est). μέχρις ante cons. non inveni praeter MPetr 7 (μ. ὅτε A). ApPaul 41; μέχρι ante voc. nusquam nisi AAMt 29 B (μέχρι οὗ, C μ. τοῦ). Hom II 22 (μ. αὐτοῦ). Praepositio ἄχρι, in NTo frequentior quam μέχρι, apud hos scriptores rarissima

est. Invenitur HermM IV 1,5. APhil 10. MBarth 7. APP$\beta$ 80a. LAnd 7,7. Desc 6,2, ubique ante consonantem. ἄχρις οὗ inveni ABarn 5. 8.

## § 4. De vocalium commutationibus.

1. De ε et α commutatis (WSchm 5,20c. Bl 6,1). Nomen numerale τέσσαρες popularium consuetudo extenuato sono litterae α ad τέσσερες deduxit, quam deformationem non crediderim e dialecto ionica irrepsisse, sed sua sponte in sermone vulgari esse ortam (cf. Guil. Schmid, Gött. g. Anz. 1895,39). Apud Graecos hodiernos extenuatio illa valet in formis τέσσερεις, τέσσερα, cum gen. τεσσάρων et σαράντα (= τεσσαράκοντα) priscum α servaverint. Codd vetustissimi NTi consentiunt in scribendo τεσσεράκοντα. Formae nominis τέσσαρες nunquam extenuantur nisi τέσσερα, quod non raro invenitur. Bureschius (Mus. Rhen. XLVI, 217) tales formas a scriptoribus NTi alienas censet. Blassius pro τέσσερα τέσσαρα reponendum iudicat, sed τεσσεράκοντα admittere videtur. Apud eos scriptores, de quibus quaero, expectabam has formas vulgares frequentissimas esse, sed id secus est. Haec enim scripta, quae formis noviciis abundant, tamen pauca exhibent exempla illius mutationis, neque alia praeter τέσσερα et τεσσεράκοντα : τέσσερα APP$\beta$ 77 LQ (-α-cet.). HermV. IV 1,10 ℵ. S IX 2,3 as. ApJo 15 E (cet. α). τεσσεράκοντα ATbadd 6 V. AMt 1 V (α P). Haec obruuntur contrariorum exemplorum copia: τέσσαρα APP$\alpha$ 56. Proch 188,29. ATh 28. ApEsdr 29. ApPaul 45. τεσσαράκοντα 1 Cl 53,2 bis. [Ign] Tr. 9. Sm 3. Philipp 9. Proch 9,8; 13,4; 17,7; 18,15; 42,16; 47,9; 90,2; 116,9. APb 31. 33. 37. 41. 42. AAMt 21. AMt 30. MBarth 4. 5. ATb 56,17. APil$\alpha$ 4,1. 3; 15,6. $\beta$ 4,1. 3; 9,5. NJos 2,1. EJac 1,4.

Accedunt multa exempla ceterarum formarum, ut τέσσαρες HermV I 4,1. III 10,1. ATb 49,16. 87,14 al. τέσσαρας HermV III 13,3 (-αρες ℵ). AAnd 12. ATh 32 al. Satis mirum est, quod ne PsC quidem ullum exemplum recentioris formae exhibet (τέσσαρες 242b. -άρων 241b. τέσσαρσι 245a. -αρας 241b). Scriptor Homiliarum nunquam ab usu antiquo aberravit.

Eadem extenuatio alterum α verbi καθαρίζω infecit, neque in forma ἐκαθάρισα accentus valuit ad priscum sonum conser-

vandum. Sed e certamine illo α littera superior discessit, nam nunc Graeci loquuntur καθαρίζω. Formae noviciae in codicibus aliquoties inveniuntur: ἐκαθερίσθη EpAbg 8. Proch 85,13 P³ (cet. α). LAnd 18,3 C (α PN). ABarn 20 V (α P).ἐκαθέρισεν AnPilα 1 CD (ά A). AAMt 10 A (ά B). ἐκαθαίρησαι (i. e. ἐκαθέρισε) EpTib 79,7 Taur (καθαρίζειν Vind). Sed frequentiores sunt formae incorruptae: APPα 20. β 41 καθαρίζοντα. Proch 112,4 ἐκαθαρίσθη. AThJames 24 it. EpAbg 1 καθαρίζεις. APh 6 καθαρίσας. AAMt 14 καθαρίζουσιν, -ετε. ATh 25 καθαρίσας. 27 καθάρισον. 45 -ισθῶσιν. 55 -ίσει. p. 86,11 -ισθῇ. MBarth 7 -ισθήσεσθε, -εται. AnPilβ1 ἐκαθάρισεν. APhH 10 καθαρισμόν.

Eadem ratione in sermone communi μυσαρός ad μυσερός deductum est. μυσερός est 1 Cl 14,1; 30,1 A. [Ign] Philipp 5. Sed μυσαρός APh 13. AThadd 5 V. Hom XIX 19. χλιερός non inveni, sed χλιαρός [Ign] Magn 9. Priscum μιαρός est 1 Cl 28,1; 30,1; 45,4. ABarn 20 V. AThadd 2. ATh 48; 76,32; 61,13 (μιαρότης); 76,32. Proch 33,12; 42,11 et saepe. Leuc 233,24. Hom XII 15 al; ionicum et vulgare μιερός ABarn 19 P (α V). Sed hanc pronuntiationem in sermone vulgari late patuisse ostendit convicium illud μιερεῖς, quo gentilium sacerdotes a Christianis appellabantur quasi μὴ ἱερεῖς. Cf. μιερεῖς MBarth 8. ὁ μιερεὺς τῶν εἰδώλων AThJames 60. Apud Prochorum μιερεύς vel μηερεύς in P² et v frequens est (v. Zahnium ad 113,11); p. 122,12 P² habet μὴ ἱερεῖς.

ὕελος, ut recentiores dicebant pro ὕαλος, est PsC 234a; ὁ σίελος pro τὸ σίαλον ibid. 197a.

Priscum ε recentiori α cessit in verbis ἀμφιάζω et πιάζω (neogr. πιάνω comprehendo): μεταμφιάσας MPetr 6. ἀμφιάσονται ATh 7 (sed ἀμφιέννυνται 36. ἠμφιεσμένοι 53,28). ἀμφιασάμενος PsC 184b. πιάσαι APPβ 9. NJos 2,4 ABC. πιαζόμενος ib. 1,1 C (πιεζ. A). ἐπιάσθης APilα 9,5. ἐπίασαν β 10,2.

Adverbio ἕνεκα apud Iones et in sermone vulgari respondet ἕνεκεν, quae forma apud scriptores nostros sollemnis est. εἵνεκεν non inveni nisi Herm V. III 2,1 ℵ. ἕνεκα invenitur Herm V. I 3,1. M XII 4,2 (sed sexies ἕνεκεν). 2 Cl 1,2. MPol 17,3 (sed -εν 13,2). ATh quater (sed decies quater ἕνεκεν, v. Bonn. p. 169).

APh 26 Par^c. LAnd 14,1 et saepius (ut apud scriptorem Atticos imitantem). εἵνεκα denique non exstat praeter Herm V. III 1,9 ℵ. In Hom. magna est varietas. ἕνεκεν fere vicies occurrit, ἕνεκα octies decies (praeterea II 42 -εν C, -α O); εἵνεκεν ter decies (I 19 C, ἕνεκεν O); εἵνεκα nonnisi XVIII 20 et VI 5 O (ἕνεκα C).

Verbum ἐραυνᾶν, quod frequentissimum est in codicibus V et NTi (WSchm 5,21. Bl 6,1), scriptoribus apocryphis ignotum est, apud quos ἐρευνᾶν legitur sine ulla lectionis varietate (AThadd 8 V. APh 19. APPα 24. 39. β 45. 53. 60. EJac 1,3. 19,3. APilα prol; β 1,3). Unicum exemplum est ἐραυνῶντες Barn 4,1, in ℵ nimirum, qui in hac forma scriptoribus obtrudenda sibi constat (-ευ- C). Depravationem illam verbi ἐρευνῶ Bureschius iure inter ea rettulisse videtur, quae linguae Alexandrinorum propria erant.

2. De α et ο, ε et ο commutatis. μετοξύ pro μεταξύ invenitur 1 Cl 44,3 A. Barn 13,5 ℵ. Verbum ὀλοθρεύω e Sacro Codice notissimum (WSchm 5,20 d. Bl 6,2) repperi APhil 26 et, id quod satis mirum, saepius in Hom (X 13. XI 9. XIX 12. Cl ad J 18 C, ὀλεθρ. O). Adde τοῦ ὀλοθρευτοῦ APhil 24. Ut in hoc verbo ο per assimulationem e primario ε, ita inversa permutatione ε ex ο natum est in voce τοξοβελίαις PsC 253a pro τοξοβολίαις (quod librarius fortasse ad τόξον et ὀβελός rettulit).

3. De ε et ει (WSchm 5,12. Bl 6,4). Formae comparativi πλείων constanter diphthongum retinent praeter neutrum πλεῖον, quod non raro iota suum perdit. Haec sunt exempla: πλεῖον APh 18 V (πλέον Par). AAnd 14. MBarth 5. 6. MPaul 5. APP 84f (πλέον LM). APilα 4,3 CE (πλέον AB). DormM 30. 35 (πλέον A). Hom III 53. IX 12. XI 28. 30. 31 et saepe apud hunc auctorem.

πλέον Diogn 10,5. Ign. E 6,1; 10,3. M 10,1. Tr 4,1. 2. R 1; 2,2. Pol 4,3; 5,2. APhH 17. MBarth 1 bis. 6. AThadd 4 V. Leuc 226,9. APilβ 2,4. ApJo 26 (πλεῖον E). Hom V 17. X 22. XII 13.

Inde cognoscitur apud hos scriptores (praeter Hom.) πλέον frequentius esse quam πλεῖον (secus quam in NTo). Neograecum πλιό e πλέον sive e πλεῖον ortum esse potest (cf. Thumb § 11), sed etiamnunc sunt qui loquantur πλέο (ib. 12,1).

4. De ε et η, ο et ω et ου confusis (WSchm 5,19. 21). Quoniam in lingua vulgari productarum et correptarum vocalium discrimen, quod nunc prorsus sublatum est, mature interire coepit, crebra fuit confusio vocalium ε et η, priusquam η ad ι deducta longius ab ε recederet et confusionem illam effugeret. Cuius commutationis exempla Bureschius Philol. LI 91 e papyris et e codice Alexandrino affert.[1]) Illa confusio adiumento fuisse videtur vocali η in temporibus verborum purorum corripiendae, quamquam analogia quoque verborum τελέω, τρέω al. multum valuit (v. § 14,1). Eadem vocalis η correptio alteram pers. pl. coniunctivi infecit (velut ἐὰν ἀγάγετε A Mt 13 V), quae forma facile correptionem patiebatur ceteris quoque personis ad similitudinem indicativi redactis. Quare etiam postquam η in ι abiit mutatio illa latius manavit et nunc legitima est (cf. § 20).

Non tam ad vocalium mutationes quam ad derivandi rationem pertinet paenultima in nominibus in -μα exeuntibus correpta (Bl 27,2. Cobet praef. NT p. L. Buresch Philol. LI 92), ut θέμα IgnPol 2,3. κατάθεμα Doctr 16,5. ἐφεύρεμα L And 5,30. Eadem lege ο est ante -μα, ubi veteres ω dicebant, velut δόμα Proch 73,3. A And 10. A Th 25. 50 et πόμα IgnRom 7,3. E Jac 1,4. Proch 48,5.

Litterae ο et ω librariis idem fere valent, quoniam nemo tum pronuntiatione eas distinguere poterat. Haec quoque mutatio valuit ad indicativum cum coniunctivo confundendum, quia λέγομεν et λέγωμεν perinde sonabant.

Etiam ο (ω) et ου in lingua vulgari confundebantur (v. Buresch Phil. LI, 89), ut hodierni quoque saepe ου loquuntur pro antiquo ο (Thumb 6). Hoc modo ortae sunt mendosae scripturae Proch 145,9 πεσουντες N. A Th 53 ἀφελούμενοι P. PsC 191a ἐβολόμην (cf. μολοῦντες Or. Sib., Buresch 11). Hoc quoque aliquid momenti attulit ad indicativi et coniunctivi discrimen delendum in tertia pl. act. et prima sing. med. Cf. A Th 37 ἵνα βλέπωσιν καὶ ἀκούουσιν P; 51,32 ἵνα μὴ φοβοῦμαι P; 66,3 ὅταν λαμβάνουσιν P; 46,35 καταβάλλωσιν (indic.) καὶ ἀπογυμνοῦσιν. Sed talia syntaxi aptius subiunguntur, quare conferre iubeo § 20.

[1]) in dialecto hodierna Pontica ε respondet antiquo η (Thumb 6,2).

Similitudo vocalium ω et ου aliquantum valuit ad verba in έω et άω exeuntia inter se miscenda, qua de re v. § 17,4.

5. Codices non carent exemplis litterae ο post ι more posterorum in terminationibus extritae (cf. Mus. Rh. XLVI 204), ut ETh$\beta$ 3,2 ῥύακιν. MBarth 7 θεάφιν. APP$\beta$ 9 στίχαριν O. 13 καστέλλιν BO al. 84b φακιόλην (i. e. -ιν) N. Proch 12,13 σχρινιάρις m².

## § 5. De consonantium geminatione et assimulatione

(WSchm 5,25. 26. Bl 3,10. 12).

1. In consonantibus geminandis aetate Romana nulla iam erat constantia evanescente dissimilitudine consonantium geminatarum et simplicium, quae nunc prorsus exolevit (Thumb § 35). Liquidae imprimis a librariis saepe perperam geminantur aut contrario vitio semel scribuntur. Cod. Actorum Phil H et P Actorum Th abundant exemplis geminationis neglectae. Contra κρεμμαμένας est ATh 53 et in cod Par° Actorum Phil. constanter legitur κρέμμασθαι. Sed talia ad scribendi tantum consuetudinem pertinent. Illud observatione dignius, quod a recentioribus litterae ρ geminatio post augmentum vel in compositionibus sublata est. Quae scriptio simplex apud recentiores frequentissima ostendit antiquam geminationem litterae ρ etiam in pronuntiatione mature in desuetudinem venisse. Talia sunt 1 Cl 6,4 ἐξερίζωσεν A (ρρ C). 17,5 ἐμεγαλορημόνησεν AC. 23,4 φυλλοροεῖ A. 55,6 ἐρύσατο A (ρρ C). Barn 4,8 ἔριψεν ℵ (ρρ C). 11,6. 8 ἀπορυήσεται ℵ (ρρ CG). IgnE 10,2 μεγαλορημοσύνας G¹. HermV. III 5,5 ἐρίπτουν. 5,5; 6,1 ἀπερίφησαν. III 11,3 ἐπερίψατε ℵ. IV 2,4 ἐπέριψας. 5 ἐπιρίψαντες ℵ. Proch 110,16 πολυρημονίας. 126,4 ἐράπισεν (v. l. ρρ). 141,14 ἐρύσατο VN (ρρ P²). (Sed 111,1 ἔρριπτο. 142,2 ἐρρύσθη.) EPetr 9 ἐράπισαν. 20 διεράγη. APh 13 ἄρυπος. 26 ἐραπίσθη. AMt 4 καταρίσσον (= -ρῆσσον) P. ATh 6 ἐράπισεν A (ρρ E al). 91,9 ἐξερίζωσα P (ρρ Q). APP$\beta$ 8 ἐρύσατο. Saepius L et MAnd (Bonnet p. 78). Nihil tale in Hom.

Sed prisca lex nondum prorsus sublata. Atque ATh James 24 in cod. ab homine indoctissimo exarato legitur καιρρίψασα, h. e. καὶ ῥίψασα, quae verba postquam coalnerunt (cf. § 1), secuta est geminatio, quoniam αι tum brevis vocalis vim habebat.

2. Mutatio extremae litterae ante vocem a consonante incipientem antiqua aetate latissime patuerat. Cuius consuetudinis vestigia restant apud seros librarios, qui nonnunquam assimulationem praepositionum σύν et ἐν admittunt, imprimis si eas cum nomine insequenti in scribendo continuant (§ 1). Eiusmodi sunt ἐμ παραβολαῖς APhH 3. σὺμ μεγίστῃ AAnd 14 A (σὺν B). σὺμ Μυγδονίᾳ ATh 83,7 P. συμπλήθει ATh 23 P. LAnd 18,7 C. ἐμφιλοσόφοις 26,15 C. ἐγγενητοῖς MAnd 46,7 F. ἐμμέσῳ APila 15,5 B. ApMos 31. ApPaul 48. AAMt 22 A. ἐμ πᾶσιν AAMt 14 A (Apoc. ap. p. 139).

Sed multo saepius in commissura verborum assimulatio neglegitur secundum usum illum aetate Alexandrina pervulgatum, quo praepositiones ἐν et σύν suum ν retinent littera insequenti non mutatum. Cuius consuetudinis multa exempla cernuntur in antiquissimis codd. A (Clem.) et ℵ (Barn. Herm.), rara in ceteris.

Accedit syllaba παν: πανπληθῆ 1 Cl 20,4 A (μ C). πανμεγέθη ApPaul 6,2 (PsC 241b. 242a al). πάνπολλοι MPetr 2.

Postquam igitur pro γγ, μπ scriptiones νγ, νπ invaluerunt, recentiores etiam ea attrectaverunt, in quibus nulla fuit assimulatio. Huc pertinet scriptio αναγγελω MPetr 9 P (cf. εἰσανγελέων in pap. Par., Schmid Gött. g. A. 1895,40). Prisca et recentior ratio (Παμφυλία et Πανφ.) commixtae effecerunt scriptionem Πανμφυλίαν PsC 204a.

## § 6. De consonantium commutationibus.

1. De σσ et ττ (WSchm 5,27 c. Bl 6,7). Lingua communis repudiavit atticum ττ. Verumtamen codices in ea re adeo sibi non constant, ut haud pauca verba exhibeant attico more scripta. Taceo de epistulis Pseudo-Ignatianis et L et MAnd, quorum librorum auctores plerumque atticum morem sequuntur; sed in ceteris quoque scriptis exempla inveniuntur scriptionis atticae ac ne ab iis quidem librariis evitantur, qui maxime linguae vulgari se addixerunt. Omnium talium verborum longe frequentissime per ττ scribitur verbum κηρύττω, quod in his libris (omitto L et MAnd) quinquagies bis inveni. Apud Prochorum invenitur decies quater (30,21; 59,9 cet). In ATh decies ter est κηρύττω, decies quinquies κηρύσσω (v. Bonnetum p. 180).

Saepe forma attica complurium codicum consensu comprobatur, velut ἐκήρυττεν APPβ 84d in BGLMN. Paulo rarius quam κηρύττω invenitur πράττω (vel διαπράττομαι), quod tricies ter repperi (praeter Hom). In ATh decies quater scriptum est διαπράττομαι, quater πράττω (nunquam σσ). Sequitur φυλάττω, quod paulo rarius est (Proch 52,2; 69,17 al. APPβ 9. 42. IgnTr 7,1. ATh 47,16 P [σσ R] etc.). κρείττων quinquies est in ATh (nunquam σσ), praeterea Leuc. 230,10. IgnR 2,1. Pol 4,3. MPol 11,1. AMt 21 PV. ἥττων inveni 1 Cl 47,3. ATh 92,1 PQ, ἡττᾶν s. -ᾶσθαι Proch 100,9. Leuc 230,16. APPα 28. 43. 55. β 49. 76. ἐλάττων exstat HermV III 7,6. S IX 28,4 (sed 11,7 σσ). ἐλάττωμα S IX 9,6. ἐλαττούμενον Diogn 10,6. -οῖν ApPaul 50. γλῶττα legitur 1 Cl 57,2 C (σσ A). AAMt 21 AC (σσ B). ATh 6 ADPQ; ibid. 53 γλώττης et γλώσσης. (ἐκ)πλήττω est MPol 7,2. AMt 3 V. ATh 87,40 R. Aliorum verborum per ττ exaratorum bina vel singula exempla inveni: βδελύττεσθαι APPα 13. β 34. θᾶττον 1 Cl 65,1. MPol 13,1 (vox ipsa attica est, populus loquebatur τάχιον, cf. § 11,3). σπαράττω ATh 94,36 R. MBarth 3. φράττω ATh 88,17 R. ConsTh 7. ταράττω Proch 136,15 NP². ConsTh 11. ἐναλλάττεσθαι APPα 14. φρίττω APhil 26. χαράττω Proch 114,11. ὀρύττω ib. 24,8. πυρέττω Leuc 228,4. περιττός AAnd 3 AB. συρίττω ConsTh 8. προστάττω AThJames 43. — In PsC sunt ἡττᾶν 218b. 265b. -ᾶσθαι 240b. ἀήττητος 251a. κρείττων 218b. 251a. 255a. ἐλάττων 221a. 247b. 251b. διαφυλάττω 266a. ταράττω 275b. Θετταλία 272a.

In Hom. magna est varietas, sed scriptor sibi constat in scribendis κρείττων ἥττων ἡττᾶσθαι (IV 2. XVI 3) ἐλάττων ἐλαττοῦσθαι (XX 5) et e contrario ἀλλάσσω (praeter διαλλάττων Cl ad J 18) τάσσω (III 36. IX 21 al) λύσσα (IV 19. XI 26) αἰνίσσομαι (V 18. XVI 21. XVIII 7) περισσεύομαι (XII 6. XIX 7. -σσός III 44. V 18, sed -ττός III 70. XIV 4) atque etiam κηρύσσω (nunquam ττ). Praeterea praevalent πράττω, φυλάσσω (ττ IV 8. XIII 7), θάλασσα (ττ XII 10. 17 O). Rariora omitto.

2. De ρρ et ρσ (WSchm 5,27b. Bl 6,7). In repudiando attico ρρ sermo communis minus sibi constitit, ut nunc quoque ἀρσενικός loquuntur, sed θάρρος θαρρῶ. ἄρσην legitur Ap

Jo 11. Hom III 22. 23. 26. 27. V 22 et ἀρσενικός ApMos 15 bis. 2 Cl 12,5. Hom III 23 O (ρρ C); sed ἄρρην ATh 27. 47. p. 72,12. EJac 4,1 (ρσ AR). Barn 10,7. [Ign] Philipp 6 bis. Hom V 15. VI 2. XII 26. 32. XIX 23. XX 1 (PsC 257a bis. 266a. ἀρρενικός ib. 256b. 274a). De formis θαρρῶ θάρσος cet. hi libri fere consentiunt cum NTi scriptoribus, qui θάρσος θάρσει θαρσεῖτε scribunt, sed θαρρῶ. Cf. θάρσος Herm V III 1,5. APPβ 20. ATh 89,1. APilβ 2,2 A (ρρ B, ρ C). MPol 12,1. PsC 221a. 231a. θάρσει ABarn 3. 4. AMt 27 V. ATh 94,6. Hom Cl ad J 16 O. XIII 20. θαρσεῖτε APetrAnd p. 165. θαρσύνω ATh 54,25. ApPetr 5. PsC 231a.

θαρρῶ ἐθάρρησα τεθάρρηκα cet. MPaul 4 A. APPβ 56. ATh 84,8. ETha 15,1. Proch 15,10; 91,2. ApJo 1. DormM 5. [Ign] Philad 4. Hom II 11. 53. III 9. XX 5 al. PsC 271b.

Sed nonnulla exempla his adversantur: θάρρει [Ign] ad Heronem 6. Hom I 21. XII 17. (παρα)θαρρύνω ATh 79,29. PsC 231a. — θαρσῶ: Herm V IV 1,8 θαρσήσας. ApPetr 5 -ήσαντες. [Ign]Philipp 9 κατεθάρσεις. Hom V 3 θαρσήσας. X 6 -αντες. V 4 θάρσησον.

Accedunt χερσῶ HermS IX 26,3 et μυρσίνη ATh 5. 6. more vulgari scripta.

3. Littera δ praeter morem ante aspirationem commutata in sermone communi effecit formas οὐθείς, μηθείς cet. (W Schm 5,27 f. Bl 6,7), quae ut in NTo, ita apud nostros nonnunquam exstant: 1 Cl 33,1; 45,7 μηθαμῶς. Barn 7,9 ἐξουθενήσαντες. IgnM 7,1 οὐθέν. [Ign] Philipp 13 ἐξουθενεῖτε. HermV III 4,3 οὐθέν ℵ (δ as). M II 6 μηθέν ℵ pr. IV 2,1 οὐθέν ℵ pr. S IX 5,6 οὐθείς as corr. ATh 14 ἐξουθένισα (-ωσα C, -ησα PQ). 89,38 ἐξουθενωθῇ P (δ QS). Hom XVII 2. XIX 1 οὐθέν. XIX 12 bis. 20 οὐθέτερος. PsC 221a ἐξουθενοῦντες.

Pro antiquiore δ in lingua communi τ successit in voce ποταπός: APTh 2. APilβ 10,4. ApJo 6. ApPet 5. HermV III 4,3. M VIII 3. S IV 3. VI 3,4. VIII 6,3. PsC 184b (ut NT).

Hodiernus sermo eam legem observat, ut litterae tenues post nasales in medias abeant (Thumb § 15). Cuius pronuntiationis initia cernuntur in codicibus, ut ἀναφαλανδός APPβ 9. 21 (ντ P). ἐξεῖνεγγα (i. e. -ήνεγκα) AThJames 26. κατήνεγγε PsC 224a. Postquam autem ντ, γκ haud aliter atque *nd*, *ng*

sonare coeperunt, facile in ea verba irrepserunt, in quibus veritas *νδ, γγ* exigebat: *σαντάλια* Lenc. 250,22 V. *Γουνταφόρου* ATh 2 R (*νδ* cet). *ἀπήγκειλεν* ATh James 16. Cf. Hyperid. Epit. § 7 *αντρα* Pap. Haec consuetudo postea adeo invaluit, ut hodiernis mos sit ubi veteres *νδ, μβ* ponebant litteras *ντ, μπ* scribendi, ne quis litteris *δ* et *β* post nasales positis spirantem eam vim tribuat, quam alias obtinent. Atque ut nunc Graeci in verbis peregrinis *μπ, γκ* scribunt pro veris *b, g*, ita ETh *α* 6,3 in cod. Par. scriptum est *μπέθ, γκίμελ*.

## § 7. De consonantibus insertis aut extritis.

(WSchm 5,30. 31. Bl 6,8).

1. Notum est in sermone communi aetatis Romanae stirpem *ληβ* nasali auctam esse ad imitationem praesentis *λαμβάνω* inserta, nec tantum in formas verbi *λαμβάνειν*, sed etiam in omnia composita et derivata (*προσωποληψία, λῆμψις* cet.) illud *μ* irrepsisse. Cuius insertionis plurima exempla inveniuntur in codicibus vetustissimis Bibliorum et in papyris titulisque Aegyptiacis, sed Guil. Schulze commentatione quae inscr. „Orthographica" (progr. aest. Marpurg. 1894) ostendit hunc usum dialecti alexandrinae terminis non fuisse circumscriptum, sed latissime regnasse. Quare cum ad has quaestiones me conferrem, exspectabam me magnam talium formarum copiam deprehensurum. Sed spes me fefellit. Cum enim omnes fere libri, quos perscrutatus sum, complura exempla formarum *λήψομαι, ἀνελήφθη* cet. exhibeant, quae computata centum circiter efficiunt (discedo ab Hom., quae his formis abundant), has tantum undecim formas nasali auctas inveni: 1 Cl 1,3 *ἀπροσωπολήμπτως* A (sine *μ* C). 12,2 *συλλημφθέντες* A (-*ληφ*- C). (Sed 12,2 *συλληψομένους*. 33,3 *ἀκαταλήπτῳ*).

Barn 4,12 *ἀπροσωπολήμπτως* ℵ (-*ληπ*- C). 19,3 et 4 *λήμψῃ* ℵ (sine *μ* CG).

HermV I 1,5 *ἀνελήμφθην* ℵ. III 10,6 *λήμψῃ* ℵ. V 7 *ἀπολήμψεσθε* ℵ bis (ubique sine *μ* as, itemque M IX 4 *ἀπολήψῃ* as. 5. 7. 8 *λήψῃ* as. S IV 6 bis *λήψονται* ca. V 3,9 ca et VIII 11,3 ca it. IX 9,6 *ἐλήφθησαν* as).

[Ign]Ant 12 χριστολήμπτους υ ο (υ cod. Vat. 859 s. XI, ο Ottobon. 348 s. XIV). AAMt 4 συλλημφθῆναι A (sine μ BC).

Hornm exemplorum novem exstant iu cod. A et ℵ (dissentientibns C, ca, as), undecimum iu cod. A act. AndMt satis antiquo (v. p. 28). Inde cognoscitur plane ut iu NTo codices vetustissimos μ exhibere, recentiores paene omnes omittere.[1]) Quam discrepantiam satis miram ut explicemus, non licebit cum Blassio p. 55 ad eam suspicionem confugere, ut librarios recentiores Atticismo indulsisse statuamus; quis enim eum qui codicem P Actorum Th. lingna e triviis petita nsns exaravit, ex Atticistarum disciplina profectnm esse contendet? Reliqnum est, nt formas pleniores, postqnam per pauca saecula in sermone vnlgari obtinuerunt, ex nsu hominum ita evanuisse sumamus, ut uullum vestigium relinquerent. Utrum scriptores ii, quos tractamus, ipsi λήψομαι an λήμψομαι scripserint, in dnbio relinquendum est, certe invitis codicibus depravatas formas iis obtrndere uemo audebit.

Praeter stirpem ληβ, in qna similitudo praesentis insertionem litterae μ adiuvit, sermo vulgaris in aliis quoque verbis litteris labialibus nasalem praefixit, ut pleuior snaviorque sonus existeret (cf. WSchm 5, not. 70). Talia snnt ἀναμφαλανδός APPβ 9 C (= ἀναφαλαντός). κυμψέλιον ATh 35,38 P. ἤμβλει (prounnt. *imvli*) 7,36 R pro ηὖλει (*ivli*). Ἀμβανῆς c. 2 et saepius R pro Ἀββάνης. Σημφόρου 38 R pro Σιφόρου. Παμφλαγονίας PsC 225b. Sed ad efficiendum συμψέλ(λ)ιον (Herm V III 1,4. ATh 46) e latino *subsellium* praeter illam labialinm cnmulandarnm consuetudinem ratio illa valuit, quam etymologiam popularem appellamus, qnia in Initio illius vocis praepositionem σύν agnoscere indocti sibi videbantnr. — Ut ante litteras labiales μ, ita ante gutturales γ, ante dentales ν nonuunquam inserebantur: ἀπεγχόνην ATh 27,34 (i. qu. ἀμπεχόνην mutata nasalis sede). ἠνδρύνθη 82,30 R pro ἱδρύ(ν)θη. Ποντιόλη APPβ 7 al. (l. e. Puteoli) a scriptore data opera fictum est, ut annominatio existeret Ποντιόλη ἐποντίσθη 14 (cf. Lipsinm, apokr. Ap. g. II 1,305). μογγίλαγος est AThJames 29.

2. Qui nunc insnlas maris Aegaei incolunt, adamant insertionem litterae γ (i. e. spirantis gutturalis) inter υ (β, i. e. spir.

[1]) Etiam cod. Leid. PsC sibi constat in scribendo λήψομαι sim.

lab.) et vocalem, ut δουλεύγω πιστεύγω (v. Thumb 23. 151,1 a). Hac licentia saepius usus est qui cod. Patmium MPet. et MPaul. valde antiquum exaravit (v. p. 22): δραπετευγομε (= -ωμεν) p. 88,1 Lips. πορευγομενη 96,18. βασιλευγην (= -ειν) 108,7. στρατευγη ib. 11. στρατευγομεθα 114,7. πιστευγοντας 115,7 (cf. Lipsii praef. LIII). Alia eiusmodi non inveni.

3. Ut sermo vulgaris ad nasales ante consonantes infarciendas inclinabat, ita magis etiam contraria gliscebat consuetudo, qua antiquae nasales exterebantur. Nunc eo ventum est, ut constanti usu nasales ante spirantes et ante ξ ψ omittantur (νύφη, ἄθρωπος, ἔσφιξα, ἔφεξα, ἔπεψα, Thumb 32. 153 I 2). Huc pertinent ἐκπεφθέντων 1 Cl 12,2 A (-πεμφ- C). πεφθέντα APPβ 39 J. μετεπέψω EpPil 67,4. πέψας PsC 201 a. ἀφοτέρων 203 a. περιέσφιξα ATh 91,1. ἐτύχανεν PsC 228 b. σπλαχνισθείς MAnd 49,28 FV (cf. ἐλέξω ℵ et codd. Or. Sib., Buresch Philol. LI 104). Nec modo ante φ, ψ, sed etiam ante π littera μ eliditur, ut in ἀπέπροσθεν ATh 58,37 P. Ὀλύπου PsC 227 a. 228 a (de quo v. GMeyer² § 294).

Alia consonans extrita est in ἄρκος (APTh 33 bis. PsC 261 b, cf. WSchm 5,31. Neogr. ἀρκούδα) pro ἄρκτος. Haec vox alias quoque vicissitudines subiit, nam aut metathesi ad ἄκτρος (AAnd 1 A) aut consonantibus magis etiam cumulatis ad ἄρκτρος (ib. C) deducta est.

## Caput II. De nominibus.

### § 8. De prima et secunda declinatione (WSchm 8. Bl 7).

1. Feminina in υῖα et ρα cadentia in casibus obliquis apud recentiores η assumunt analogiam aliorum nominum secuta, cuius mutationis originem Schmidius Gött. g. A. 1895, 35 a dialecto ionica repeti suo iure vetat (praeter WSchm 8 not. 1 cf. Deissmann u BSt 14. Adde κοσμητείρης in tit. aet. Rom., apud Bechtelium Ion. Inschr. nr. 150). Sed talia rara apud nostros: τῆς πλευρῆς PsC 201 a. ἀρούρης 232 a. νεκρῇ An Pil α 4 (-ήν B). δευτέρῃ ApEsd 24. Adde masculinum λάτρης (λάτρην ATh 84,2 et saepius). Ex his apparet hanc analogiam

aetate inferiore etiam ea nomina secuta esse, quae α productum post ρ in nominativo habent (cf. Bl. 7,1), ut apud hodiernos feminina adiectivorum post ρ (ἐλεύτερη Thumb 91,1), interdum etiam post vocalem (βέβαιη 92,1) η faciunt. Sed in substantivis nunc contraria ratione α, si in nominativo est, in genitivum quoque manavit η antiquo summoto (ut θάλασσα, θάλασσας), nec non nominativum et accusativum irrepsit nominum antiquitus in η exeuntium (velut δοῦλα Thumb 65 not. 1). Huc referendum est τὴν ὄχθαν APPβ 12. PsC 230b. 244a.

2. Vocativus θεέ, cui in NT plerumque nom. ὁ θεός substituitur (Bl 7,3), frequentior est in libris apocryphis, cf. v. g. APTh 24. 28 (ὁ θεός F). Leuc 242,12; 247,4. APh 26. AMt 21. ATh 44. 57. Hom I 11. Hodierni loquuntur θ(ε)έ (Thumb 46).

3. Nomina contracta in lingua communi non manserunt integra, sed pro formis contractis solutae recentioribus fuerunt acceptae. Quae utrum e dialecto ionica petitae an sua sponte in popularium sermone natae sint, nondum satis exploratum (cf. Schmid Attic. III 16). Quamquam autem, donec aliquis certis argumentis probabit sermonem communem a dialecto ionica originem ducere (id quod adhuc in dubio versatur), malim cum Schmidio (Gött. g. A. 1895,33 sqq. Attic. IV 577) eorum, quae ionica videntur, originem aliunde repetere, tamen fateor non facile explicari posse, quomodo homines illa aetate sua sponte formis contractis abiectis solutas redintegraverint diuturna oblivione obliteratas, nisi in aliqua dialecto contractionem non patiente conservatae erant. Verumtamen ne quis illi cognationi, quae inter sermonem vulgarem et dialectum ionicam intercedere videtur, nimium tribuat, animadvertendum est apud Iones recentiores vocalem ε cum α, ο, ου, οι, ω fere semper in pronuntiatione in unam syllabam (diphthongum scilicet) coaluisse, scribendi tantum consuetudinem veteres scriptiones plerumque conservasse, quamquam haud raro scriptio pronuntiationi indulsit (cf. θύη tit. ion. 43 Bechtel, εἰρῆται ib. 18, ἐξώλη 248. Ἀννικῶ Πυθῶ al. 174. ποιοῖ 156. ευ pro εο et εου fere semper Herodas [Meister 804]). Num autem terminationes illae solutae, quae in monumentis sermonis vulgaris frequentes

sunt,[1]) diphthongum effecerint, iure dubitari potest. Sed utut id est, apud scriptores nostros formae tales solutae non rarae sunt, quamquam contractarum copia superantur. Haec notavi: ὀστέον ConsTh 11. ὀστέα ConsThMon p. 157 (iuxta -ᾶ). ὀστέων IgnR 5,3. ConsThMon 157. AnPilβ 1. 4.

His obstant ὀστοῦν ATh 94,2. ὀστᾶ 1 Cl 25,3. MPol 18,1. ABarn 23. ConsTh 11. APilβ 11,2 (sed ὀστῶν non legitur).

Plura exempla suppetunt adiectivorum: ἀργυρέῳ ATh 81,21. MPet 1. APhil 8. -έους Diogn 2,7 (iuxta χρυσοῦς). χρυσέους καὶ ἀργυρέους Hom X 8. ἀργυρέοις PsC 268a (-αιοις cod.). χρυσέην,[2]) -έους, -έας ApPaul 19 Monac. (cod. -έῆν, -εοὺς). χρύσεον, -έοις MPet 1 P. χρύσεον Hom VI 2 (-οῦν 15). PsC 188b. χρύσεα, ἀργύρεα, χάλκεα Hom X 8. χάλκεα, χρύσεα, XVII 3 C (-έα O). χρύσεα PsC 200b. -έοις 228b. πορφυρέαν 214b.

His adversantur formae contractae hae: ἀργυροῦς AMt 20. -οῦν APTh 18 (-έον AFG). -αῖς AAMt 29 B. σιδηροῦς APhil 19. Desc 5,1. -ᾷ PsC 272b. -αῖς APPβ 79. PsC 223a. -οῖ Desc 5,3. -ᾶς APPα 58 E. λινοῦς HermS IX 11,7. -ῆν APhil 37. χαλκοῦν ApPaul 37. ApJo 7. APPα 11. β 32. AAMt 22. -αῖ Desc 5,3. χρυσοῦς Diogn 2,7. AMt 20. 24. PsC 234a. -ῆν APPβ 16. AMt 27. -ῇ PsC 269a. 270b. -ῇ 234a. -οῦν 269a. 270a. -ῷ 188a. -ᾶ ApMos 33. -αῖς AAMt 29 B. -ᾶς ApPaul 12.

Sed mirum est quod terminationes nominum in οος exeuntium nunquam dissolvuntur (ἁπλοῦς Barn 19,2. -οῦν ATh 20. -οῖ HermS IX 24,2. διπλοῦν S II 8. AAMt 15. -αῖ HermM VI 1,1; at χρυσόχροος PsC 270a), quas Ionibus dissolvere licebat (cf. Meister, Herodas 820 sq).

Sed omnia nomina contracta in sermone vulgari in magno discrimine versabantur, cum insolita et mira recentioribus viderentur, qui rara et difficilia ad exemplaria nota et sueta accom-

---

[1]) Formas χρύσεον, -έῳ, -έοις, ἀργύρεοι, -έῳ, -έα, quas Bechtel ion. Inschr. 129. 147 e titulis Olbiensibus et Ephesiis aetatis Romanae affert, non tam dialectum ionicam quam sermonem vulgarem sapere dixerim.

[2]) forma perperam e χρυσῆν ficta ad imitationem ceterarum, nam etiam Iones dicebant χρυσῆν (Meister, Herodas p. 829).

modabant. Itaque nomina contracta variis modis exterminata sunt. ὀστοῦν nunc prorsus exolevit (Thumb 81,2), πλοῦς et νοῦς in declinationem tertiam transierunt (v. § 10,3). Adiectiva vero in οῦς exeuntia inferiore aetate analogiam eorum secuta sunt, quae in ός cadunt, quoniam plerasque formas habebant in exitu pares (χρυσοῦ, -ῷ cet. ut καλοῦ, -ῷ). Sic ἁπλός διπλός χρυσός provenerunt, quae nunc obtinent (Thumb 93). Tales formae neograecae sunt χαλκόν ApJo 7 CD (-οῦν cet). PsC 272b. χρύσον, -οις MPet 1 A (-εον, -έοις P). Eadem ratione χειμάρρους ad χείμαρρος deductum: χείμαρρον EJac 18,2, (-άρρουν R).

4. Declinatio qu. d. attica integra conservari non potuit, postquam ω et ο differre desierunt. ἵλεως est apud Clem (I 48,1 -ως, 61,2 -ω gen., 2,3 -ων) et Herm. (S I 23,4 -ως), sed recentiores scripserunt ἵλεος: AAnd 3 ἵλεος AB (-ως C). APila prol. ἵλεα C. Eodem modo ἔμπλεως in ἔμπλεος abiit: LAnd 23,1 -πλεως (-ος C). 42,20 -πλεον. Desc 8,1 -πλεως AC, -ος B. Pro λαγώς, quod nunc λαγός est (Thumb 47,2), Barn 10,6 dicit λαγωός.

## § 9. De declinatione tertia (WSchm 9. Bl 8).

1. Recentiores ad accusativum pl. cum nominativo exaequandum inclinabant, quo factum est, ut nunc utriusque formae discrimen nonіam appareat. Nomina in εύς exeuntia in sermone communi in acc. εῖς faciebant (τοὺς ἱερεῖς, γονεῖς), quae formae apud nostros quoque sollemnes sunt (etiam in Hom. semper, ut γονεῖς IV 16). Semel inveni τοὺς τροφέας ATh 58 (sed γονεῖς 39). τὰς κλεῖς ut apud Atticos est NJos 1,4 (κλεῖδας C); αἱ κλεῖς ATh 6 D (τὴν κλεῖν ut att. Hom III 18). Nom. τέσσαρες etiam accusativi munere fungi coepit (acc. τέσσαρες Herm V III 13,3 ℵ), deinde provenit forma τέσσαρεις nominativo et accusativo communis (v. § 12). In aliis verbis accusativum cum nominativo exaequatum non inveni praeter χιλιάδες acc. PsC 231 a.

2. Γῆρας in sermone communi facit γήρους, γήρει. Antiquum γήρᾳ exstat 1 Cl 10,7 A (-ει C), sed γήρους 63,3 C. ATh 48,9. γήρει Proch 191,6 P[2] (cod. γειρῃ, Zahuius falso γήρᾳ). Hodiernus sermo talia substantiva variis modis immutavit (Thumb 89. Cf. infra 3).

Comparativi πλείων, μείζων sim. plerumque per pleniores formas exeunt, sed contractae non prorsus desunt (cf. WSchm 9,6. Bl 8,3). Cf. 1 Cl 19,1 βελτίους (sed 5,4 πλείονας. 24,5 -ονα. 47,3 ἥττονα). Ign R 5,1 χείρους. M Pol 5,1 πλείους (12,1 -ονα). Herm S IX 28,4 ἐλάττους (IX 7,5 μείζονες. 17,5 χείρονες. V. III 4,3 βελτίονες. 7,1 -ονα. M XI 4 μείζονα cet.). Diogn 1 βελτίω. 2,10 πλείω. ABarn 6 πλείους. AAnd 14 -ω B (12 -ονα). AAMt 21 -ους A (-ονας B). AMt 20 -ους. ETh β 6,2 -ω. APh Barocc. p. 152 -ω. AnPil α 5 μείζω B (-ονα AC). Hom IV 20 πλείω. XII 7 ἥττους. VIII 15. 18 μείζους. 15 ἐλάττους (sed passim formae longiores). Apud Proch, PsC, in ATh talia non inveniuntur.

Notatu dignae sunt formae βελτία ATh 60,3 P. ἄμεινα 27,32 P pro -ονα (cf. neogr. ntr. pl. κάλλια, Thumb 102,2). κάλλιον 66,20 pro -ονα acc. si.

Brevior pluralis ἔρεις exstat 1 Cl 46,5 (nom.). 35,5 (acc.). Hom I 3 (acc.).

Nominis Θάμυρις dativus in Θάμυρι (pro -ιδι) coactus invenitur APTh 7 C. 16 in omnibus. 20 GCF. 26 FG. p. 272,2 G; acc. Θάμυριν 8 al.

Adiectivo πᾶς brevior acc. πᾶν additus est pro πάντα (cf. Schmid, Gött. g. A. 1895, 42): AAMt 3 B.

Subicio mirum accusativum μέλαινα pro μέλανα (ἄνδρα μέλαινα ATh 45,23 P).

3. De contractione (WSchm 9,6. Bl 8,4). Stirpes in σ exeuntes in gen. pl. solutam formam in sermone communi retinent (χειλέων MPet 8. ὀρέων 1 Cl 10,7. APil α 15,1. Herm S IX 17,1. ἀνθέων ATh 5. τειχέων ApMos 17. PsC 211 a. 219 b). Sed hodierna terminatio est -ῶν (Thumb 83). Accusativi sing. soluti exempla sunt συγγενέα (quod ad imitationem nominum in εύς exeuntium formatum videtur ut dat. συγγενεῦσι WSchm 9,9. Bl 8,6) Proch 62,8 VNP² (cet. ῆ vel ῆν). 63,19 VNP³. Ἀστρήγεα MBarth 8. Ἄρεα, Ἑρμέα PsC 186 a.

πῆχυς facit πηχῶν (cf. Deissmann BSt 152. neogr. πηχῶ Thumb 70,2), quod invenitur AMt 20. PsC 249 a. Ibidem 241 b bis scribitur πήχων. Memorabilis est acc. pl. πῆχας PsC 245 a vel πήχας ApEsd 29. ApJo 14 (neogr. πῆχες).

Genitivus ἡμίσους recentioribus usitatus (Deissmann nBSt 14) exstat ApPet 27. PsC 246a, pluralis τὰ ἥμισῃ Desc 11.

Vocabula κρέας et κέρας (cf. supra 2) aliquoties in plurali formam nominum in ος exeuntium assumpsisse haec exempla ostendunt: τὰ κρέη APilα 12,1 C (sed neogr. κρέατα). τὰ κέρη ApJo 9 ACD (-ατα F). 18 ACD (-ατα E). Accedit δόρη (cod. -υ) PsC 249a pro δόρατα (cf. Eur. Rhes. 274).

Acc. ὑγιῆ est AnPilα 3 (A -ήν). β 3, ut LXX et NT.

4. Forma recentior ἅλας (ut neogr.) est Hom XIV 1. ATh 29; p. 84,8. AThJames 43; gen. ἅλατος Hom Διαμ. 4. ATh 20 (-ωτος E).

5. Adiectivum πλήρης indeclinabile nonnunquam obeervatur (ut LXX, NT, Pap., Bl p. 81 et XI): acc. πλήρης pro πλήρη ATh 12 A. p. 11,39 PQ. 62,2 P. 91,24 S. δένδρα πλήρεις ApPaul 22 bis. οἱ λόγοι — πλήρης AMt 3 V.

6. Adiectivis, quae syllaba ης clauduntur, popularium συνήθεια vocativum addidit in η pro ες exeuntem, cuius haec sunt exempla: ἀσεβῆ EThα 3,2. β 2,2. εὐσεβῆ APilα 5,1. δυσσεβῆ ParPil 5 B. In nominibus propriis haec ratio satis antiqua est (cf. GMeyer² § 337. KBl I p. 513); talia sunt Στρατόκλη (a -κλῆς) MAnd 55,23. Κλήμη Hom constanter O (velut XII 33).

7. Nomina propria, quae ης syllabam extremam habent, simplicitatis causa genitivo instruuntur in η desinente (WSchm 10,5. GMeyer² p. 336. Hatzid. 77), qui nunc etiam substantiva primae declinationis in ης exeuntia invasit (Thumb 52). Cf. Στρατοκλῆ MAnd 58,8. Εὐχάρη Proch 159,3. Ἀββάνη ATh 17 A.

## § 10. De metaplasmo (Bl 9).

1. Termini, quibus declinationes singulae antiquitus inter se dirimebantur, vehementer labefactati sunt in sermone popularium, qui analogiam quam vetustatis auctoritatem sequi malebant. Itaque ea declinationum permutatio, quae metaplasmus dicitur, late patet. Incipio a confusione masculinorum et neutrorum secundae decl. (WSchm 8,13. Bl 9,1. KBl I 499). Huc pertinent τὸν δεῖπνον ATh 90,28 S. PsC 198a. 273b. τὸν ὄστρακον ib. 244b. τὸ λύχνον 1 Cl 21,2 A (ὁ λύχνος C). τὸ τάριχον PsC 248a. δένδρον παμμεγέθη ApPaul 45.

Pluralis τὰ δεσμά iampridem frequens his scriptoribus suetus est (1 Cl 5,6; 55,2. IgnE 11,2 al.); adde τὰ σίδηρα Proch 47,3; 49,17 al.

2. Altera decl. primae cessit in nominibus cum -αρχος compositis, quae in sermone communi in ης exeunt (WSchm 8,9. Bl 9,2): τοπάρχης AThadd 2. APPβ 9. συριάρχης APTh 26. Ἀσιάρχης MPol 12,2. πολιτάρχης Proch 11,4 et saepe. Sed ἔπαρχος APPβ 79. εἰρήναρχος MPol 6,2; 8,2. Clem. ep. I semper Atticorum usum sequitur (37,3 ἔπαρχοι, χιλίαρχοι cet. 43,2 φυλάρχους), itemque auctor Homiliarum (ἐπάρχους, χιλιάρχους cet. X 14. ἑκατόνταρχος XX 13).

Contraria ratione Πέρσον e Πέρσην factum PsC 216b. 230a.

3. Venio ad ea nomina, quae e prima vel altera decl. in tertiam transmigraverunt. In hoc genere maxime memorabilia sunt nomina in ος cadentia, quae mutato genere in decl. tertiam traducta sunt (WSchm 8,11. Bl 9,3). Talia sunt:

τὸ ἔλεος 2 Cl 3,1. HermV II 2,3. III 9,1. 8. S IV 2. gen. ἐλέους 1 Cl 9,1; 50,2. 2 Cl 16,2. ConsTh 11. Hom III 3. XII 20. Cl ad J 8 (sed -ου XII 25). dat. ἐλέει 1 Cl 28,1. IgnTr 12,3; Philad. inscr. Hom III 20.

τὸ ζῆλος IgnTr 4,2. 1 Cl 4,8 A (masc. C); 4,11; 6,1. 2; 9,1 (sed ὁ ζ. 5,2. 4. 5; 45,4. HermS VIII 7,4). gen. ζήλους 1 Cl 14,1 A (-ου C). 63,2 C (sed -ου 43,2). dat. ζήλῳ APPα 11 (neogr. τὸ ζῆλος).

τὸ ἦχος APhH 17. APTh 22 C (ὁ cet.). gen. ἤχους Proch 13,10 VP³ c m³ v (-ου P² m¹ m²). Sed ἦχος masc. Proch 49,19. ApPaul 44. acc. ἦχον MPaul 1. dat. ἤχῳ MPet 11.

τὸ πλοῦτος APh 3. HermS II 8 Pap (masc. ca). (neogr. ὁ et τὸ πλ., Thumb 84,1).

τὸ σκότος Hom XX 9. NJos 3,4. ApEsd 29. ApJo 20. gen. σκότους ApPet 25. 1 Cl 38,3; 59,2. Barn 5,4; 14,5. 6; 18,1. ATh 28. Leuc 249,11. Desc 7 A (C -ου). Hom II 17. dat. σκότει APh 4. 5. 29. ATh 67,30; 80,1; 81,26 (sed -ῳ 66, 8). Desc 7 A (C -ῳ). In Hom. tantum σκότῳ est (II 17. III 45. XX 9).

His vocabulis e NTo notis accedunt τῦφος acc. 1 Cl 13,1 A (-ον C). τοῦ λίθους PsC 262a. ζόφους gen. ApPaul 42.

Contraria commutatio procreavit genitivum πελάγου PsC 184a (cf. neogr. τὸ πέλαγο).

Pauca substantiva e decl. prima ad tertiam traducta sunt: τὸ νῖκος HermM XII 2,5. τὸ αὔγος (= ἡ αὐγή) AThadd 6. ATh 27. τοῖς κνήμεσιν (= ταῖς κνήμαις) PsC 223a. 228b.

Raro nom. pl. I decl. ad exemplum tertiae terminatur, qui metaplasmus apud hodiernos legitimus est (cf. Hatzid. 139): λίτρες pro λίτραι Proch 47,17 P³. Σκύθες PsC 183b.

Ἑρμῆς accusativum tertiae decl. accepit Ἑρμέα PsC 186a.

πλοῦς et νοῦς in declinationem III. transierunt voce βοῦς analogiae speciem praebente: πλοός APPa 4. β 25. Proch 53,16 P². νοός HermS IX 17,2. APh 6. ATh 27. Hom XVII 10 (ceteroquin νοῦ, ut VI 19, itemque MAnd 61,11. Leuc 248,3). νοΐ HermS IX 17,2. MAnd 57,3 (νῷ Hom XI 3. XVII 10. Leuc 232,13). νοῦν HermS IX 17,4 (neogr. νοός, νοῦν Thumb 47,2). Accedit adiectivum σύννοες Hom XIII 3 CO; cf. formam οἱ εὔνους iam ab Atticis recentioribus admissam (K Bl I 516⁵).

Dativus τοῖς δάκρυσιν exstat PsC 231a. Ibid. 239b est accusativus αἰχμάλωτας (pro αἰχμαλώτους) tanquam ab αἰχμάλως ductus.

4. Latius etiam patet is metaplasmus, quo formae singulae aut tota nomina e tertia in primam alteramve decl. traducuntur. Genitivi sing. in decl. II transgressi exempla sunt haec; ATh 6 κύνου R. 54 ἀέρου P. APhH 18; ApPaul 34 γονάτου (ut neogr., Thumb 87,2; cf. γειτόνου 50. ἄντρου 51. πραμάτου 87).

Eundem metaplasmum facile passae sunt stirpes in σ exeuntes, ut εἰδωλομάνου MAnd 50,15 (-οῦς CV). ἀληθοῦ Hom III 27 O (-οῦς C).

Accusativi sing. in vocalem exeuntes cum recentioribus displicerent, litteram ν accipere coeperunt ad similitudinem primae declinationis affixam, quae postea eum casum prorsus occupavit. Apud nostros talia vix frequentiora sunt, quam in codd. NTi (WSchm 9,8. Bl 8,1). Quamquam enim in multis codd. hic illic inveniuntur, ubique praevalent exempla veteris formae servatae. Incipio ab accusativo in αν pro α exeunte: 2Cl 8,4 σάρκαν A (-α C). Barn 6,3 σάρκαν ℵ pr. 7,5 it. ℵ. 11,11 ἐλπίδαν ℵ pr. 10,1 κόρακαν ℵ. 7,6 ἕναν ℵ. HermM II 1 ἁπλό-

τηταν ℵ pr. V III 2,1 τινάν ℵ pr. MPaul 5 Φέρηταν P (-α A). APPβ 7 νύκταν CI. 16 it. BGHJO. 27 it. JO. 16 τινάν J. APTh 29 A; 31 A θυγατέραν. APhH 1. 7 Ἑλλάδαν. APh Barocc. 152 νύκταν. 155 θυγατέραν. 156 τινάν. AAnd 10 ωραιότηταν B. A And Mt 23 θυγατέραν A. 28 τρίχαν C (-α B). APAnd 165 ῥαφίδαν (ib. et 166 ter -ίδην). 166 γυναῖκαν. ATh 4 θυγατέραν E. 6 χεῖραν AR. 8 et 9 it. A. 23 χάριταν AEP. 45,35 R; 78,39 P pr. γυναῖκαν. 45,31; 46,31 θυγατέραν R. 94,28 χρηστότηταν R (nota paucitatem exemplorum in P). Proch 67,11 εὐθύτηταν V. LAud 27,16 ἐλπίδαν PN (-ας C). EJac 7,2 λαμπάδαν L. ETh*α* 3,3 νεότηταν. 10,2 πόδαν. 16,1 χεῖραν DrB. β 3,2 ἀέραν. 8,2 παῖδαν. APil*α* 9,1 φονέαν (-α A). μάρτυραν D. 12,2 κλεῖδαν BC (α A). 16,6 ἱερέαν BC. β 1,3 ἀλέκτοραν B. 4,1 νύκταν omnes. AuPil*α* 3 χεῖραν ABC. 18 νύκταν ABC. β 10 νύκταν AB. ParPil 2 ἄνδραν B. NJos 3,3 μερίδαν B. ApEsd 25 πατέραν. 26 χρηστότηταν. 27 ἄνδραν. 29 νύκταν. ApPaul 43. 44 νύκταν καὶ ἡμέραν (inde metaplasmi origo optime apparet). ApJo 19 σφραγῖδαν passim in DF (cet. -α). 24 σκώληκαν AD (-α F). PsC 186a μῆναν. 193b Ὀλυμπιάδαν. 199b γυναῖκαν. 224a. 248b θυγατέραν. 196a νῆαν.

Inde cognoscitur antiquissimum codicem ℵ plura exempla exhibere quam ceteros mille circiter annis recentiores.

Ex accus. φλόγαν novus nom. ἡ φλόγα prodiit ApEsd 25 (ut neogr., cf. Hatzid. 379). Ad imitationem secundae declinationis formatus est acc. Ὀδυσσέον PsC 199a. Acc. novicius Σαλαμῖναν traxit nominativum Σαλαμῖνα, unde fiunt -ίνης et -ίνῃ (ABarn 22 sq, cf. Hatz. l. l. Bl 10,6).

Contraria analogia, quam quae νύκταν procreavit, in accusativo μέγαν legitimum ν delevit. Inveni enim acc. masc. μέγα APPβ 84h. GHIMN. Hom Cl ad J 15 C. PsC 214a. 221a. 269a. 270a.

Neque accusativis in η exeuntibus vulgaris loquendi usus pepercit, sed ν e prima decl. profectum stirpibus in σ desinentibus addidit. Ac substantiva quidem barytona, maxime nom. propria, iam apud Atticos hic metaplasmus invasit; tum ad adiectiva oxytona manavit. Sic nati sunt accusativi ἐπιεικῆν 1 Cl 1,2 A. 29,1 A. ἀσφαλῆν 1,2 A. ἀσεβῆν 14,5 A. πολυτελῆν

Barn 6,2 ℵ pr. συγγενῆν Proch 61,8. 10. μονογενῆν ATh 9 A. ApEsd 31. DormM 41 B. ὑγιῆν AuPila 3 A. εὐθαλήν (pro -ές) AMt 9 P. Adde Ἡρακλῆν (GMeyer[2] p. 321) Proch 49,2. Στρατοκλῆν LAnd 38,3 PN (-κλῆ, -κλέα cet.). Paucitas horum exemplorum notabilis est. Ceterum haec adiectiva aetatem non tulerunt, sed terminationibus adiectivorum in ος exeuntium nunc instructa sunt (Thumb 99). Eiusmodi sunt εἰλικρινός Leuc 241,1 P. ἀκριβά PsC 214a (ntr. pl. pro adv. ut neogr., Thumb 105).

Accusativus pronominis ἐγώ nasali auctus efficit ἐμέν Barn 7,5 ℵ*. PsC 215b, de quo v. Thumbium 117,2.

Nominativus plur. fem. interdum litteris αι terminabatur e decl. I receptis (cf. Hatz. 140), priusquam terminatio ες superior discederet et in prima quoque declinatione antiquum αι loco moveret (cf. supra 3). Illius metaplasmi exempla sunt σάλπιγγαι ATh 4 AP (-ες E). φυγάδαι 46,9 P. θεραπαινίδαι 57,22 P. θυγατέραι 84,36 R. χείρονται 41,36 P (cet. -ες). Adde Μακεδόναι PsC 252a (ut Πέρσαι sim).

Eadem ratione dativus plur. deformatus est: φλογαῖς AAnd 8 AB (cf. supra ἡ φλόγα; φλοξί C). συγχώσαντες αὐτὸν κλημματίδες (i. e. -αις) AMt 18 V (Tdf. falso -ας). Ἀμαζόναις PsC 266b. 267b.

Extremo loco affero formam ἡ ἄλυσος (PsC 244b) per metaplasmum ex ἄλυσις ortam.

§ 11. **De adiectivis** (WSchm 11. Bl 11).

1. Ea adiectiva decl. II, quorum forma feminina apud Atticos cum masculina congruit, interdum nova forma augentur ad similitudinem ceterorum adiectivorum procreata, velut ἐπιποθήτη Barn 1,3 ℵ (-ος C). -ην 1 Cl 65,1 A (-ον C). ὑπόλοιπαι ATh 72,7.

Contraria ratio invaluit in ψυχὴ δῆλος (cf. KBl I p. 535) 2 Cl 12,4 A (δήλη C). Saepius observavi superlativi formam masculinam femininae partes agentem: τῇ ὑπερτάτῳ βουλήσει 1 Cl 40,3 A (-τάτῃ C). ὑψίστῳ βασιλείᾳ ATh 54,9 P. τιμωρίαν κάκιστον c. 12 P.

Maxime autem in participiis iis, quorum stirps in ντ desinit, forma masculina ceterorum generum vicem supplere coepit, unde neograecum participium in -ντας exiens natum est, quod

flexuram omnino noniam patitur (cf. Hatzid. 143 sq). Haec inveni exempla formae masculinae ultra terminos evagatae: ATh 53 γυναικῶν καταλειψάντων D. 6 χεῖρες κηρύσσοντες PQ. p. 46,4 καταλιπόντες P (-λείψασαι R). 5 ἐπανιόντων fem. P. 48,19 ἐχόντων ψυχῶν P. 52,28 γυναῖκες ἀναπέμποντες P. 72,15 ἀναστάς f. P. 74,6 ἀπελθών f. P. 75,19 αὐτὴν ἐπανιόντα P. 20 πεζοβατῶν f. P. APil 10,4 ἀλαλάξας, φυλάξας f. C. 11,3 ἐλθών f. C. AAnd 7 τῶν θυρῶν συνθλασθέντων AB. AAMt 33 πληρωθέντων τῶν ἡμερῶν ACE. PsC 225a ἐπιστολὴν ἔχοντα οὕτως. Raro masculinum pro genere neutro substitutum: ATh 75,4 ἓν .. μήτε φθειρόμενον μήτε λήγοντα P. Leuc. James 15 αἷμα ῥεύσαντα (acc.). Participiorum similitudinem imitatione assequuntur adiectiva χαρίεις et πᾶς (quod verum participinm ab origine fuit, v. Indog. Forsch. V 338): χαρίεντας σπονδάς AAnd 8. πάντων τῶν πράξεων APP*α* 4. *β* 25 (in omnibus). πάντων τῶν ἐπιθυμιῶν ATh 55 P. πάντων τῶν γυναικῶν 66,18 P. π. τ. ἡδονῶν 70,30 P. πάντας τὰς θύρας 80,9 P. πάντες μητέρες, πάντες φυλαί APil 10,4 C. Accusativus ἅπαντα PsC 221b (ἡ μορφὴ ἅπ.) nominativi vice fungitur, ut hodierna participia in ντας desinentia originem ducunt ab accusativo ceteris casibus substituto.

Rariora sunt exempla aliorum participiorum ad unum genus redactorum, ut δεδωκώς f. ETh*α* 11,1 DrB. παρενοχλούμενος f. ATh 40 P. γενόμενοι f. 46,6 P.

2. De comparatione. In superlativo usurpando hi scriptores aliquantum a NTo discrepant, in quo illius gradus parcissimus est usus. Superlativi in ιστος desinentes inveniuntur hi: ἐλάχιστος HermS VI 4,4. VIII 1,14. ATh 49 al. μέγιστος HermS IX 1,9. AAnd 14. ATh 41; 75,21. κράτιστε Diogn 1. APP*α* 30. AnPil 1. πλεῖστος Proch 108,13. Cons Th 2. ATh 52. ἔγγιστα IgnPh 10,2. ABarn 4. Proch 109,9; 111,2. Desc 3. ATh 43; 46,6; 55,7. κάκιστος APh 14. AMt 19. ATh 12; 51,6. Proch 137,12. κάλλιστος ATh 43; 92,15. ἄριστος Leuc 230,6. αἴσχιστος AAnd 2. 8. ἔχθιστος ATh 52. τάχιστα Proch 22,13, ut omittam ὁ ὕψιστος, quod paene in nomen proprium abiit, et adverbium μάλιστα ubique freqnens et etiamnunc usitatum. Sed etiam superlativi in -τατος exeuntes, qni in NTo paene desunt, nequaquam rari sunt, velut in

ATh inveniuntur ἀτυχεστάτῃ 16. ἀναιδέστατε 33. -άτοις 51,7. ποθεινοτάτῃ 66,18. φίλτατον 75,25. -ε 80,13. Plerique superlativi, sive in -ιστος sive in -τατος exeuntes, elativi officio funguntur, neque ab Herma solo haec locutio frequentatur (cf. Bl p. 33 not. 1), sed plerique omnes exempla exhibent (quae modo attuli, omnia huc referenda sunt). Saepe elativi vis paene evanuit, ut superlativus aegre a positivo distinguatur. Velut ἔγγιστα (exempla v. supra) idem significat atque ἐγγύς, ἐλάχιστον AAnd 8 plane idem valet quod μικρόν (ita C), et iunguntur ὁ μέγας καὶ ἐξοχώτατος MBarth 1. πρῶτος vim superlativi abiecit in locutione τις πρῶτος (nobilis quidam) APhH 22. Observatione dignum est interpretem latinum elativo ab Herma usurpato plerumque positivum substituisse. Apud Prochorum observavi elativum tum praecipue inveniri, cum homines a scriptore loquentes inducuntur, rarissime in simplici narratione. Taceo de artificioso genere dicendi eorum, qui L et MAnd scripserunt, qui puerili superlativorum continuatione orationi pondus et venustatem addere sibi visi sunt. Elativum in -τατος exeuntem ne nunc quidem ab usu populari alienum esse Thumbius § 100,3 docet.

Sed etiam tales superlativi apud nostros inveniuntur, qui intellectu pristino servato summum de pluribus gradum significant, quamquam e paucitate exemplorum cognoscitur proprium superlativum in sermone vulgari magis magisque evanuisse.[1]) Exempla facile enumerabuntur (interdum in dubio relinquendum utrum superl. an elat. intellegendus sit): 1Cl 20,10; 37,5 τὰ ἐλάχιστα. 33,4 τὸ ἐξοχώτατον. 62,1 τῶν ὠφελιμωτάτων. Diogn 2,2 ἀτιμοτάτην. IgnSm 11,1 ἔσχατος. HermM VIII 4 πάντων πονηρότατα (cf. Bl p. 139). MPet 5 μάλιστα εὐμορφοτάτῃ. APPβ 31 τὸ πλεῖστον μέρος. AAnd 3 πληρέστατα (*plenius* interpr. lat.). ἔσχατον adv. 9 τὸ πλεῖστον A (τὸ πολὺ BC). 13 τὰ πρῶτα adv. 15 δυνατωτάτῃ. AJoTdf 1 πλείστους. ATh 66,19 καλλίστην. 21 γλυκύτατον. 23 ἥδύτατον. AThJames 3 ἀνωτάτην (ἀνομότατον cod.). Proch 41,19 πλείστους. 46,11 μέγιστον. 104,19 κατωτάτοις. EJac 7,2 ἐσχάτου. Desc 8,1 κατωτάτου. ApPaul 20 ἐσχάτης.

[1]) In Hom. multus (nec tamen immodicus) usus est superlativi, sive proprii sive elativi.

Comparativus more hodierno superlativi vice fungitur (Bl 44,3; acta apost. p. 15 sq) his locis: HermM X 1,2 πάντων πονηροτέρα. S IX 9,3 τοὺς μείζονας (*maximos* int. lat.). 10,7 αἱ ἐνδοξότεραι (*dignitosissimae*). ἱλαρώτεραι (sensu elativi, Bl p. 139). APhH 7 τὸ θαυμαστότερον. ATh 81,22 ὁ ὡραιότερος καρπὸς τῶν ἄλλων καρπῶν. Proch 82,14 πάντων τιμιώτεροι B (-τατοι m[1]). AThJames 50 τῷ μειζοτέρῳ (de sex filiis). [Ign]Philipp. 11 πάντων πονηρῶν πνευμάτων πονηρότερον. PsC 254b πάντων πανουργότερον. Adde locutionem ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους Barn 5,9.

Non est mirandum, quod Hermas etiam superlativum comparativo substituit, quoniam gradunm discrimen noniam tenebat. Cf. M V 1,6 ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι, et V I 4,2 ἔσχατα, cui πρότερα opponitur.

3. In comparationis gradibus derivandis satis multa novata sunt. Recentiores non reformidaverunt formas ἀγαθώτερος (HermM VIII 9. 11) et ἀγαθώτατος (V I 2,3. PsC 185a. Cf. Deissmann, BSt 215[6]). μεγαλώτερος legitur MBarth 8. APil$\beta$ 4,3 (neogr. μεγαλύτερος). Singularis comparativus λοιμότερος a substantivo λοιμός ductus est ap. IgnPolyc 2,1. Atticum θᾶττον recentiori illi τάχιον cessit, quod fere semper abiecta vi primitiva valet *cito* (cf. Bl 44,3): 1 Cl 65,1. MPol 3; 13,2. HermM X 1,6. APP$\alpha$ 33. $\beta$ 56. AAnd 10 C. ATh sexies P (in P semper scribitur τάχειον, Bonn. 179). PsC 217b (cod. -ειον). Sed atticum θᾶττον invenitur 1 Cl 65,1 (iuxta τάχιον). MPol 13,1 (θ. ἤ). APTh 271,12 Lips. G (πρινὴ.., θᾶττον). Sed θᾶσσον non legitur. In Hom τάχιον pro ταχέως exstat I 14. XI 13. XVI 2. XX 17. His locis significat *modo, antea*: IX 23. XV 8. 9. I 19 (μικρῷ τ. *paulo ante*). Officio comparativi fungitur ταχύτερον Cl ad J 3 (neogr. ταχυτέρου Thumb 106), sed deest θᾶττον.

Pro ὀρθριαίτερον in Hom. frequenter legitur ὀρθρίτερον: XII 12. XIV 1. XVI 21. XVII 1. XIX 1 (ubique C, in O -ιαίτερον). IX 23. X 1 (in utroque).

Gradus in ιων, ιστος desinentes cum recentioribus non satis perspicui viderentur, saepe denuo terminationes comparativi vel superlativi assumpserunt (cf. quae Krumbacher in Kuhnii diario XXIX 191 e scriptoribus medii aevi attulit). Huius-

modi sunt πλειοτέρας AAMt 21 C (ut neogr., Thumb 102). κρειττότερα ATh 22 E. ἐλαχιστότερον (v. Blass, Acta ap. p. 16) ApMos 16 (cf. μεγιστότατος Deissmann 142). Similis abundantia inest in forma παμμεγεθέστατος 1 Cl 33,3. EJac 21,2 H (-θήτατος G).

Ad augendam perspicuitatem comparativo μᾶλλον, superlativo πάνυ, λίαν, μάλιστα adiungi possunt, ut hodiernis quoque licet πιὸ καλύτερος dicere (Thumb 103,2). Cuius abundantiae exempla sunt μᾶλλον μείζων 1 Cl 48,6. μᾶλλον ἐνδοξότεροι HermS IX 28,4. πλεῖον μᾶλλον ATh 59,24. μᾶλλον αἱρετώτερον LAnd 37,12. μᾶλλον περισσοτέρως PsC 251 b. — μάλιστα εὐμορφοτάτη MPet 5. ἡδύτατοι πάνυ AMt 3. λογιώτατος πάνυ AThadd 1 V. πάνυ πιστοτάτων LAnd 34,8. εὐμορφότατον πάνυ Proch 25,1. Comparativo elativi vim obtinenti λίαν addidit HermV III 10,3 (λίαν πρεσβυτέρα).

Haud raro a comparativis et superlativis adverbia derivantur in ως exeuntia (WSchm 11,7. KBl I, 1 p. 577), velut περισσοτέρως (quod idem valet atque μᾶλλον, πλεῖον, v. Bl p. 33[4]) APTh 20. Proch 37,10; 109,10; 115,6 al. ATh 19 E. 46,18. πλειόνως Proch 134,17 (v. l. περισσοτέρως). IgnE 6,1. μειζόνως APTh 33. Proch 51,1. PsC 239 b. ἐλαφροτέρως HermS VII 6. σοφωτέρως AAnd 4. ἐσχάτως Proch 141,14 m². χακίστως APh 14. ὀξυτάτως PsC 220 a.

### § 12. De nominibus numeralibus (Bl 12).

Postquam numerus dualis interiit, numerale δύο ipsum quoque attrectatum est, ita ut aut flexuram pluralem acciperet aut omnino declinari desineret. Atque in gen. quidem in his libris praevalet δύο, in dativo δυσί, plane ut in NTo (WSchm 9,11). Genitivus δύο exstat APPβ 6. APTh 44. EpAbg 5. Proch 36,15; 53,16 al. Barn 18,1. IgnE 11,1. Doctr 1,1. AMt 16. MBarth 3. Hom III 1. IV 7. VI 14 et semper. PsC 228 a. 245 b. Dativus δύο (cf. Schmid, Att. II 18. III 28) EpAbg 2. Sed gen. δυῶν ApPaul 34; dat. δυσί 2 Cl 12,3 A (δύο C). Barn 9,8. ATh 40. AThadd 4 V. Proch 62,18; 64,7 al. Hom VII 3. XV 7. PsC 196 a. 243 b. 257 a (cf. Schmid l. l. I 84. 226. II 17. III 29).

Numerale τέσσαρες novam terminationem -εις accepit nominativo et accusativo communem (cf. neogr. τέσσερις): τέσσαρεις MPet 7. APPβ 77 O. ATh 92,32 R (-οις S, -ες P). Adde τέσσαρεις καὶ δεκάτῃ APPβ 10 Q, τεσσαρισδεκάτῃ H O (cf. supra § 9,1. WSchm 9,4). De τέσσαρες et τέσσερες supra § 4,1 disputavimus.

In nominibus numeralibus δέκα et εἴκοσι cum δύο cet. componendis recentiorum sermo maiorem numerum priore loco ponere solet (WSchm 5,7h. Bl 12,2), quam legem hodierna quoque lingua in numeris inde a *tredecim* formandis sequitur. Hac ratione formata sunt numeralia haec:

δεκαδύο Barn 8,3 ℵ G (δώδεκα C ut neogr.). Proch 128,14 (δώδεκα 128,18; 130,9 al.). A Mt 20 P (δώδεκα V). Hom II 52 (δώδ. XI 36). Sed δυοκαίδεκα [Mar. Cast. ad Ign] 3.

δεκατρεῖς (ut neogr.) Il Mart. Ign. 3. δεκατριῶν Proch 135,3.

δεκατεσσάρων AAMt 31.

δεκαπέντε (ut neogr.) Hom I 15.

δεκαέξ Hom II 1. AAMt 9 C (neogr. δεκάξε). Sed ἑξκαίδεκα Proch 114,9. Hom VIII 3.

δεκαεπτά AAMt 23. δέκα ἑπτά AMt 28 P (neogr. δεκαφτά).

εἰκοσιεπτά AAMt 4 BC. 19 C.

εἰκοσιεννέα Hom II 24.

Sed in numeris ordinalibus numerus minor praecedit, velut τεσσαρεσκαιδεκάτῃ APPβ 10. ἑξκαιδέκατον AAMt 9 AB. -άτῃ AMt 28 V.

Huic paragrapho subicere liceat praepositionem ἀνά sensu distributivo cum geminato numerali iunctam (cf. Bl 45,3): ἀνὰ δύο δύο APh 36 et Par[c] p. 149. EPet 35. ἀνὰ ἕξ ἕξ APila 1,6 CE (cet. semel ἕξ).

Haec sufficiant de nominibus; deinceps verborum declinatio tractanda est.

## Caput III. De verbis.

### § 13. De augmento et reduplicatione (WSchm 12. Bl 15).

1. De augmento syllabico. Plusquamperfectum in sermone communi carere solet augmento, sed nulla est in ea re constantia. His locis augmentum neglectum est: 1Cl 45,3

γέγραπτο C (-ται A). Diogn 9,2 πεπλήρωτο (praecedit δὲ), πεφανέρωτο. HermS IX 3,2 ἐκπεπετάκεισαν. 4,1 ὑποδεδύκεισαν. 5,7 παραγεγόνει. 15,6 γεγόνεισαν. 28,6 τεθνήκειτε. MPol 16,2 γεγόνει b (ἐγ. p.). 12,2 πεπληρώκει. ATh 3 δεδώκει A (ἐδ. vel δέδωκεν alii). 23 δεδώκεις P (δέδωκας cet.). APTh 27 τεθνήκει CFH (cet. ἐτ). Hom XII 4 διαπεφωνήκειν. 6 συγκεχωρήκεις. 9 κεκελεύκει. XIII 20 τεθνήκεις, τετελευτήκεις. Sed obstant exempla satis multa augmenti secundum veterum consuetudinem positi: 1 Cl 2,8; 42,5 ἐγέγραπτο. HermS IX 11,5 ἐγεγόνειν. MPol 13,2 ἐκεκόσμητο. ATh 42 περιεβέβλητο (PsC 257a it.). AJoTdf 2 ἐγέγραπτο. APPα 32 προσεπέπηκτο. β 53 it. (πέπηκτο G). APTh 18 ἐδεδοίκει. ApPaul 2 ἐγέγραπτο. Hom V 5. XI 1 ἐγεγόνει. VII 3 -ειτε. XVIII 17 ἀπεκέκρυπτο. XX 12 ἐξεπέπληκτο.

Plusquamperfecto verbi ἵστημι augmentum temporale modo additur, modo detrahitur: HermS IX 7,3 εἱστήκεισαν as (super ει notato ε). AAnd 10; APilα 11,3 εἱστήκεισαν. APTh 20 εἱστήκει. Leuc 232,5 it. EJac 18,2 it. C (ἱ- H). Proch 98,3 περιειστήκεισαν. AAMt 24 εἱστηκης (= -εις) A. EThα 15,2 παριστήκησαν Dr. ApPet 31. 33 ἱστήκεισαν (falso augmentum in perfectum translatum APhH 16 εἱστήκασιν). Contra APTh 3 ἑστήκεισαν G (εἱστήκει cet.). HermS IX 2,3 bis. 5; 3,2 ἑστήκεισαν. EJac 18,2 ἑστήκε(ι)σαν F^aD. Hom XX 12 ἐξεστήκειμεν.

Verba ὠθεῖν et ὠνεῖσθαι augmento syllabico instructa non probavit sermo communis. Ab ὠθεῖν igitur fiunt ὤθουν EPet 6. ἀπώσατο Diogn 9,2. LAnd 36,13. ἐξῶσεν Hom VI 2 O (ἔξωσεν C. Sed ἀπεώσατο paulo post, ἀπεωθεῖτο X 22). ἐξώθουν PsC 216b; ab ὠνεῖσθαι ὠνήσατο Leuc 232,12. Sed imperfectum verbi ὁρᾶν, quoties invenitur (nam omnino rarum est, v. § 19), ἑώρων est ut apud Atticos. ἀνέῳξα quoque et κατέαξα augmentum retinuerunt, quod cum noniam intellegeretur, in participium et infinitivum migrare coepit (v. infra 2 et § 14,4).

In augmento η adhibendo hi scriptores a NTo nonnihil differunt (cf. WSchm 12,3). Omnes consentiunt de formis ἤθελον, ἠθέλησα (ut neogr. ἤθελα), sedtamen semel inveni ἐθέλησεν APPα 32. βούλεσθαι in NTo nunquam η assumit (neque unquam in Hom nisi I 12 ἠβουλήθην O, ἐβ. C); sed

uostri cum usum sequuntur, ut in imperfecto augmentum ε, in aoristo η praeoptent. Cuius rei testimonia sunt haec: ἐβουλόμην Diogn 9,1. MPol 5,1. ABarn 14. Leuc 219,12; 233,21. Proch 7,8; 141,1. ATh undecies (v. Bonn. 182, sed adde c. 1. 9. 18. 23). MPet 12. MPaul 2. PsC 240b. 272a.

ἠβουλόμην HermS V 6,5. AMt 9. ATh 1 R; 58,4 P (del. 85,3 Bonn. p. 182).

ἠβουλήθην Leuc 189,7; 245,11. Proch 11,11; 48,12; 132,18; 151,11. APPβ 80c (ἐβ. A). ATh quinquies (Bonn. l. l.), adde c. 9 E. AJoTdf 11. LAnd 39,23. 41,5. MAnd 64,16. PsC 242a. 243a, b. 246a. 249a.

ἐβουλήθην Diogn. 9,6. MPol 7,1 [Ign]Tars 2. APPβ 60 C. PsC 241a. 257b bis.

Imperfectum verbi μέλλειν fluctuat inter ἤμελλον et ἔμελλον, ita tamen ut hoc frequentius sit: ἤμελλον Barn 9,8. AAnd 13. AMt 10. 13. MPet 1. 6. APPα 66. MAnd 59,2. EThβ 9,1. ἔμελλον Barn 6,14 ℵ C (ἤ. G); 7,3; 16,5. HermS IX 5,1. Proch 106,10 V (ἤ. NP³); 121,5. AAndMt 16. ATh 29. 56. CousTh 7. APTh 29 (ἤ. E). 34 (ἤ. CEFG). MAnd 59,2 F. APilβ 3,2; 9,2. In NTo contraria est ratio, itemque in Hom. ἤμελλον valet (II 30. III 44. XII 5).

In verbo δύνασθαι denique brevius augmentum longiore adeo superatur, ut ἐδυνήθην nunquam (praeter APPβ 83 L), ἐδυνάμην raro (HermV I 1,3. [Ign]Philipp 9. APhII 23. LAnd 33,12. Leuc 11 James) inveniatur, cum ἠδυνήθην et ἠδυνάμην frequentia sint. Sed secus est in Hom., in quibus ἐδυνάμην (III 42. V 2. 24. VI 24 al.) multo frequentius quam ἠδ. (I 3. 10. XII 13 al.), contra ἠδυνήθην solum fere in usu est (VII 2. X 15. XIV 3; ἐδυνήθην nonnisi VIII 13).

2. In augmento temporali adiciendo posteri Atticorum consuetudinem incolumem servare non potuerunt, quoniam formae augmento praeditae mutata vocalium et diphthongorum pronuntiatione saepe longius a tempore praesenti recedebant, quam ut ad idem verbum pertinere viderentur (cf. Hatzid. 67 sq). Imprimis verba ab οι incipientia augmentum respuerunt; postquam enim οι in υ abiit, nulla iam ei cognatio erat cum ῳ. Exempla affero Proch (Leuc) 187,8 ἀνοικοδόμησαν. 12 οἰκοδομήσαμεν. Diogn 9,1 οἰκονομηκώς. ATh 19 οἰκονόμει AE.

-ησεν A. 22 οἰκοδόμησεν A (ῴκ. EP). 23 it. A. APil α 4,1 it. B (ὠκ. AC). ApMos. 40 -αν. MAnd 57,14 προσοικείωσας. ApPaul 18 οἴκησα. Hom III 67 οἰκοδομημένην C (-ουμένην O). V 2 προσοικειώσατο (alioquin ῴ-).

Similiter diphthongus αι nonnunquam augmentum aspernatur: Proch 53,15 δαίτησαν P² (διῄτουν cet). ATh 40; 58,1 παραιτησάμην P. PsC 218b αἰχμαλώτευσεν. 232a ἀναιροῦντο. ApEsd 32 αἰτήσω (cod. -ίσω). ApMos 23 αἰδέσθην.

In verbis a litteris εὐ incipientibus augmentandis vel non augmentandis magna est inconstantia, sedtamen accurata quaestione cognoscitur in hac quoque re leges quasdam valuisse. Atque singulorum verborum ratio diversa est. Quaedam longe plurimis locis augmento instructa leguntur, in quibus primum locum tenet (προσ)εύχεσθαι, quod (ut in NTo) fere nunquam augmento caret (praeter προσεύξατο MPaul 5. Proch 177,2. 187,19). Accedunt εὐδοκεῖν, εὐτρεπίζειν, εὐχαριστεῖν, quae raro augmento privantur. Sed alia diphthongum ευ integram servant velut εὐφραίνεσθαι (APTh 25. HermS IX 11,8. APil α 15,4). In verbo εὐλογεῖν magna est lectionum varietas, sed augmentum saepius omittitur quam additur (item Hom XIV 1. XX 10. Sed ηὐλογ. 1 Cl 30,8; 31,2; 33,6. Herm V I 3,4). Restat verbum εὑρίσκειν, in quo augmentando sermo adeo sibi non constitit, ut nunc aoristus sit ηὗρα, sed imperf. εὕρισκα, perf. εὕρηκα, aor. pass. εὑρέθηκα. Ea autem aetate, qua nostri scripserunt, aoristus nondum a ceterorum temporum ratione discesserat. Etenim apud omnes scriptores forma εὗρον adeo frequentior est quam ηὗρον (-α), ut huius exempla obstantium numero plane obruantur. Memorabile est eos quoque codices, qui fidelissimi sermonis vulgaris testes sunt, P actorum Th. dico et Leid. PsC, a forma ηὗρον (-α) plane abstinere. Iuvat exempla augmenti praeter morem positi enumerare: ηὗρον (-α) cet. ABarn 6. 8. 18. 19 V. AAMt 7 A. 22 bis AB. Proch 103,19 VN. APP β 68 DL. EJac 10,1 RL. 13,1 H bis. 18,1 H. APil α 12,2; 13,2; 15,1. 2; 16,4 (ubique in B). An Pil 4 A. His omnibus locis alii codices sollemnem formam εὗρον exhibent. De εὕρισκον, εὕρηκα, εὑρέθην paene omnes consentiunt. ηὕρισκον non invenitur nisi Herm V II 1,4 ℵ. Desc 4,1 AB, ηὑρέθην nonnisi

Ign Sm 3,2. In Hom. huic verbo nunquam augmentum additur, quare improbanda lectio ηὕρισκον XII 17 C (εὕρ. O).

Venio ad ea verba, quae a simplici vocali correpta incipiunt (quibus, si pronuntiationem recentiorem spectas, ea quoque adnumeranda sunt, quae modo tractavimus). In his saepissime augmentum neglectum esse observamus. Ac de iis quidem, quae ab ο incipiunt, non quaero, quoniam confusio litterarum ο et ω in codicibus trita est neque omnino augmentum audiri poterat harum litterarum dissimilitudine exoleta. Ea, quae ab α incipiunt, raro supersedent augmento. In hoc genere observavi καταξιώθημεν 1 Cl 41,4 A (-ηξ- C). μεταγάγετε 44,6 A (-ηγ- C). Multo crebriora sunt exempla litterae ε in imperf., aor., perf. non mutatae: ἑρμήνευεν Proch 110,12. -σεν APil α 1,4. -σας Hom XVI 8 C (ἡρμ. O). διερμήνευεν LAnd 23,13. ἐλαύνοντο ApPet 32. EJac 18,2 v. l. ἑδρασμένους [Ign] Sm 1. ἐρήμωται APh 17 Par. LAnd 26,16 C. ἐλεήθην Ign Ph 5,1. ἀφελπικώς Herm V III 12,2 ℵ. ἑλκύσθημεν A And Mt 17 C. ἑτοίμασας Desc 4,3. -άζετο PsC 203b. ἀπένεγκεν AP And p. 162. ἐπιστάμην ATh 15 PQ. ὑπένεγκα ApMos 8 A. ἐλαττώθη ApPaul 50. εἰσερχόμην Dorm M 17. ἐπείγετο PsC 209a. 258a. κατέσθιεν 242b. ἐγείρετο 259b. Tria verba constantia quadam augmentum respuunt (sed non in Hom): ἐᾶν, ἐπερωτᾶν, ἐξετάζειν. Aoristus ἔασα exstat Proch 48,12; 67,5; 77,9; 99,12N; 103,12; 133,3. A A Mt 33 A (εἴ. C). ATh James 34. APh Par[c] p. 144. ἐπερώτησα APP α 36. 44. β 57. Proch 51,10; 117,11. ATh 20 E. APil α 16,5 B (η C). ApEsd 28. ApPaul 11 et passim (sed verbum simplex ἠρώτησα 28. 39. 49. 50). PsC 254b. 255a bis. Notandum est verbum simplex ἐρωτᾶν augmento destitutum non inveniri nisi PsC 254b. Denique ἐξέταζον inveni ATh 3 E. 22 E. 4 RS. ἐξέτασα PsC 259a. ἀνέτασα APTh 19 G (cet. η).

Nostris temporibus eo ventum est, ut augmentum temporale omnino plerumque neglegatur (Thumb 146).

Verbum ἐργάζεσθαι in NTo (W Schm 12,1. Bl. 15,5) augmentum η assumit Atticis quoque usitatum (quod falso Cobetus praef. NT LIX scribis vitio vertit). Cum NTo conspirant ἠργάσατο Herm S II 7 Pap (εἰργ. ca). κατηργάσατο ATh 30 (sed Hom VIII 17 ἀπειργάζετο O [-εργ- C]. XI 18 ἐξειργάσατο.

PsC 207b εἰργάζοντο. 225a ἐργάσω). Huic verbo accommodatum est ἕλκειν, cui ει legitimum erat: ἧλκον ApMos 38. ἡλκύσθημεν AAMt 17 B (ἑ. C). Sed haec ad scribendi tantum usum pertinent, quoniam ει et η sono uoniam differebant.

Augmentum temporale ut in graecitate recentiore saepissime omissum est, ita contrario vitio etiam in infinitivum participiumque se insinuavit, cum stirpi adnumeraretur ab hominibus verum augmenti officium ignorantibus. Sic multae formae ortae sunt Atticis inauditae: ἀνεωχθῆναι DormM 3. LAnd 37,21. -θεῖσης I Mart. Ign. 4. -θήσεται AAnd 13. ἑωραθεῖσης AMt 21 P. μετηλαχθεῖσα AAMt 27 C (-ηλλαγμένη B). προσήνεγκας (i. e. -ενέγκας) AMt 25 P. κατεάξασα ATh 9 AD. κατεάξῃ, -αντα MPet 3. ὠκοδομήσας (i. e. ᾠ-) LAnd 12,23 PN (οἰκ. cet). ἀφηλάμενος (pro -ελόμενος) NJos 1,2 BC. ἐξεώσαντος [Ign] Sm 7 a v o. ἀπεσταλέντας PsC 218b.

De augmento in hodierna lingua saepe stirpi agglutinato v. Thumbium 145,2.

3. De reduplicatione. Littera ϱ noniam refugit reduplicationem. Itaque recentiores non dubitaverunt scribere ῥέριπται APil α 15,1 B. ἀπορεριμμένας PsC 215b. ῥερυπωμένη ATh 52. διαρερηγμένην 65,10. Neque compluribus consonantibus cumulatis lingua vulgaris deterretur, quominus reduplicationem praefigat analogiae obtemperans, ut επεφθακει (i. e. -ε) Proch 115,15 N. πεφθακέναι PsC 224b. μεμνηστευμένη EJac 19,1 (ἐμν. E). Contra ἔκτησαι est ATh 23 E (etiam att). Semel inveni augmentum pro reduplicatione positum, quamquam simplex consonans insequitur: ἐσυλομένον NJos 2,1 B pro σεσυλημένον AC.

Reduplicatio attica miro modo inflexa est in ἀπολελωκέναι ATh 27,30 P, ἀπολελοκῦας AAnd 5 C, quae metathesis utrum in sermone usitata fuerit an librariis sit vitio vertenda, nescio.

Pro redupl. att. simplex augmentum positum est in προσηνεγμένον APh 17 P.

Interdum in codicibus exempla reduplicationis omnino abiectae inveniuntur. In his formis initia hodiernae consuetudinis cernuntur, qua participio perf. pass. (quod solum de perfecto servatum est) nunquam reduplicatio additur (Thumb 147. 162). Talia sunt πτόησαι APPα 44. συγκαθεύδηκα ATh 78,24. διανοιγμένων LAnd 10,18 (neogr. ἀνοι(γ)μένος).

*ῥημένος* (i. e. *ῥιμμένος*, ut neogr.) APAnd p. 163. *τελευτηκότας* PsC 217a. *ἐντυχηκότες* 218a. *γενῆσθαι* 225a.

4. De verbis compositis (WSchm 12,6. 7. Bl. 15,7). Verba *καθεύδειν, καθέζεσθαι, ἀμφιεννύναι, ἀφιέναι*, quae artius cum praepositionibus suis cohaerebant, quam ut divelli possent, augmentum ante praepositionem assumunt tanquam verba simplicia. Cf. *ἐκάθευδεν* Leuc 226,15. *ἐκαθέζετο* Proch 111,2. *-όμεθα* EPet 27. *ἐκαθέσθην* passim (§ 19). *ἤφιεσαν* Hom I 11. *ἠμφιεσμένη* Leuc 234,6. *ἠμφίεστο* 246,1. Verumtamen in his sermo vulgaris non substitit, sed magis magisque ad praepositionem cum verbo artius connectendam inclinabat, cuius rei testimonia sunt *ἠπόλετο* APPβ 85 O. *ἐπεριπάτησα* ApEsd 31. *ἐπαρόργισεν* ApPaul 15. *ἐμετανοήσατε* 44. *ἐκαθίστα* Proch 157,5 N. In lingua neograeca haec augmentandi ratio legitima est (Thumb 145). — Sed verbo *προφητεύειν*, cui scriptores NTi semper augmentum praefigunt tanquam verbo simplici, saepius augmentum inseritur, ut Barn 5,6 *προεφήτευσαν* C (*ἐπροφ.* ℵ). [Ign] Philipp. 10; Hom III 53 *προεφήτευσεν*. Desc 2,1; 5,2 *-σα*. Verba cum *εὐ* composita mutant vocalem brevem insequentem ut in NTo (WSchm 12,5c): *εὐηγγελίσαντο* ATh 23. *-ίσθη* DormM 37. *-ίσθησαν* 1 Cl 42,1. *εὐηργέτησαν* Hom V 17. *προευηργέτηκε* IV 14 O (*-εργ-* C). *εὐηρέστησεν* IgnM 8,2. *-σαν* 1 Cl 62,2. HermS VIII 3,5 (sed *εὐαρεστηκότων* V III 1,9 ℵ. *εὐεργέτησεν* Proch 77,11. *-κε* Hom III 7. *-κασιν* V 17).

Cum posteriores noniam satis scirent, utrum ante an post praepositionem legitima sedes augmenti esset, facile in ea vitia inciderunt, ut augmentum aut omnino omitterent aut perperam iterarent. Haec verba inveniuntur augmento destituta: *ἐπιτήδευσαν* APPα 39 E. β 60 AGJ. *ἐμφάνισα* ATh James 53. *ἐγκάλουν* EThβ 4,2 Sin (praepositio mire iterata in *ἐνεγκάλουν* α 3,3 DrBP. 9,2 Bon).

Frequentior est augmenti duplicatio, quae sermoni vulgari admodum accepta erat. Atque in verbo *ἀνέχεσθαι* quidem iam apud Atticos illa ratio invaluit, quos nostri sequuntur (*ἠνειχόμην* Hom XVIII 21. ABarn 6. *ἠνεσχόμην* ConsTh 4. Hom II 27. APPα 26. Proch 93,4. Sed *ἠνεχόμην* APPα 15). In NTo hoc verbum uno augmento contentum est.

In verbo ἀνοίγειν magna est varietas, quia aut praepositioni augm. temp. addere licebat aut stirpi (simul adiecto augm. syllabico) aut omnia haec cumulare. Ut cognoscamus, quae sit singularum formarum ratio, exempla proponemus:

impf. διήνοιγεν ConsTh 2. Proch 87,8. ἠνοίγοντο APil β 11,1.

aor. ἤνοιξα (-εν cet.) APP α 9. β 30. Proch 64,12; 66,17, 1 Cl 43,5. Herm V IV 2,4. ApMos 19. 21. EJac 12,2. Desc 10. PsC 195b. 260b (neogr. ἄνοιξα et ἤνοιξα. Thumb 146,2).

ἀνέῳξα ConsTh 3.

ἠνέῳξα ATh 85,2. Proch 13,8. EJac 24,2 GH.

perf. ἀνέῳγα 1 Cl 48,2. 4 (cf. § 15,2).

aor. pass. ἠνοίχθην Leuc 231,15. APh 42. APP β 80c O. PsC 197b. ἠνοίγην Herm V I 1,4. EPet 37. ApMos 10.

ἀνεῴχθην APP β 80c. 84c. APhH 20. ApPaul 20. AAud Mt 31 A (ἠνεῴχθ. C).

ἠνεῴχθην 1 Cl 36,2 A (ἀν. C). APP β 80c BGMNT. 84c BGMN. Proch 134,11 (ἀν. N). APh 27. APhH 15. ApMos 20 AB (ἀν. C). 21. AAMt 19.

perf. ἀνεῳγμένος AAMt 22.

ἠνέῳγμαι APTh p. 272,9 G (Lips.). EPet 55. APil β 15,5. Desc 1,1 B (ἀν. A). AAMt 22 A (ἀν. BC).

Inde intellegitur loquendi consuetudinem formas ἤνοιγον et ἤνοιξα, sed ἠνεῴχθην et ἠνέῳγμαι praeoptasse. Aoristus secundus ἠνοίγην (v. § 15,4) iterationem augmenti non patitur.

A talibus verbis profecta illa augmenti iteratio in sermone vulgari valde increbruit et multa nova peperit ab emendata graecitate aliena. Haec observavi: ἀπεκατέστησαν APil α 14,2 B. -σα Proch 143,13. -σεν PsC 189a. ἀπεκατεστάθη Ign Sm 11,2. ἐκατέβη EpAbg 8 V (neogr. ἐκατέβηκα). ἐμετενόησαν ApEsd 26. ἐκατήντησαν ATh 3 S. ἐπαρεκαθέζοντο 92,18 P. ἐκατηγόρουν APil β 1,1 B. ἐπαρέδωκεν β 11,3 C. ἐπεσυνήχθησαν Proch 84,10 N. ἐκατελείπατε APP β 27 D (cet. ἐγκ.). ἠπήγετο APTh 7 A. (ἠπήχθην ConsTh 4 Tdf. Apoc. ap. 160[6] recte pro ἠπείχθην accepit; ATh 86,8 ἐτάχυνα P, ἐσπούδασα S, ὑπήχθην R). ἐσυνεβούλευον PsC 241a. ἐπροσεκύνησαν 204b.

§ 14. **De temporum formatione** (W Schm 13,1. 3. 4. 12. Bl. 16).

1. De verbis puris. Quaedam verba in futuro et aoristo vocalem correptam retinent, quam Attici producebant (cf. § 4,4). φορῶ facit ἐφόρεσα (ut neogr., Thumb 153 II a): 1 Cl 5,6. [Ign] E 21. APP β 9. 80c. HermS IX 13,3; 15,6; 16,3; 17,4. Sed perfectum correptionem non patitur, quare HermS IX 16,1 πεφορηκότες scribit. Accedit aor. ἐρρέθη Doctr 16,7. Proch 5,9. Hom III 15 (sed ῥηθέντα XVI 6). Praeter haec verba e NTo nota apud hos scriptores inveniuntur: ἐστέρεσεν Barn 13,4 ℵ pr. ἀκαιρεθῆναι HermS IX 10,5 as. ἐβαρέθην ATh 21 P (η cet). (cf. neogr. ἐβαρέθηκα. Sed IgnPh 6,3 ἐβάρησα. HermS IX 28,6 κατεβάρησαν. ATh 36 βαρηθῆναι[1]). πονέσας ETh α 14,2. Horum verborum exemplum imitati populares ἐπλάνησα ad ἐπλάνεσα deduxerunt (PsC 189a ut neogr.), quamquam in hoc verbo η ex α, non ex ε ortum erat.

Contraria est ratio verbi μάχεσθαι, quod longam vocalem accepit pro brevi: συμμαχησαμένων PsC 211a. -σάσας b. μαχήσομαι 219 b.

In littera σ temporibus verborum purorum inserenda nonnulla novata sunt. Aut enim σ praeter morem Atticorum additur ut in ἐλασθείς ATh 51,30. ἐλασθήσῃ c. 22 E. σχεσθῆναι PsC 187 a, aut omittitur ut κελευθέν Hom II 29 C (-σθέν O). -θέντα NJos 4,3. ταννθέντος MAnd 59,9 PV (ταννσθ. CF).

2. De verbis mutis (WSchm 13,4. Bl. 16,2). Character temporum qu. d. verborum in ζω desinentium complures affert varietates. Verba νυστάζω et παίζω in temporibus stirpem exhibent in gutturalem exeuntem: ἐνύσταξα ATh 90,37 S (ut neogr., Thumb 153 I 3). ἐμπαίξαντες AThadd 6. ἐμπαιχθέντα APP α 41. ἐμπαίκτης Proch 41,5; 130,20. διαπαίξοιεν AAnd 2. ἐμπαίξωσι APil β 9,5 (neogr. ἔπαιξα, ἐπαίχτηκα).

E contrario σαλπίζω facit ἐσάλπισα (ApMos 37. PsC 216 b. 252 b).

Complura verba fluctuant inter gutturalem et dentalem: ἁρπάζω. ἥρπαξεν ATh 58,12 P. — ἁρπάσαντα 58,10; 90,1. βαστάζω. βαστάξητε APP β 77 (-σητε P). -ξαντες 3 H

---

[1]) de verbo βαρῶ v. Anz, Diss. phil. Hal. XII 266.

(cet. σ). Hom III 30 C (σ O). βάσταξον EJac 20,3 ADEH (-σον cet). ἐβάσταξεν ib. 4 AHal (σ BCR). βαστάξαι APhH 23. PsC 184a. -χθήσεται 217b (neogr. ἐβάσταξα, ἐβαστάχτηκα).

ἐβάστασαν ETha 3,3. APila 6,1 (ξ C). DormM 45. 48. -εν EThβ 7,2. διαβαστάσατε AAndMt 16 B (ξ C). βαστάσει PsC 217b.

διστάζω. ἀδιστάκτως HermM IX 2 al. διστάσῃς ib IX 5. -σαι Proch 12,5; 18,13.

στηρίζω. στηρίξωμεν 1 Cl 13,3. ἐστηριγμένη 35,5. -μένος [Ign] E 12. APhH 11. ἐστήριξεν IgnPh inscr. ἐγκατεστήριξε Diogn 7,2. ἐπιστηρίξαντες ABarn 17. -ξω AAMt 33. ἐστηρίχθησαν APh 7. στηρίξας ConsTh 2. -αι MPet 7. -χθεῖσιν 11. στήριξον ATh 69,18.

στήρισον 1 Cl 18,12 (VT) A. ἐστήρισεν 33,3 AC.

3. De verbis liqnidis (WSchm 13,12. Bl. 16,3). Verbis in αίνω et αίρω desinentibus communis loquendi consnetndo aoristos tribnit in ανα et αρα cadentes (cf. Schmid Att. I 229. II 24. III 35. IV 30), ut similiores ceteris temporibns existant quam aoristi veteres syllabis ηνα et ηρα terminati. Hnins novatae loqnendi formae exempla notavi haec: κερδᾶναι (qnod iam ap. Att. invenitur, v. KBl 2,457) ABarn 13. ATh 71,23; 75,35 (ἐκέρδησα Desc 7. κερδήσω ATh 91,30. Cf. WSchm 13 not. 12). σημᾶναι APhH‸7. σήμανον ATh 19. -άνῃς LAnd 38,19. ἐσήμανα HomPet ad J 3. -εν II 52. III 51. VI 7. ποιμᾶναι APPβ 83. Proch 191,29. χάνασα Proch 168,8. ἐβασκάνετε Ign R 3,1. λυμᾶναι Herm V. IV 1,8. -άνῃ 2,4. καθάρας Diogn 2,1. καθάρατε Hom XI 28. -ᾶραι 29 (iam att. praeter -ῆραι, v. KBl 2,451). κοιλάνας PsC 253b (ib. p. 463). καταγλυκάνας MAnd 59,11. ἐγλύκανεν APTh 1 BG (hoc qnidem antiqnnm, v. KBl 2,170). ἐπίφανον 1 Cl 60,3. ἐκφάνας ATh 44. ἐνέφανε PsC 191b. ἐξέφανα Hom I,15. -εν II 26. 51. XIII 10 (sed ἔφηνα XX 17. ἐξέφηνα V 19. XX 1. -εν VIII 10. XX 14. ἐκφήνας VIII 10. ἀπεφήνατο III 53. -αντο V 16. -άμενοι VI 6. 19). Infinitivo ἐκφᾶναι a librariis saepins accentus acutus imponitnr, nnde apparet eos hanc formam ad φημί revocasse. Cf. Hom XIX 25. AAnd 6 ἐκφάναι. ATh 31 it. DP. 36 λέξαι καὶ ἐκφάναι DP. 53,3 τὰ ἀπόρρητα ἐκφάναι P.

In lingua hodierna verba in *-αίνω* exeuntia alia *-ανα*, alia *-ηνα* faciunt (Thumb 155,2).

## § 15. **De singulis temporibus** (WSchm 13. Bl. 17—20).

1. De tempore praesenti (WSchm 13,2. Bl. 17). Sermo recentior abundat novis praesentibus ad analogiam ceterorum temporum fictis. De hac ratione, quae apud hodiernos multa nova praesentia procreavit, disputavit Thumbius 156. E perfecto fluxerunt *γρηγορῶ* (IgnPol 1,3) et *στήκω* (MPaul 2 A [*ἕστηκεν* P]. APil*α* 15,6. Proch 182,16. AAMt 32. Leuc 249,11).

Multo saepius ex aoristo praesentia novicia prodierunt:

*κατάσσω* (pro *κατάγνυμι*) MPet 3, quae forma ex aor. *κατέαξα* fluxit ad imitationem verbi *ἔπραξα, πράσσω*. Cod. A habet *κατεάσσεται* augmento cum stirpe conglutinato (v. § 13,1).

*ῥήσσω* (pro *ῥήγνυμι*) eadem ratione ex *ἔρρηξα* ortum: Baru 3,6 *προσρησσώμεθα*. AMt 4 *καταρίσσον* P (= *-ρῆσσον*).

*κρύβω* ex aor. *ἐκρύβην* provenit (etiam neogr.) Cf. *ἐκρυβόμεθα* EPet 26. *ἔκρυβεν* EJac 12,3. *κρύβεσαι* (i. qu. *κρύβῃ*) ApMos 8. *συγκρύβουσιν* Hom IX 17 (*κρυπτόμενος* XX 17).

*ἔσχω* pro *ἔχω* natum est ex aoristo *ἔσχον* perperam intellecto. Inveni *ἔσχω* ATh 64,36 P. *ἀπέσχομαι* AThJames 43.

*ἀποκτένω* (pro *-κτείνω*, cf. Bl. 17), quod aoristo *ἀπέκτεινα* eadem ratione respondet, quae inter *μένω* et *ἔμεινα* intercedit, legitur AAMt 25 (*ἀποκτένωμεν* A, *-κτείνωσιν* BC). 31 (*κτενόντων* C, *φονευόντων* A).

In novis praesentibus formandis maxime usitata fuit terminatio *-νω*, quae in lingua neograeca latissime patet (Hatzid. p. 406 sqq. Thumb p. 80 sq). Huc spectant:

*λιμπάνω* (pro *λείπω*, cf. Bl. p. 55; raro ap. Att.): *καταλιμπάνω*[1]) Hom XII 24. APP*β* 84 f. APh 29. 34. ATh 37. 43 al. *ἀπολιμπ.* Leuc 225,7. Hom XII 2. 3. *παραλ.* Hom XI 28.

*δένω* (pro *δέω*, ut neogr.): *προσέδεναν* AAMt 3.

*παθαίνω* (pro *πάσχω*, ut neogr.): AAMt 20 C. *παθαίνομαι* EpTib 79,1.

*χύνω* (pro *χέω*) vel *χύννω* (de gemino *ν* non constat, v. Bl. 17): *ἐκχύνεται* APhH 3. *ἐκχύνεις* EJac 23,3 CE (*-χέεις* cet).

---

[1]) Cf. Anz, Diss. phil. Hal. XII 307.

(ἐκ)χύνει ApJo 5 AG (-χέει BDF). συνχύννου Herm V. V 5 (neogr. χύνω).

2. De perfecto. Verbum γράφειν novum perfectum γεγράφηκα nactum est (cf. KBl I, 2, 392. Cobet NL 56): γεγραφήκαμεν AAnd 1 AB (γεγράφαμεν C). πεφύλαχα neglecta stirpis aspiratione transiit in πεφύλακα (Herm S VIII 3,8; cf. KBl I 2,567). Ad hanc analogiam fictum est πέπρακα ATh 48 P pro πέπραγα. Verbo λέγειν recens perfectum λέλεχα accrevit (KBl. I 2, 25), quod extat AAnd 3. 4. Legitima vocalis mutatio neglecta est in perfectis secundis ἀπέρρηγα Herm V I 1,3 ℵ (pro -έρρωγα) et πέφυγα pro πέφευγα (PsC 217 a ἐπεφύχει, i. e. -γει, et ἐπέφυγεν cum terminatione aoristi).

Verbum ἥκειν, cui notio perfecti inest, etiam formam perfecti assumpsit (WSchm 13,2 Bl. 24): ἥκασιν 1 Cl 12,2. ATh 45,6 P. LAnd 10,4. ἐπανῆκας ATh 75,20 P. ἧκας PsC 196b.

Ut a perfecto κέκραγα novus aoristus ἐκέκραξα derivatus est (ut AMt 25 P, cf. WSchm 13,2) ita a τέθνηκα factum est τεθνήξασθαι ATh 93,36 R. τοῖς τεθνήξασιν Proch (Leuc) 188,1.

Notum est perfecto secundo in graecitate labenti saepe vim intransitivam subiectam esse (ut antiquitus ἀπόλωλα sim). Frequens est participium ἀνεῳγώς (apertus), ut 1 Cl 48,2. Ap Paul 43. ApJo 2 ABCD (ἀνεῳγμένος EF).

3. De futuro (WSchm 13,5—8. Bl. 18). Futurum atticum non conceditur verbis καλεῖν (καλέσω APPα 30. β 51) et ἀπολλύναι in activo (ἀπολέσω Herm S VIII 7,5. APPα 34. 57. β 78. MPet 4. 7. APTh 6. 16. 36. Proch 18,4; 20,17; 40,13; 41,3. APh 16. AMt 14. ATh 21; 79,21. 23. Sed ἀπολεῖ APTh 14 [CF -έσει]. ConsTh 2). Verum tamen ἀπολοῦμαι constanti usu frequentatur (APPα 58. β 79. Proch 41,15; 51,5. ATh 62,30. APilα 16,7. ApJo 12. 19). Verba in -ίζω exeuntia futurum atticum retinent, ut ποτιῶ EJac 16,1 (-σω H). καθιῇ Herm V III 1,9. καθιοῦσι Hom III 15. ATh 79,35 P [καθίουση cod] (quod Bonnetus p. 171 et XXX miro errore ad καθίημι revocavit).

Pro αἱρήσω futurum ἑλῶ in usum venit ad similitudinem verborum liquidorum formatum: περιελῶ ATh 65,26. Similia futura a veterum usu discrepantia sunt ἐκφυεῖ ApJo 5. παθεῖται

2 Cl 7,5 A (πείσεται C). καθοῦνται PsC 215b (Menselius male correxit ἀποθανοῦνται).

Futurum πίομαι, quod praesentis speciem praebet, sermoni vulgari cum attico commune est (Proch 139,11. AMt 7). Significationis cognatio simile futurum φάγομαι procreavit, quod recentiores ex aor. ἔφαγον eliciuerunt eam proportionem secuti, quae inter ἔπιον et πίομαι cernitur. φάγομαι est Doctr 11,9 AMt 4. ApMos 24. Proch 139,11. Pro φαγόμεθα saepius φαγώμεθα scribunt librarii, tanquam coniunctivus aor. sit: Proch 146,14 φαγώμεθα. 111,16 φαγώμεθα (VNP[3]; φάγωμεν P[2]B) καὶ πίωμεν (V, πιώμεθα NP[2]P[3]), quae Zahnius non debebat probare. Verus coni. aor. φάγωμεν καὶ πίωμεν est p. 136,7.

Eum attici sermonis morem, quo a quibusdam verbis activis futura media fiunt, posteri saepe neglegunt. Ita futura provenerunt ἀκούσω ATh 23 P. 53,8 P. PsC 258a (sed -σομαι Proch 124,19). ἀπελεύσεις ETh$\beta$ 2,2 (sed 4,1 -σει 2 p.). καταπεσεῖ 3 p. Proch 42,8 V (-πέσοι m[3]). ὄψῃς (i. e. -εις) MAnd 63,10 CP (-ει FV). E contrario sermo communis futurum ζήσομαι magis adamavit quam ζήσω. ζήσω inveni AAnd 6. MPaul 4. Barn 6,17. HermM I 2 (ζήσῃς ℵ, ζήσῃ as), contra ζήσομαι Barn 8,5; 11,11. HermM II 6; III 5; IV 2,3. 4; 3,6 et saepe. Doctr 12,4. MPaul 4. APTh 29 (-σει 3 p. F). 37. Proch 55,13. Hom v. g. X 15. PsC 265a.

4. De aoristo (WSchm 13,10. Bl. 19). Aoristis secundis act. lingua recentior bellum indixit, quia simplicitatem declinationis turbabant, atque multos aoristos sueto more in σα desinentes e futuro derivavit. Ad has formas procreandas multum illud valuit, quod futurum et coni. aor. noniam satis distingui poterant, cum et terminationes exiguo intervallo distarent et utriusque formae intellectus perquam tenui saepe limite dividerentur.[1]) Velut in enuntiatis subiunctis hae formae illa aetate promiscue usurpabantur. Itaque qui ἵνα ποιήσω pro aoristo sive pro futuro accipi posse sciebant, ἵνα ἄξω eodem modo intellegere non dubitabant. Postquam igitur ἄξω pro coniunctivo aor. haberi coeptum est, facile provenerunt formae ἄξας, ἄξαι, ἦξα denique, quamquam hunc indicativum plerique

[1]) de hac re infra in § 20 fusius disputabo.

reformidaverunt. Haec verba inveni, quorum aoristi ad similitudinem futuri refecti sunt:

ἄγω. προάξας MPet 9. ἕως ἂν ἀπάξω EJac 6,1. ἀνῆξα Proch 126,3 BV (ἤγαγον NP²v). συνῆξε ABarn 23. ἀπάξαι AAMt 5. ἐπισυνάξωμεν 22. ἐπισυνῆξαν 23 B. ἐπισυνάξαι 24. ἀνάξαντα ATh 84,1 P (ἀγαγόντα R). προήξαμεν Hom III 73. -ῆξαν XII 3. -άξατε, -άξωσιν 2. -άξαντι 19. ἐπάξας XVIII 3. -αντα 13 (haec apud scriptorem tam elegantem offendunt). ἐπεσύναξεν ApMos 29. συνάξας PsC 218b (neogr. ἐσύναξα). Memorabile est verbum simplex hac ratione deformatum non inveniri.

αἱρῶ. ἀναιρῆσαι PsC 219a, 223a, 235a. ἀναιρήσαντες 237b (iuxta ἀνεῖλον, -ελόντες).

ἁμαρτάνω. Aor. ἡμάρτησα exstat HermM IV 3,6. VI 2,7. S IX 14,3. APila 4,3 (ἁμάρτῃ B). β 11,3. ApMos 10. Hom III 17. XII 32. Sed ἥμαρτον APila 1,4; 15,2. ApMos 27. 32 passim. ApPaul 17. ApJo 22. Hom II 13. VI 17 et saepe. Nunc ἥμαρτον paene prorsus exoletum cessit aoristo ἁμάρτησα (Thumb 156).

βλαστάνω. ἐβλάστησεν APh 41. βλαστήσασα AMt 7.

εὑρίσκω. εὕρησαν EJac 10,1 F².

ἔχω. παρέξε Proch 76,1 N. ἀφέξηται HermV III 8,4. παρέξας ATh 59,22 P. 78,35 P (ἵνα παρέξεις 79,27 pro fut. accipi potest). Cf. neogr. ἐπρόσεξα.

λαμβάνω. ἵνα λήψῃ 3. p. ATh 68,35.

λείπω. κατέλειψας EPet 19. καταλείψας AThadd 6. ConsTh 2. Proch 147,14. -ασα 148,1. -αντες 2 Cl 5,1. -ωμεν 10,1. κατέλειψεν HermS VIII 3,5 (iuxta -έλιπεν). κατελείψαμεν ABarn 17. 25. AAMt 2. ἐγκαταλείψητε APh 35. ATh decies quinquies κατέλειψα, vix sexies -έλιπον (Bonnet p. 172). Hom XII 2 καταλείψας. Cl ad J 5 et IX 1 -αντα. XI 13 -ωμεν (sed -έλιπον XII 15 al). PsC 217a. 237a. 245b καταλείψας. 219a ἔλειψε (hic aor. verbi simplicis rarissimus, cf. Deissmann nBSt 18).

Compluribus aoristis primis longiores formae substitutae sunt ad perspicuitatem augendam:

πρίασθαι. πριάσασθαι ATh 2 ERSP (cet. πρίασθαι s. πριᾶσθαι).

οἰκτίρω. οἰκτ[ε]ίρησον Proch 60,5. LAnd 28,18.

δοκῶ. συνεδόκησαν ATh 93,4 (ἐδόκησα olim poetarum tantum proprium fuerat).

*τύπτω.* ἐτύπτησα Proch 28,12 m³.

*ἀνοίγω.* ἀνοίξησεν ApMos 21 C, mira forma ab aoristo ἄνοιξα (an ab ἄνοιξις?) ducta.

Aoristus ἔχυσα pro ἔχεα (de quo v. KBl I 2, 570) non invenitur nisi APil β 8 (χύσητε).

Pro ἐβίων recentiores dicebant ἔζησα (ut neogr.), qui aoristus omnium usu tritus est (etiam Hom I 1. X 17 al).

Verbum φύω pro ἔφυν aoristum passivum ἐφύην accepit ad imitationem formae ἐρρύην fictum (cf. Cobet N L 49): ἐφύησαν ATh 32. ἐκφυέναι MAnd 55,21 C (cet. -φῦναι).

In genere passivo sermo vulgaris adeo non repudiavit aoristos secundos, ut multos procrearet antiquis ignotos (cf. Schmid Att. III 36 sq.). Haec verba apud nostros aoristos secundos habent olim inauditos et futura inde pendentia:

*ἀνοίγω.* ἀνοιγείσης APTh 18. ἀνοιγήσονται AMt 14. -σεται ATh 50 (praeterea v. p. 69). Sed ἀνοιχθέντες EPet 44. ἀνοιχθήσονται Leuc 231,12 (cf. p. 69). Neogr. est ἀνοίχτηκα.

*ἁρπάζω.* ἡρπάγη PsC 260a (cf. Deissmann u BSt 18).

*ἑλίσσω.* ἑλιγῆναι Proch 144,4.

*καίω.* κατακαῆναι MPaul 3. APTh 21. κατακαῇ APTh 22. καῆναι MPol 12,3 m (cet. κατακαυθῆναι). PsC 270a. κατακαήσονται ApJo 14. Sed etiam aor. I in usu est (ut nunc quoque loquuntur ἐκάηκα et ἐκαύτηκα, Thumb 159): ἐξεκαύθη APh 18. APPα 21. β 42. κατακαυθῆναι MPol 12,3 (paulo post καῆναι). καυθῆναι 5,2. -θήσεται Proch 52,21. κατακαυθήσεται ATh 44. In papyro Hermae col. II v. 16 (S IV 4) miror editores (Harnackium et Dielsium) supplevisse [οἱ μὲν γὰρ ἁμαρτωλοὶ καυθ-] ήσονται (ut est in ca) et adnotasse: bemerke die falsche Silbenabteilung. Facillime enim legitima syllabarum dirimendarum ratio restituitur, si scribimus κα-] ήσονται, quae lectio vel eo commendatur, quod recepta forma καυθ. versus 33 litterarum evadit, cum ceteri modum 32 litterarum non excedant. Antea v. 14 legitur κατακ, quod ambiguum est.

*κρύβω* (κρύπτω). κρυβῇ Diogn 9,5. (ἀπ)εκρύβημεν ABarn 25 bis. Proch 131,15. ἐκρύβη ApMos 36. ἀπεκρύβη Proch 192,4. Hom XVIII 16. 17. ἀποκρυβέντων APil α 12,1. κρυβέντος PsC 274b (sed neogr. ἐκρύφτηκα).

*κατανύσσω.* κατανυγέντες A Barn 13 V (-νυχθέντες P).

*ὀρύσσω.* ὠρύγη Herm S IX 6,7. διορυγῇ A Th 91,1.

*τάσσω.* ὑποτάγητε 1 C l57,1. προσετάγη Herm M IV 1,10. ὑποταγῇς XII 2,5. -ῇ 5,1. ἐτάγη APh 36. ὑποταγήσεσθε Doctr 4,11. ὑπετάγησαν APil α 8. -ης Ap Mos 10. ἐτάγημεν N Jos 5,3. -σαν Hom XIV 5.

Sed etiam complures aoristos primos posteriorum συνήθεια protulit Atticis ignotos:

*τίκτω.* ἐτέχθην [lgu] Philipp 8. Dorm M 1. 3 et saepe. M And 51,5. E Jac 21,1.

*τύπτω.* τυπτηθῆναι L And 17,4. τυφθέντες 8,20.

*δέρω.* ἐκδαρθέντα A Th 21 B (-δαρέντα A). Neogr. ἐγδάρθηκα (Thumb 160).

5. De aoristo et futuro verborum deponentium (W Schm 13,9. Bl. 20). Verba deponentia paulatim aoristum passivum assumunt pro antiquo aor. medio, in quo expellendo recentior graecitas adeo perseveravit ut nunc nullum iam eius superit vestigium (Thumb 140). Haec verba observavi novis aoristis instructa:

*γίνομαι* facit ἐγενήθην (1 Cl 33,1; 38,3; 51,1. 3. Diogn 9,1. E Jac 3,1. Barn 6,4; 9,4), qui aoristus a librariis saepe confunditur cum ἐγεννήθην (genitus sum). Sed etiam ἐγενόμην frequens est (neogr. ἐγίνηκα, ἐγένηκα, ἔγεινα).

*ὑπισχνοῦμαι.* ὑπεσχέθης (pro ὑπέσχου) A Th James 36.

*ἀπόλλυμαι.* ἀπωλέσθην Proch 11,11; 105,15; 106,3.

*αἰσθάνομαι.* αἰσθανθῶσι APP β 83.

*ἀποκρίνομαι* aoristum ἀπεκρίθην habet in lingua communi sollemnem (ut neogr. ἀποκρίθηκα), sed ἀπεκρινάμην nondum plane extinctum erat. Non est mirum, quod in M Pol haec sola forma invenitur (8,2; 10,1) itemque in Hom (passim. Sed II 47 ἀποκριθῶμεν. XVI 15 ἀπεκρίθη) et in L et M And. Etiam Leucius ἀπεκρίνατο scribit (228,17; 233,24; 224,9). Sed alii quoque hoc aoristo hic illic utuntur: APP α 6. 44. β 4 J. 27. Proch 96,11 (alioquin semper aor. pass). A And 3 B (aor. pass. A). 4 B et iterum AB. 5 AB. 6 B. 8 B. (pass. AC). 8 B. 11 AB. A AMt 6 C (pass. AB). 25 C (pass. B). E Jac 23,1. E Th α 14,1. APil β 9,4; 16,3. N Jos 2,1 bis. 4. In A Th decies quater aor. pass. invenitur (Bonn. 165), aor. med. his locis: 4 B. 5 omn. 38 D. In DP: 40. 52. 53. 54.

*παύομαι* aut facit *ἐπαυσάμην* (*ἐπαύσατο* Herm V III 10,1 M Paul 3. A A Mt 16. *ἀνεπαυσάμην* cct. A Mt 22. A P Th 4. 6. 13. 39. E Jac 4,4; 15,1. Nunquam aliter Hom.) aut *ἐπαύθην* (neogr. *ἐπαύτηκα*) velut *ἀνεπαύθην* A Th 34. 43. *ἀναπαυθῆναι* Herm S IX 5,1. 2. Leuc 226,2. His accessit novus aoristus *ἐπάην* ad eam proportionem formatus, quae inter *ἐκαύθην* et *ἐκάην* intercedit. Cuius formae vulgaris exempla notavi haec: *παῆναι* Herm V I 3,3. III 9,1. *ἀναπαῆναι* A Ph 42. Dorm M 4. *ἀναπαῶ* A Th 91,31 S. *ἐπαναπαῇς* Doctr 4,2. *ἀναπαέντες* A Th 4 C P Q R S (*-παύσαντες* A B). *ἐπαναπάηθι* Leuc James 11. Accedit futurum *ἀναπαήσει* A Th 35 P (*-παύσει* cet.). Addo miras formas *ἀνεπεόμην* A Th 33,40 P (*-όμην* cod.; cet. *-επαύθην*), *ἀναπέου* 29,29 P. Hae formae fortasse non pro aoristis, sed pro imperfecto et imperativo praesentis accipiendae sunt; quod si verum est, ea ratione explicari possunt, ut ponamus ad imitationem formarum *ἔκαυσα*, *ἐκάην*, *καίω* (pronunt. *κέω*) formis similibus *ἔπαυσα*, *ἐπάην* novum praesens *πέω* accrevisse fallaci analogia procreatum. Similem originem habere videtur *ἐπιφέειν* A Th 29 P Q pro *ἐπιφαύειν* (*ἔφαυσα* : *φέω* = *ἔπαυσα* : *πέω*).

§ 16. **De terminationibus.** (W Schm 13,13—20. Bl 21).

1. Recentiores discrimen terminationum diversorum temporum noniam satis observare potuerunt, quae olim diligenter erant distinctae. Imprimis sermo inclinabat ad aoristum secundum cum primo pariter terminandum; in quo discrimine tollendo sermo vulgaris adeo sibi constitit, ut eaedem terminationes nunc utrique aoristo communes sint (*α*, *ες*, *ε*, *αμε*, *ετε*, *αν*). Haec assimulatio profecta ab aoristis *εἶπον* et *ἤνεγκον*, quos antiquitus littera *α* terminare licebat, pedetemptim ad alia verba progrediebatur, ita autem, ut aliae formae novis terminationibus acriter resisterent, aliae facile mutationem paterentur. Sed in his tanta est codicum discrepantia, ut difficile sit proprietatem scriptorum definire. Consentaneum est verba *εἶπα* et *ἤνεγκα* longe plurima exempla exhibere aoristi secundi cum primo exaequati:

*εἴπαμεν*, *-ατε*, *εἶπαν*, *-άτω* frequentia sunt ut in N To. *εἶπας* exstat A And Mt 18. A Th 35. 14 P. 33 P. M Barth 5. Ps C 262 b al., *εἶπα* (N T raro) A Pil *α* 1,4; 15,6; *β* 5,1. Ap Paul

21. 22. 45. Imper. εἶπον MPol 9,2 m (εἰπέ b p v). ἀπειπάμενος MAnd 56,8. AnPil β 4. ptc. εἴπασα HermV III 2,3 ℵ (-οῦσα as). IV 3,7 ℵ pr (-οῦσα corr. et as). Sed εἶπας, εἶπαι non inveniuntur.

ἤνεγκαν crebrum est, ἤνεγκα et ἐνέγκατε saepius inveniuntur. ἠνέγκαμεν est Hom III 30; inf. ἐνέγκαι (in NT rarissimus) ABarn 26. EJac 1,2 P (προσ-). Hom XI 23 (it). APhH 23. AAnd 7 (ὑπ-). 14 (προσ-) A. AAMt 2 B (προσ-; A -εῖν). 32. ApEsd 31 (ἐξ-). ParPil 9 A (ἐπ-). Ptc. ἐνέγκας Hom I 15 (προσ-). III 70 (-αντι). Baru 8,2 (προσενέγκαντες). APP β 8 (ἀπενέγκας). ATh 77,20 (ἐνέγκαντες). ApMos 40 (it.), fem. διενέγκασαι HermS IX 15,5. — ἀπενέγκασθαι Hom I 20. -αμένων VI 18.

ἤλθαμεν, -ατε, ἦλθαν, imprimis imp. ἔλθατε frequentia sunt. ἀνῆλθα exstat PsC 249a.

εἴδαμεν invenitur AAMt 17 B. APil α 15,1 BC; 16,7 B. εἴδατε ib. 16,5 BE. εἶδαν ATh 25 A. Imp. ἴδατε EPet 56. APil β 13,1.

ἔπεσα Proch 11,4 (περι-). Hom XII 16 (it.). APil α 15,6. ApJo 1 D (-ον A). ἐπέσαμεν 1 Cl 51,1 (παρ-). Proch 18,14 (περι-). ἔπεσαν Proch 18,15; 145,9. APh 32 P. AAMt 22 al. πεσάτωσαν AMt 21 V. ἐπέσαντο EPet 18. Singularis est imperativus ἐπίπεσον Proch 92,8.

εὗρον (ηὗ.) saepius facit -αμεν (ABarn 18. APhH 5. AAMt 7. 22 A. APil α 15,2 BC. PsC 268 b), -ατε (APil αβ 13,2. PsC 263 b), -αν (AAMt 22 A. APil α 12,2 B. 15,1. 2 B. 16,4 B).

ἐγενόμην aoristo primo accommodatur in ptc. γενάμενος, quod frequentissimum est (ut in papyris, v. Deissmann nBSt 18); alias formas non inveni praeter ἐγεν[ν]άημν APil α 6,2 B.

Ab εἶλον fit διείλαμεν ATh 1. καθείλατε MBarth 6. ἀνεῖλαν ConsTh 9. APh 17 P. PsC 241 b. 242 a al. καθεῖλαν APh 40 P. εἵλατο Leuc 227,13. HermS V 6,6. ATh 64,26. 66,15 (ἀφ-). ἀφείλαντο ib. 70,16. ἀνείλαντο Hom XIII 7 C (-οντο O).

Alii aoristi secundi in terminationes novicias desinentes rari sunt:

ἔλαβον. ὑπέλαβα PsC 248 b. μετελάβαμεν Proch 108,9 (cf. ἔλαβα Deissmann nBSt 19).

*ἔβαλον.* κατέβαλας ETh 9,3. ἔβαλαν AAMt 32 A. APil α 14,2 B (ἐξ-). ἐκβάλας APP β 11 LQ. ὑποβάλας Proch (Leuc) 189,27 (hoc ptc. a NTo alienum).

*ἤγαγον.* ἀγάγαι APP β 55 ACDG (-εῖν BJLOPQ). Hic infinitivus singularis est.

*κατέφυγα* APTh 31 AB (-ον CEFH). ATh 77,3 P.

*ἔπαθα* Leuc James 15.

*ἔδραμον.* ἐπέδραμαν AAMt 25 AB (-ον C).

*ἀπέθανον.* -αν Au Pil α 10 B.

*ἔλιπον.* καταλίπατε AAMt 23 A (-λεῖπ. cod). Cf. infra ur. 3.

Plane singularis esset altera persona ἄφικω ConsTh 4 (cod. ἀφήκω), si librarius fide dignus esset. Sed emendatio ἀφίκου iu promptu est.

Pauca addo de singulorum scriptorum et librariorum proprietate. Apud Hermam hae formae satis frequentes sunt, imprimis in ℵ; as saepius formas atticas revocavit (V. I 4,1. 3. III 2,3. IV 3,7). Apud Prochorum quoque crebro inveniuntur, praecipue iu cod. V, haud raro iu NP²P³ v (v. Zahnium p. 256. XXXVII). In APh ea differentia codicum apparet, ut V omnibus locis atticam consuetudinem servet, quibus P recentiores terminationes exhibet. AAMt exemplis recentioris consuetudinis abundant, praesertim secundum codicem B, quocum saepe A conspirat; C saepissime veteres terminationes retinet. In ATh aoristi persaepe illud α assumunt, praecipue in APRS; sed notandum est codicem P nonnunquam magis atticum esse quam ceteros (25 παρεῖδαν A, -ον P. 28 ἐξέλθατε A, -ετε P. 93,19 εἰσέλθατε S, -ετε P. 58,36 εἴπαμεν R, -ομεν P). Inter omnes vero libros maxime APil α aoristis noviciis scatet. Praecipue iu cod. B nihil est illis frequentius, ceteris testibus saepe veteres formas praebentibus. Auctor Homiliarum in hoc genere non plura admisit quam pauca ea quae sub verbis ἤνεγκα, ἔπεσα, (εἶλον) enumeravi; accedit. εἴπατε XI 21. XIII 6.

2. Multo rarius contrario vitio terminationes aoristi secundi in primum translatae sunt. Non plura mihi praesto sunt exempla quam haec: imp. σκέψου pro σκέψαι ATh 67,5 P (cf neogr. δέσου Th. 174). διένειμον LAud 41,13 PN (-αν C). ἀπεφήνου MAud 61,15 C (-ω cet).

3. Ne imperfectnm quidem tntnm erat a terminationibus aoristi primi ultra terminos evagantihus. Nunc imperfectum et aoristus extremis syllabis eousonant. Cuius transitus exempla nt codices NTi (WSehm 13,13. Bl 21,2) et papyri (Deissmann nBSt 19), ita hi libri nonnnlla exhibent, sed ex eorum pancitate apparet mnlto aerius imperfectum illi mutationi ohstitisse qnam aoristum secundum. Affero qnae uotavi: ἀπέθνησκαν Barn 12,5h o v. κατέκοπταν Herm V III 2,7 ℵ. ἔφεραν S IX 10,3 as. προσεφέρασι APilβ 10,2 C (ἔφερα aoristi officio fungitur, nt neogr. [cf. Hatz. 30]. Cf. etiam ἔφερον pro aor. positum ETh α 12,2. APilβ 9,4. 5 al). εἴχαμεν APil α 1,5 BC (o E). εἶχαν 5,1 C (-ον cet). ἔκραζαν β 6,2 C. ἤθελα ApPanl 14. ἔγραφα Proeh 156,1 P[3]. ἔλεγαν AAMt 25 A (-ον BC). προέπεμπαν 33 A (-ον CE). προσέδεναν ib 3. ἐτύγχανα EJac 4,4 L. ἠκούαμεν PsC 242h. 244a. ἔτρεμα 249h. ἐγκατελείπατε APPβ 27 BCDLO (-λίπατε GJQ. -λίπετε A). Proeh 34,2 V. κατελείπατε APPα 6. -αμεν ATh 58 bis P (cet. -λείψαμεν). ἐγκατέλειπας AAMt 28 B. ἐγκατελείπασιν ApJo 18 C (de -ασιν pro -αν v. iufra nr. 4). Sed hae verhi λείπω formae aptius pro aoristis accipiuntur restituta vocali ι pro ει (cf. snpra nr. 1).

4. Aoristus primus et perfeetum antiquitus per easdem syllahas exibant praeter tertiam pers. pl. Itaque quandoquidem termini lahare coeperunt olim singulis temporihns interpositi, haec forma incolumis evadere uou potuit. Diu tertia pers. pl. perfecti et aoristi varia fortuna de prineipatu certaveruut, donee terminatio -αν snperior discessit et tertiam personam sibi vindicavit. Perfeeti ad aoristi similitudiuem formati (de qna mutatione uberrime dispntavit Bureschius Mns. Rheu. XLVI) apud scriptores, de quihus agimus, exempla invenimus haec: πεφανέρωκαν Barn 7,3. ἀπήγγελκαν APPα 19. γέγοναν [Ign] M 10 (-ασιν n). ConsTh 1. APilα 2,4 B (-ασιν CJ). οἶδαν EJac 17,1 A. παραδέδωκαν ParPil 3 E. (-έδωκαν cet). δέδωκαν PsC 200h bis. 210a. Cf. Deissmanu nBSt 19.

Sed hand raro iuvieem perfectnm aoristo exemplo fuit, nee solum in aoristum I terminatio ασιν pedem intulit, sed etiam in aor. II, qui postquam voealem α reeepit, ne hauc quidem labem effugere potuit: ἐποιήσασι MBarth 2. APilβ 10,2 C. εἴπασιν APil α 3,2 B. ApPaul 47. ATh 29 P. ἐδώκασιν

1 Cl 44,2 A (-αν C). ηὗρασιν EJac 10,1 L. περιῆλθασιν APil α 15,2 B (Deissmann l. l.). εἴδασιν 16,3 B (-ον cet). Atque quoniam imperfectum aoristi exemplum sequi coepit, huc quoque illud ασι illatum est, cf. ἐγκατελείπασιν et προσεφέρασι supra nr. 3.

Nostra aetate in imperfecto et aoristo (et in unico perfecto εὕρηκα) αν sollemne est, sed quaedam dialecti ασι retinuerunt (ἐδένασι, ἐδέσασι, Thumb 166,4).

Alia perfecti et aoristi confusio in eo cernitur, quod participio aoristi secundi terminatio perfecti adicitur, id quod observatur in ἀγαγότα ATh 17,35 P. 62,7 P. εἰδότες (pro ἰδόντες) 36,35 P. 45,13 P. ἐλθότες 92,31 R. Contraria permutatio terminationem aoristi in perfectum induxit in πεπονθοῦσα An Pil α 4 B.

5. Postquam pro γεγόνασιν γέγοναν dicere licuit, homines illitterati hac analogia decepti tertiam pers. praes. in ουσιν exeuntem in ουν coegerunt, quae terminatio nunc legitima est. Sed tales formae valde recentes rarissime in codicibus comparent, nec plures inveni quam λέγουν APil β 1,1 C. μέλλουν ApJo 18 C. Accedit coniunctivus διαβαίνων pro -ωσιν PsC 229 b.

6. Tertiam pers. pl. imperfecti et aoristi secundi duas mutationes subiisse adhuc cognovimus; aut enim ab aoristo I accepit αν aut a perfecto ασιν. Sed reliquum est tertium formarum genus, quod syllabam σαν extremam habet (WSchm 13,14. Bl 21,3. Buresch Mus. Rhen. XLVI, 194 sqq.). Eius generis sunt ἤλθοσαν EJac 21,1 D. ATh James 16.60. εἰσ- 22. ἐξ- 23. ἀπ- EJac 10,1 F[b]. ἐξήλθωσαν LAnd 16,28 C (cet. -ῆλθον). Maxime huic formae patuit imperfectum verborum contractorum, in quo nunc unice valet. Talia sunt εὐλογοῦσαν 1 Cl 15,3 (VT) A (-ουν C). εὐσταθοῦσαν HermS VI 2,7. ἐδοκοῦσαν IX 9,5. ἐλαλοῦσαν APil α 2,2 BDE (ἐλάλουν ACJ). ἐδίδουσαν NJos 2,4 C (a διδῶ pro δίδωμι, cf. § 18,6).

7. Ea litterae α extenuatio, de qua § 4,1 verba fecimus, terminationem ας in altera pers. perfecti et aoristi (necnon imperfecti, postquam hoc pariter cum aoristo finitum est) in sermone cotidiano in ες mutavit (WSchm 13,16. Bl 21,4. Buresch l. l. 219. Deissmann n BSt 20), quae forma nunc sermonis lege

flagitatur. Sed plerique librarii abstinent ab hac consuetudine litteris exprimenda, quare non plura inveniuntur quam οἶδες APPβ 80 O. ἀπέστειλες APilβ 1,3 A (-ας B). Eadem extenuatio postea in alteram pers. plur. irrepsit et formas ἐδένετε, ἐδέσετε protulit, quae nunc frequentiores sunt iis, quae syllabas ατε incorruptas servant (Thumb 166). Huic vulgari consuetudini indulgens librarius scripsit ἐδειλιάσετε PsC 213 a. διετάξετε 250 a. Ceterum non ignoro has formas in ες et ετε cadentes etiam ita explicari posse, ut antiquas terminationes imperfecti (vel aoristi II) in aoristum I translatas esse suspicemur (cf. Hatzid. 186); sed equidem potius crediderim α in ε abiisse, postquam imperfectum terminationes aoristi assumpsit.

8. Optativus apud alios per syllabam αι in tertia pers. exit, apud alios par ειεν (in pers. II ειας). Sed huius modi exempla omnino rara (cf. § 23): 1 Cl 33,1 ἐάσαι. Proch 75,12 πληρῶσαι. 107,6 ἀναχωρῆσαι. IgnE 2,1 ἀναψύξαι. Tr 5,3 ζηλῶσαι. Contra Diogn 7,2 εἰκάσειεν. MPol 2,2 θαυμάσειεν. ATh 66,3 καρτερήσειεν. 59,6 ποιήσειεν. 71,10. 12 θελήσειας. 72,17 προστάξειας. 74,5 πράξειεν.

9. Tertia pers. plur. plusquamperfecti semper in ειсαν exit. Vid. exempla § 13,1, quibus accedunt ᾔδεισαν APhH 11. EJac 23,3. ἀπολωλέκεισαν AAnd 5. -εσαν non saepius inveni quam ἑστήκεσαν EJac 18,2 D (-εισαν F[a]). εἰλήφεσαν Hom VIII 11 (ceteroquin -εισαν).

10. In altera persona sing. praes. passivi non sufficiebat recentioribus terminatio ῃ (in verbis contractis ᾷ, ῇ, οῖ) quae nimis brevis iis videbatur et incertum intellectum habebat. Itaque cum forma illa supplementum requirere videretur, syllabam σαι a perfecto et a verbis in μι desinentibus repetitam ei affixerunt (cf. Hatzid. 188), quo additamento recepto omnes personae numeri singularis eundem syllabarum numerum explebant (ἔχομαι, ἔχεσαι, ἔχεται). Neograecis longiores illae formae (δένεσαι, ῥωτᾶσαι, πατεῖσαι) unice probantur. Nostri scriptores exempla exhibent haec: φαίνεσαι APPβ 60 BGLO. βούλεσαι Proch 152,6. ῥύεσαι AMt 24 V. κρύβεσαι ApMos 8 AC (-ησαι B, syllaba σαι ad antiquam terminationem -ῃ adiecta). ἀνέχεσαι ApPaul 4. σέβεσαι ATh James 20. Accedunt coniunctivi γένησαι Proch 90,12 V (-ῃ cet). ὑποδέξεσε AAnd 10 B.

Maturius etiam verbis contractis haec terminatio addita est, quae iam a NTi scriptoribus hac ratione finiuntur (WSchm 13,17. Bl 21,7): πλανᾶσαι HermV II 4,1. APPα 43. χρᾶσαι HermV III 6,7. S I 3. ἐπισπᾶσαι S IX 2,6. ἴᾶσαι AThadd 2. ὁρμᾶσαι Proch 61,12. ὁρᾶσαι ATh 34 P. — φοβεῖσαι AAnd 4 C. λυπῆσαι Proch 19,1. περιποιῆσαι 41,5. αιτισαι Herm V III 10,7 ℵ (Bl p. 46[3]). ἐνθυμῆσαι ATh 53,15 P (scriptio -εῖσαι similitudine tertiae pers. -εῖται magis commendatur quam -ῆσαι. Hodierni scribunt -εῖσαι). — σταυροῦσαι MPet 6. ἐξομοιοῦσαι ATh 42. λυτροῦσαι 74,27. ἀξιοῦσαι APilα 12,1 B. διαβεβαιοῦσαι Hom XVI 6 O (διαβεβαίωσαι C).

His subicio miram alterius personae formam in αι pro η desinentem, quae in ATh ter invenitur: 34 εὑρίσκαι. 42 βούλαι. 76,24 σεμνύναι (omnia in P). Unde harum formarum origo repetenda sit, in dubio relinquo.

Denique nolo silentio praeterire alteram personam aor. I med. tanquam solutam: ἐθεάσαο (pro ἐθεάσω), quam inveni ATh 40 in D (-σω P).

§ 17. **De verbis contractis** (WSchm 13,23–26. Bl 22).

1. In verbo χρῶμαι linguae communis α proprium est pro attico η; cum hoc usu congruunt χρᾶται 1 Cl 37,5 C (ῆ A). χρᾶσθαι 2 Cl 6,5 A (ῆ C). Hom II 19 C (χρῆσθαι O, ut III 58. IX 6. χρῆται XIII 16. 18). συγχρᾶσθαι IgnM 3,1. παρεχρᾶτο ATh 40. Verbum πεινᾶν α etiam in aoristo retinet (quod correptum videtur, cf. Bl 16,1), ut πεινάσας ATh 81,10 (neogr. ἐπείνασα).

2. Stirpes monosyllabae in ε (ϝ) exeuntes in lingua communi saepissime contra legem attici sermonis spreta vocalium εε, εει contractione in formas solutas desinunt, quae sine dubio a recentioribus sua sponte inventae sunt neque ad dialectum ionicam referri debent (cf. Hatzid. 177), quoniam Iones talia pariter atque Attici contraxerunt (v. Meister, Herodas p. 809). Etiamnunc verba πλέω πνέω ῥέω contractionem non patiuntur. Haec verba in censum veniunt:

δέω, δέομαι. δέεται Proch 60,4. PsC 254a. ATh 36. δέει 2. pers. ATh 42. ἐδέετο Proch 172,11. Leuc 234,20.

AAndMt 31. ATh 48. AJoTdf 13. LAnd 28,15. ConsTh Bodl 159. Hom III 63. δέει 3. pers. Proch 37,4 V (Zahnius perperam emend. δέῃ).

πλέω. ἀποπλέειν Proch 54,20 P[2]. 152,7 VP[4] (NP[2]P[3] πλεῖν, item πλεῖν 151,12; 158,8). 177,19. πλέειν Hom Cl ad J 15 (πλεῖν III 36). καταπλέειν ATh 3. ἐπλέετο PsC 256a.

πνέω. ἐκπνέειν MPaul 1 P (-πνεῃν cod.; -πνεῖν A). πνέει Hom I 6. XIII 16. ἀναπνέειν III 33.

ῥέω. κατέρρεε ApPet 26. ἔρρεεν Hom X 1. AAndMt 25 C. 28 B. ATh 45,23 P (ἐρρέει R). ἐπέρρεεν ApPaul 32. ῥέει ApMos 9. 13. ῥέειν AAndMt 30 A.

χέω. παραχέειν HermS VIII 2,7 (παρέεχεν 8 potest aor. esse). καταχέετε II MartIgn 9. ἐκχέεις EJac 23,3. ἐκχέειν APil 8. 15.

3. Infinitivus verborum in όω desinentium in lingua vulgari in οῖν exit: πληροῖν ATh 75,24 P. ἐκπληροῖν Leuc 232,14 (sic codex, Zahnius sine causa -οῦν). Sed atticum προσηλοῦν est MPol 13,3, itemque semper in Hom: (ἀπο)πληροῦν XII 6. XX 4. ἀκριβοῦν XIV 11. XIX 3. 6.

4. Confusio singulorum generum verborum contractorum, quae nostra aetate latissime patet, mature gliscere coepit. Frequentissima est ea permutatio, qua verba in άω exeuntia in formas desinunt ex altero genere invectas. Quae veteris ordinis perturbatio his exemplis probatur apud nostros obviis: ἀγαποῦντες APPα 3 cod. (leg. ἀγαγόντες). ἠγάπουν ATh 48. ἠκροούμεθα LeucJames 5. κατεβόουν AAnd 12 A (-ων B). APilβ 1,1 B. APhilBar. p 151. ἐπεβόουν AMt 5. ἐμβριμούμενοι APilα 5,2 BCE (-ώμενοι A). γελοῦν ntr. ptc. EJac 17,2 AF[a] (cet. -ῶν). κατεγέλουν APilβ 10,5 C. διψοῦν Proch 53,15 προσεκολλοῦντο APPβ 31 CO. κοπιοῦντος APAnd 163. μαρυκούμενον Barn 10,11 (VT) ℵ. μελετούντων ib. ℵ. μελετοῦντας APilα 16,4 BC. μεριμνοῦσα ATh 28 A. ἐνάρκουν AAnd 14 A. ἐπεπήδουν PsC 252b. πλανοῦμαι APPα 43 E. προσεδόκουν AAnd 11. ἐπιτιμοῦντα APPβ 41 GQ. ἐτόλμουν Proch 101,18 V (-ων cet). MAnd 61,28 CF (-ων PV). ἐνεφύσουν ApMos 33. λυσσοῦντα Hom XIII 14 C (ῶ O). ἐνθουσιούντων III 13 C (ώ O). Ex his exemplis apparet eas tantum formas ab usu antiquorum aberrare, quae secundum

contractionis leges ω vocalem habebant. Illud ω paulatim submovebatur vocali ου ex altera classe invecta, quae nunc omnes illas formas sibi vindicavit (ρωτοῦμε, ρωτοῦν vel -οῦσι, ἐρώτουν vel -οῦσα, ρωτοῦμαι, ἐρωτούμουν cet., Thumb 187 sqq). Fortasse illi traductioni opitulata est vocalium ω et ου affinitas, quae multa nova tulit in sermone vulgari (cf. supra § 4,4. Buresch Philol. LI, 89).

Venio ad verba in έω desinentia, quae rarius ad classem primam accommodantur: -ἐλεᾶτε Proch 73,7 P[3] (-εῖτε cet). 1 Cl 13,2 A (-εῖτε C). ἐλεῶντες Barn 20,2 ℵ (οῦ CG). it. Hom XI 20 C. -ῶντας IX 13 C. -ῶσα XII 25 C. -ῶσιν XIII 10 C (ubique οῦ O). ἐρῶμεν pro ἐροῦμεν APetAnd 163. (δι)εξεδίκα APPβ 60 ALJQ (-ει CDE). νοσῶν ntr. ptc. EThα 17,1. παρανομῶν ntr. NJos 4,1 A. γρηγορῶσαν PsC 187a bis. b. Apud Graecos hodiernos communi consuetudine probatur participium in -ῶντας exiens e prima classe illatum (πατῶντας ut ρωτῶντας, Thumb 198); praeterea pleraque huiusmodi verba tota ad exemplum verbi ρωτῶ declinare licet (199).

Perraro verba in όω cadentia cum ceteris generibus miscentur: ἐδήλει APPβ 84g G (-οι MD). θυμώμενοι AAnd 8 A (ού B). συνσταυρώμενον NJos 3,4 C (ού AB). In lingua neograeca haec verba, postquam terminatione ώνω aucta sunt, a verbis contractis discesserunt; θυμοῦμαι nunc primam classem sequitur (Thumb 196).

5. Addo denique duas formas, in quibus vocalis e contractione orta iterum cum vocali antecedenti conflata est: διανούμενος MAnd 62,21 F (-νοούμ. cet). ἀγνοῦσιν LAnd 35,1.

τεθεωμένων LAnd 30,29 N (τεθεαμ. P corr.) e confusione praesentis et perfecti ortum est (cf. ἐσυλομένον supra p. 67). Forma ἀπηχρoῶτο (pro -ᾶτο) ATh 78,26 P vocalem ω habet ex aliis personis illatam (cf. neogr. ἐρωτοῦνταν, ἐρωτῶταν Thumb 190).

## § 18. De verbis in μι exeuntibus (WSchm 14. Bl 23).

1. In formis verbi εἶναι permulta novavit communis loquendi consuetudo. Prima pers. imperf. ἤμην sollemnis est et omnium usu trita (HermV I 1,2 cet. AAnd 3. AAMt 8. ATh 15. ABarn 5. Proch 66,13; 67,9 al. Leuc 231,19. Hom

I 3. V 3. XIV 3. XX 14. PsC 249b). Etiam in plurali forma media pro activa invalescit: ἤμεθα Proch 9,8; 50,5; 96,15 al. (ἤμεν 32,18; 68,18 V, -εθα N). ATh 1 A (ἤμεν BDPQS). APil β 2,3 B (ἤμεν A). Sed ἤμεν ATh 46,26 R. Desc 2,1. Hom VIII 3. XIX 15. Altera pers. sing. ἤσθα abiecta syllaba θα in ἦς abiit, quod legitur HermV III 6,7. S IX 1,2. 2 Cl 17,5. Leuc 248,2. ATh 43; 31,2 P. 67,6 P. Proch 106,3. Hom III 37. XVIII 6. XIX 7. συνῆς III 65. Sed ἤσθα exstat ATh 88,33 R. APil β 10,2. Hodierni loquuntur ἤμουν, ἤσουν, ἤμαστε (ἤμεθα).

Imperativus ἔσο (neogr. εἶσου), qui a NTo alienus est, invenitur IgnPol 4,1. [Ign] ad Her. 5. Proch 37,12. ATh 81,11. 13. 14. PR. 89,18 S. Desc 4,1. πάρεσο APTh 24 (cf. Schmid Att. III 40).

In tertia persona praeter ἔστω nova forma ἤτω succrevit, quam repperi 1 Cl 48,5 quater. Diogn 12,7. HermV III 3,4. ATh 3 (ἔστω P).

Qui ATh 84,37 R ἔσθωσαν scripsit pro ἔστωσαν, hanc quoque formam ad genus medium accommodavit. Sed στ et σθ litteris modo, non sono differunt (Thumb 18).

Neograecum εἶναι pro ἐστί non inveni nisi ATh 81,37 R.

2. Verbum εἶμι in NTo non invenitur nisi interdum apud Lucam et in ep. ad Hebr., ut apud scriptores litteris tinctos (Bl 23,9; id. Acta apost. p. 17). Sed qui inde expectabit se in libris apocryphis illud verbum aut nusquam aut rarissime deprehensurum, vehementer se errasse cognoscet. Mirum enim est, quam frequenter a quibusdam scriptoribus adhibeatur, iis praesertim, quos sedulo sermonem atticum affectasse nemo affirmabit. Imprimis ATh exemplis abundant, ac praecipue cod. P, qui linguam popularem exhibet alioquin sinceram et grammaticorum doctrina non castigatam. Inde intellegitur ne hos quidem scriptores a verbis doctioribus immiscendis plane abstinuisse. Sane ab usu Atticorum hi scriptores magnopere desciverunt, quoniam formae εἶμι notionem praesentis saepe subiciunt et participio ἰών notionem aoristi et imperfecto plerumque vim aoristi tribuunt (cf. Bl ll). Ceterum composita tantum in usu sunt, cum verbi simplicis nullum sit exemplum. Formae temporis imperfecti, quae, postquam η et ει pariter in ι abierunt,

aegre prouuntiabantur, librariorum calamos raro incolumes evaserunt, qui pro ἀπήει ex arbitrio sive ἀπίει sive ἀπείη sive ἀπίῃ (AMt 22 V) sive ἀπεί (ib. 6 V) exaraverunt, pro ἀπήεσαν sive ἀπίεσαν sive ἀπίησαν (cf. supra p. 12). Necesse est exempla verbi εἶμι ex his libris collecta oculis subicere, ut eorum frequentia eluceat. Neglego formam ἡ ἐπιοῦσα quae satis freqnens est (ut ABaru 20 al).

εἶμι. ἄπειμι 1 Cl 54,2. ConsTh 6. ATh 47,18. AAnd 13. LAnd 48. πρόσ- MPet 7.

εἶσι. ἄπεισι 1 Cl 24,3. APilβ 11,4. LAud 43. ἄν- LAnd 25. 29. εἴσ- Leuc 224,4. LAnd 25. 43. μέτ- MAnd 9. πρό- 20. πρόσ- AAnd 10. 13 B (πρ. οὐδὲ εἰσελεύσεται, fut). 15 B. LAud 44. 46. MAnd 26. MPet 1. ATh 75,11.

3 p. pl. συναπίονται ATh 48,6 P (de forma v. infra nr. 6).

ἴθι. ἄπιθι APilβ 11,3. Desc 3. ἄπιτε ATh 49,30.

partic. ἐπανιόντων ATh 46,5. -όντα 75,19. ἀπιοῦσα 45,22; 63,24. εἰσιών 6; 49,35. APilα 1,6. εἰσιοῦσα ATh 59,32. ἐπιόν MAud 32. ἐξιών MAnd 19. -οῦσα ATh 61,14. μετιών Leuc 229,23. περιόντες ATh 53 P (περιιόντες em. Bonnet sine necessitate. v. Hyperid. in Dem. 13,6. Aristot. Ἀθ. πολ. c. 53,1). προϊοῦσα MPet 10. προσιών ATh 48.

ἰέναι. ἀπιέναι AAud 7 AB (πορευθῆναι C). ATh 45,20. 21; 48,28. κατ- 92,17. μετ- 70,27.

ᾔειν. ἀπήειν APPβ 18.

ᾔεις. προσήεις AAnd 13 B (ἦλθες A). ἀπ- ATh 67,32.

ᾔει. ἀνήει Leuc 231,20. ATh 83,6. ἀπ- APPβ 17. AMt 6. 22. APTh 20. 21 bis. ATh 21; 58,28 bis; 61,15; 63,19; 67,13; 74,35; 80,10; 83,3; 88,11; 94,23 R. ConsTh 11 et Mon. p. 157. MAnd 8. EJac 1,3; 10,1; 11,1; 12,2. 3 AE; 15,2; 16,3 (ubique in EJac. v. l. ἀπῆλθεν). εἰσήει MPet 3. APhH 8. ATh 51,2. NJos 1,4. ἐξ- MPet 6. ATh 75,33; 87,1. EJac 18,1 F[b]G (cet. -ῆλθε). κατ- AMt 5. συναπ- AAnd 13. LAnd 41. ATh 77,11.

ᾔειμεν. παρήειμεν Proch 172,7 cm[1]m[2]v. συναπ- Leuc 219,7.

ᾔειτε. συναπήειτε ATh 49,30.

ᾔεσαν. ἀπήεσαν ATh 44,25; 49,7. 31; 55,2; 72,3; 83,7; 85,7; 87,9. ἀπήεισαν (cod. -ίησαν) 76,6 P. 87,21 S. 32 S. κατήι-

σαν EJac 6,3 J (ει e ceteris formis invectum ut in plusquamp., v. § 16,9). συναπήεσαν 87,1. εἰσήεσαν 4; 84,25. ConsTh Bodl 159.

Scriptor Homiliarum frequentissime compositis verbi εἶμι utitur, sed saepe in vitia incidit, velut ἐξιών pro ἐξελθών dicit IX 1 et saepissime.

3. Verbum κάθημαι facit κάθη pro κάθησαι (APTh 10 FG [-ησαι cet.]), κάθου pro κάθησο (Proch 82,18; 155,6; 157,1. APil β 15,5). Cf. δύνῃ nr. 6.

4. De aoristo verborum in μι exeuntium. Aoristi ἔδωκα, ἔθηκα, ἧκα in plurali semper in -καμεν, -κατε, -καν exeunt. Formae ἔδομεν, ἔδοτε, ἔδοσαν cet. his scriptoribus prorsus ignotae sunt (item neogr. ἔδωκαν, ἀφῆκαν). Aor. med. προσηκάμενος (cf. KBl I 2, p. 196 sq.) exstat Hom XIII 8.

E futuro pro coniunctivo aor. accepto recentiores sueto more (cf. § 15,4) aoristos novicios ἔδωσα, ἔθησα, ἧσα derivaverunt valde viles et ab emendate loquendi ratione abhorrentes; qui si in NTo ferri non possunt (Bl p. 48[2]), apud nostros testimoniorum copia confirmantur. Neque enim solum coniunctivi inveniuntur, qui ambigui sunt, sed etiam participia et infinitivi. Haec conquisivi:

ἔδωσα. ἀποδώσῃς ATh James 47. Proch 82,5. APh 29. δώσῃ Proch 86,10; 110,2; 154,6. παραδώσῃ ATh 24,36 P. δώσωμεν 2 Cl 1,5 A (-ομεν C, quae lectio praestat, cf. 1,3). PsC 263 b. οὐ μὴ ἀποδώσωμεν APh 25 (-δῶμεν Ven.). ἐκδώσητε ATh 88,21 S. δώσωσιν MPol 7,2 (quod tali scriptori non videtur concedendum). ἀποδώσωσιν HermM III 2. παραδώσωσιν ATh 55. ἐνδώσωσι 88,29 S. δώσας Proch 104,17 V (δούς Nm[3]). PsC 214 b. 264 a. δώσαντες EJac 21,3 L. APil α 14,2 C. δῶσασαι ConsTh Bodl 159. παραδώσας APTh p. 272,2 G. -δώσαντες AAMt 8 B (-δόντες C). ἀποδώσας Ep Abg 4. ἐπιδώσαντος Proch 150,13. ἀποδῶσαι ATh James 54. — ὅπως μεταδώσωμεν Hom Διαμ. 1 pro fut. accipi potest. (neogr. est ἔδωσα et ἔδωκα).

ἔθησα. παραθήσωμεν Proch 139,9 NB (P[2] -σομεν, V -θῶμεν). διαθήσηται PsC 273 b. ἐπιθήσας ib. 214 b. περιθήσασα MAnd 54,7 CV (-θεῖσα PF). Nunc loquuntur ἔθεσα et ἔθηκα.

ἦσα. ἀφήσῃ ATh 24. ἀφήσωσιν 88,10 PRS. ἄφησον ApEsd 24 (neogr. ἄφηκα et ἄφησα).

Ad haec exempla etiam aoristi ἔγνων ἔδυν reficti sunt: ἔγνωσεν MBarth 4 (γνωσώμεθα, διαγνώσωνται 7 futura sunt). γνωσάτω MAnd 54,30 CV (γνώτω PF). Aoristo ἐδυσάμην pro ἔδυν recentiores constanter utuntur (cf. Cobet praef. NT LXVIII. NL 51), omnesque hi scriptores exemplis abundant (etiam Hom). ἔδυ non inveni nisi APilβ 10,2.

Aoristum ἐστάθην sermo communis dempta vi passiva pro ἔστην usurpat (WSchm 14,4. Bl 23,6), cuius consuetudinis initia iam apud veteres poetas cernuntur (KBl 2, p. 197. 588. Cf. quae Anz Diss. ph. Hal. XII 265 sqq. de verbis poeticis in vulgarem usum receptis disputavit): ἐστάθη Proch 33,3. 6; 122,4. HermS VIII 2,8. -ην APilα 1,6. -ησαν HermS IX 4,1. σταθῆναι S VIII 4,4 sqq. σταθείς cet. ATh 39,16. MPaul 3. HermV III 9,10. 1 Cl 12,4 (ἐπι-). Rara talia sunt in Hom., ut παρεστάθησαν XIII 5 (neogr. ἐστάθηκα).

Coniunctivi aoristorum ἔδωκα et ἔγνων antiquitus in tertia pers. fuerant δῷ, γνῷ. Quae formae cum a primis personis noniam dissonarent, non probabantur recentioribus. Itaque pro illis in lingua vulgari (cum discesseris a δώσῃ) duae formae provenerunt, aut δοῖ γνοῖ aut δώῃ (WSchm 13,22. 14,10. 12. Bl 23,4). διαγνοῖ exstat MPaul 3 (sed 2. pers. γνῷς APPβ 70. APhH 9). ἀποδοῖ HermV I 3,4 ℵ pr., -ῷ corr. (2. p. προδῷς AAnd 12). Hae formae profectae sunt a verbis contractis in όω desinentibus, quae in coniunctivo pariter atque in indicativo -οῖ faciunt. In hac quoque re sermo vulgaris cum dialecto ionica conspirat. Etenim coni. praes. διδοῖ (1 Cor. 15,24) invenitur apud Herodam mim. II 59; indic. διδοῖ ut in verbis contractis cum coniunctivo concinens in tit. Milesio (100 ap. Bechtelium) et ap. scriptores ionicos (Meister, Herodas p. 685). De verbo δίδωμι ad verba contracta traducto v. infra nr. 6.

Frequentior est altera forma δώῃ (quae ab editoribus plerumque δῴη scribitur, tanquam sit optativus): δώῃ AAMt 23 A (δῷ B, δίδῃ C). APAnd 163. Proch 86,10 V (δώσῃ N). 154,6 m³ (δώσῃ, -ει cet). ApPaul 43 Tdf (δόει et δοεῖ codd). Hom III 20 C (δῷ O, atque ita semper alias legitur velut XV 6). Accedit 2. pers. ἀποδώῃς Proch 82,5 cm¹ (-δώσῃς VP³). Harum

formarum explicatio difficilis est. Blassius 23,4, si recte eum intellexi, eas in Pauli epistulas librariorum culpa invectas esse censet, quibus optativus δῴη fraudi fuerit; quae suspicio in hos certe scriptores non cadit, cum optativus δῴη apud eosdem (praeter Hom.) desideretur. Optativus iste recentioribus usitatus (cf. Guil. Schmidt Ann. phil. suppl. XX 478. WSchm 14,10. Bl l. l.) invenitur 1 Cl 64. Barn 21,5. Hom I 22. III 17. XI 12.

Imperativus aoristi ἔστην in verbis compositis -στα est terminatione a verbis contractis (τίμα) translata (WSchm 14,15. Bl 23,4), sed -στηθι nondum plane ab usu remotum. Cf. ἀνάστα Proch 30,15; 36,6; 49,13 al. AAMt 4 BC (-στηθι A). 7 BC. 18 B. 29 C (-ηθι B). ATh 57,5. 29; 64,30. LAnd 31,9. ETh α 10,2; 18,1. β 8,3; 9,3. ApMos 9. 16 cet. PsC 199 b. 236 a. ἀντίστα HermM V 2,8. ἀπόστα VI 2,6. PsC 245 a. Sed ἀντίστηθι HermM XII 2,4. ἀνάστηθι Leuc 234,23. ATh 67,29. AAMt 15. 24. ἀπόστηθι ApMos 12.

Imperativus σχές, qui perinde ac θές, δός formatus est, exemplo a λάβε, βάλε sumpto in compositis in -σχε abiit: πάρασχε ATh 68,3 P. 82,23 PR. (Item Lucianus, Schmid Att. I 231. κάτασχε Philostr. Lucian. al., ib. IV 35). Hodiernis imperativi in ς exeuntes ignoti sunt praeter ἄς (ἄφες), δός (etiam δῶσε), θές (Thumb 169).

5. De perfecto. ἕστηκα in indicativo semper longiores formas habet (praeter προεστᾶσιν Diogn 5,3). Verum infinitivus est ἑστάναι (APhH 9. Hom XV 7. συν- XIV 11. ὑφ- V 4. 5) et participium solet esse ἑστώς, -ῶσα, -ός; sed etiam ἑστηκώς invenitur, etsi multo rarius est. Hermas unus omnium hanc solam formam usurpat. ἑστηκώς, -υῖα, -ός cet. his locis inveni (neglego praepositiones praefixas): HermV III 10,4; 12,1. M XII 2,4. S IX 2,3. Proch 95,11; 155,16 NP[3] (cet. ἑστώς, hoc praeterea 29,12; 43,7; 88,10; 98,13 al). Leuc 226,14 (ἑστώς 226,13 et c. 2 James). AAMt 17 bis. 22 (ἑστώς 19. 29 bis). AMt 26 (20 ἑστῶτος V). ATh 72,5 (sed bis et vicies ἑστώς cet). MAnd 59,25. 62,5. 63,13 (ἑστώς 55,5 al). APil α 1,2 A; 2,4; 15,6 C (4,5 περιεστῶτας). ParPil 4 (ἑστώτων 1). Hom II 7. IV 13. V 5. X 3. 17 (ἑστώς saepissime). PsC 272 a (ἑστώς 257 b et saepe). Apud reliquos ἑστώς solum in usu est (cf. WSchm 14,5. Bl 23,5).

A τέθνηκα fit τεθνάναι (Leuc 225,18. Proch 102,6 [N συντεθνηκέναι]. Hom XIII 6. 8. XIV 8. — τεθνηκέναι [Ign] Tr 10). In participio non deest brevior forma ut in NTo (Bl. ll), immo frequentia eam alteri non cedere haec docent exempla: Proch 26,6 τεθνηκότι. 35,16 -όσιν cet. Leuc 233,2 τεθνηκυῖα. PsC 270b it. ETh β 2,3 -κός. 8,2. 3 -κότος. APil α 8 -κότα (A τεθνεῶτα). β 11,2. 3 -κότα. Hom IV 4 -κότων.

τεθνεώς Hom II 30. τεθνεῶτα XIV 9. Proch 50,15 P[3]; 169,9. Leuc 232,4. MPaul 2 A (-ηκότα P). APTh 43 (-ηκότα G). AnPil β 1. -ῶτος ETh α 4,2; 9,2; β 2,3. AuPil α 1. -ῶτες Proch 107,12 V (-ηκότες NP[3]). -ώτων Hom VIII 18. IX 5. 17. -ῶσα APTh 28 (-ηκυῖα A).

De verbo στήκω ab ἕστηκα derivato v. § 15,1.

Verbum οἶδα ad cetera perfecta accommodatum facit οἶδας, -αμεν, -ατε, -ασιν, qui usus omnium consensu comprobatus nulla exceptione turbatur. Scriptor Homiliarum nimirum, ut Atticistae (cf. Schmid Att. I 85. 232), formis atticis et vulgaribus promiscue utitur: οἶσθα I 19. XII 4, οἶδας II 29. XVIII 4. 6. ἴσμεν I 8. IV 9. 21. 22. XVI 14, οἴδαμεν XI 4. XVI 14. ἴστε VII 3. XI 5, οἴδατε II 29. XII 24. ἴσασιν V 10. IX 14. 16 al., οἴδασι IX 21. In ep. ad Diogn. et MPolyc. desunt exempla.

6. Verba in μι exeuntia nimis cum analogia pugnabant et copia verborum in ω desinentium nimis superabantur, quam ut recentioribus placerent, quibus plana tantum et dilucida et ad intellegendum expedita probabantur. Itaque summam operam dederunt his verbis, quantum fieri posset, ad suetam normam redigendis, quod studium quam bene cesserit, e lingua hodierna cognoscitur, in qua paene nullum superest vestigium veteris illius declinandi rationis (v. Thumbium 150 not).

Atque variis modis verba in μι exeuntia ad flexuram usitatam traducta sunt. Ac prima quidem ea erat ratio, ut illa verbis contractis accommodarentur. Quam viam iam veteres ingressi erant, quoniam Attici τίθει δίδου ἵει dixerunt in imperativo (KBl § 209,5) et ἐτίθεις, -ει, ἐδίδουν, -ους, -ου, ἵειν, -εις, -ει in imperfecto (282 not. 4). Ionibus magis etiam hanc rationem placuisse ostendunt formae, quibus Homerus utitur: καθίστα (l. I. 209,5). τιθεῖ

ἱεῖ διδοῖ (nisi τίθει cet. scribere debemus, l. l. 286,2), διδοῦσιν (quod sane aliam explicationem admittit, l. l. 282 not. 1). Apud Iones recentiores in usu fuerunt ἱστᾷ, τιθεῖ, ἵει (287,5), διδοῖς, διδοῖ (v. supra p. 90), διδοῦσιν, imperf. ἵστα sim. (287,4), infinitivi διδοῦν, τιθεῖν (Bechtel, ion. Inschr. nr. 18,21), εἶν pro εἶναι (ib. 8a 3; 18,30). Recentiorum vero sermo communis longius etiam progressus est in verbis contractis imitando effingendis. Hae formae a verbo ΔΙΔΟΩ derivatae apud nostros inveniuntur (cf. WSchm 14,12. 13. Bl 23,3):

ἀποδιδοῖ indic. 1 Cl 23,1. μεταδιδοῖ [Ign] ad Mar. Cast 1 (-δίδει G[1]). διδοῦμεν APTh p. 271 G. παραδιδοῦσιν Proch 43,13 (Zahnius sine causa mavult -δίδουσιν. Mira tertia p. pl. δίδωσιν legitur ATh 53,31 P. Antiqua forma μεταπαραδιδόασιν exstat 1 Cl 20,9). ἀποδιδοῦντες Proch 106,13 VN (-όντες P[3]). -οῦντος 102,2 V (-όντος NP[3]). ἐπιδιδοῦντα PsC 211a. ἐδίδουν 3. pl. LAnd 34,26. NJos 2,4 AB (C ἐδίδουσαν, cf. § 16,6). ἐπεδίδουν Herm V III 2,5. S VIII 1,8 et passim; 5,1. IX 4,1 (sed ἐπεδίδοσαν S VIII 1,7).

Confusio verborum in όω et in έω exeuntium, de qua § 17,4 diximus, has formas procreavit a ΔΙΔΕΩ ductas: ἐπεδίδει Proch 74,2 c. διδεῖν ATh 36,31 P (διαδιδόναι cet). Cf. Deissmann n BSt 20[3].

Verba τίθημι et ἵημι, quorum stirps in ε exit, consentaneum est iis verbis contractis ascripta esse, quae ε ante terminationem habuerant (WSchm 14,13. 16. Bl 23,3. Deissmann n BSt 20). Hac ratione fictae sunt formae τιθῶ Herm V I 1,3. II 1,2. ἐπιτιθῶν AThadd 7 P (-είς V). ἀντιτιθοῦντας PsC 204b. μετατιθοῦσα ATh 28 A (-εῖσα CPQ). ἐτίθουν 3. pl. Herm V III 2,7 (sed 6 -εσαν). ATh 56. APAnd 164. APil β 1,1 BC (ibid. -εσαν B). ApMos 40. συνιεῖτε ATh 55,26 P. MAnd 62,14 (-ίετε F). ἀφιοῦμαι APil β 10,4 C.

Verbum ἵστημι denique, cuius stirps est ἱστα, declinabatur tanquam si ʽΙΣΤΑΩ olim fuisset (WSchm 14,14. Bl 23,2): ἀνιστῶ Proch 130,6. ἀνιστᾷ ATh 73,13 (sed καθίστησι c. 28). ἀνιστῶν Desc 8,1. LAnd 27,25; 32,6. [Ign] Philipp. 6. καθιστῶν ATh 44. LAnd 20,11. ἀποκαθιστῶν PsC 261a. συνιστῶν LAnd 20,10. ἀνθιστῶν Hom XVIII 7 O (sensu intr., C ἀνθεστώς). ἀνιστῶντος Proch 181,17. διιστῶντα LAnd 34,23. συνιστῶντες PsC 266b. καθιστῶσα ATh 47. καθιστᾶν

ABarn 22 V (-άναι P). ἀνιστᾶν AThadd 6. παριστᾶν Hom XV 5 C. καθίστα imperf. Proch 157,5. παριστώμενον APPβ 16 A (-άμενον cet).

Atque haec quidem de his verbis in verba contracta refictis. Non minus recentioribus placuit et etiamnunc valet altera ratio, qua verba syllaba μι quondam terminata in suetam ac pervulgatam flexionem verborum barytonorum transierunt. Hoc in aliis verbis aliter effectum est. E formis δίδομεν, δίδομαι, διδόμεθα, δίδονται facile verbum δίδω concludebatur ab hominibus indoctis ad λέγομεν, λέγομαι cet. spectantibus (cf Bl. ad Acta apost. 4,35 et Gr. 23,3. WSchm 14,11. Deissmann nBSt 20). Huius verbi novicii exempla haud pauca inveni: δίδω APPβ 80 in plerisque. ἐκδίδει ATh 4 E. προδίδει Proch 4,10 P[3] m[3]. παραδίδει ApEsd 27. -ετε Proch 43,14 V (cod. -εται). ἀποδίδετε ATh 42,28 P. 1 pers. ἔδιδον ABarn 6 (cod. ἐδίδον, Tdf. falso -ων). παρέδιδες EpTib 78,13 Taur. δίδῃς ApMos 19. -ῃ AAMt 23 C. διαδίδων ATh 19 APQ (-διδούς C. -διδών falso Tdf). ἐδίδετο Proch 47,16 V. ἀπ- ATh 52 D (-ωτο P). Similiter 1 Cl 2,2 in A ἐδέδετο scriptum est pro plusquamperfecto ἐδέδοτο (ita C) ad exemplum imperfecti ἐλέγετο (cf. aor. ἀπέδετο Bl 23,3. παράδετε ἐξέδετο Deissmann nBSt 20,3).

Simili ratione e formis τίθετε τίθεσαι τίθεται cum λέγετε λέγεσαι (§ 16,10) λέγεται congruentibus verbum τίθω fluxit, unde facta sunt προσετίθοντο MPaul 1 P. ATh 93,40 S (-εντο c. 27). Proch 78,8 P[2]. LAud 13,16. ἐπετίθοντο APPβ 29 DP (προσ- G). ἐκτίθου imp. Hom I 14. προστίθων AAnd 9. περιτίθων PsC 213 b (his formis firmatur verbum τίθω a Schmiedelio § 14 not. 11 improbatum. Cf. Deissmann nBSt 20). Neograeci θέτω vel θήκω loquuntur.

A formis ἵετε ἵεται profectum est verbum ἵω (WSchm 14,16), unde more usitato haec fiunt: συνίω HermM IV 2,1. X 1,3. ἀφίομεν MBarth 6. ἀφίουσιν ib. 2. HermV III 7,1. συνίουσιν M X 1,6. συνίει M IV 2,2. ἀφίει IgnPh 8,1 (ἀφίῃσι HermM X 3,3). σύνιε HermM VI 2,6. S V 5,1. IX 12,2. συνίων Barn 12,10. συνιών (observa accentum!) Hom XVIII 7. (neogr. est ἀφήνω).

Coniunctivus ἵω ansam praebuit ad indicativum ἵω forman-

dum, unde facta tertia persona συναπίονται ATh 48,6 P pro -ίασιν. De forma media cf. verbum εἰμί (nr. 1).

Pro verbo δύναμαι luvalescit δύνομαι (etiam neogr.) a coniuntivo δύνωμαι ductum. Maxime in usu fuit secunda persona δύνῃ iam a veteribus poetis admissa (KBl I 2 p. 404. WSchm 14,2. Bl 23,2. Hatzid. 188). Ex hoc exemplo luculento apparet, quam inconstantem et rationis expertem interdum loquendi consuetudo se praebeat in formarum delectu; nempe difficillimum est causam idoneam cogitatione fingere, cur iidem homines, qui formas ἔχῃ φαίνῃ aspernati ἔχεσαι φαίνεσαι finxerunt, mira pervicacia commodam et perspicuam formam δύνασαι attrectaverint hereditate acceptam. δύνῃ legitur his locis: Herm V II 1,3. III 10,8. IV 2,4. S IX 2,7. Doctr 6,2. ATh 18. AJoTdf 9. Hom III 46. XI 26. XVIII 7. XIX 3. Sed δύνασαι etiamtum multo frequentius fuit: Barn 19,8. Herm V III 8,5. M XI 18. S IV 8. IX 2,7; 11,2. Doctr 1,4; 6,2 bis. 3; 7,2. APhH 17. AAud 13. AAMt 5. 27 C. ATh sexies. ConsTh 4. MBarth 8 ter. Proch 5,11; 18,3 et saepe. ETh 4,2. Desc 4,2. NJos 3,2. MPet 12. APTh 43. Leuc 227,18. PsC 263 a. Saepissime Hom.

Ut δύνῃ ita aliae formae a δύνομαι derivabantur: ἠδύνου APPα 26. 30. β 51. ἐδύνου Leuc 11 James (sed ἠδύνασο p. 230,28 Zahn). δυνοίμεθα MBarth 1. Cf. Deissmann n BSt 21.

Alia ratione quam ea verba, quae adhuc tractavi, ἵστημι ad verba barytona traductum est, cum terminationem νω assumpsit in lingua recentiore valde usitatam (cf. § 15,1). Sic ἱστάνω ortum est (neogr. στήνω, στένω; cf. δίνω δώνω, ἀφήνω), unde fiunt μεθιστάνει Herm V I 3,4. καθίστανον 1 Cl 42,4 (καθεστανον A, καθιστᾶν C). παριστάνειν Hom XV 5 O (-ᾶν C).

Verba in υμι exeuntia, quae iam a veteribus post vocalem υ persaepe suetis et communibus terminationibus finiebantur (cf. KBl § 282 not. 6), apud recentiores plerumque in eas formas desinebant, sed satis multae sunt reliquiae veteris declinationis. Iuvat exempla in unum colligere:

δεικνύω AAMt 18 C. ὑπο-ApPaul 21. ὀμνύω ib. 17 (talia desunt in NTo, v. Bl 23,1).

*δεικνύεις* Herm S V 4,2. ἀπο- APP α 29. β 50.

*δείκνυσιν* 1 Cl 26,1. Hom III 26. 39. 41. 45. ἐπι- 1 Cl 24,1 C. ἀπο-Hom XVI 4. ἀπόλλυσι Herm M V 1,5. XI 1. σβέννυσιν Hom III 26. XVII 12. ἀπο- IX 11. κατα- V 26.

*δεικνύει* Herm S VI 1,5; 2,5. Hom XI 8. ἀπολλύει Herm S IX 26,7. Hom VI 15. A Th 84,29. σβεννύει A Mt 19. ὀμνύει Hom III 55. Ps C 257 b.

*ὀμνύομεν* A Pil β 2,4.

*δεικνύετε* Proch 37,5.

*ἀπολλύουσι* Herm S IX 26,3. ὑποδεικνύουσι A Th 6 bis. ἐπιδεικνύουσιν Hom VI 21 O (-ῦσιν C, cf. K Bl I 2 p. 192).

*ἐδείκνυ* A Jo Tdf 6 (non in N To).

*ἐδείκνυεν* Hom III 42. Ps C 262 b. ὑπ- Proch 38,7. A Th 56. ἐπ-Proch 43,18. ἀπ- L And 13,5. ἐπερρώννυεν M Pol 3. ὤμνυεν Hom XIII 11.

*δεικνύς* Hom XV 11. [Ign] Philipp 4. A Th 68,23 P. ἀπο- L And 19,24. δεικνύντος Hom IX 2. XIII 11. ἀπο- L And 11,17. 23. κεραννύντες [Ign] Tr 6. σβεννύντα L And 5,24. καταμιγνύντες 41,28.

*δεικνύων* Hom XVI 9. ἐπι- L And 31,12. ὑπο- Hom VII 7. A Th 56; 54,19. -οντες c. 22. δεικνύοντι 53,18. κορεννύων 81,10 P. ζωννύοντος c. 32. ὑποδεικνύουσα 1 Cl 12,4. ἀπολλύουσαν Herm M II 1 ℵ. -σα Hom VII 7. III 24.

*ἀπολλύειν* M Pet 12. ὀμνύειν A Pil α 2,5. β 2,4 C. δεικνύειν Hom III 40. ἀπο- III 2. XVI 16.

In passivo formae veteres conservantur (coni. δεικνύηται Hom IV 11 ut att). Pro δεικνύονται Lenc 229,10 videtur -ύωνται legendum esse (praecedunt ὁπόταν . . μὴ ὦσιν, ἀλλὰ . .).

Aoristum ἐδείκνυσεν a δεικνύω ductum inveni Ps C 193 a.

Quaedam verba extrita vocali υ stirpi sic decurtatae terminationes adiungunt. Praecipue ἀπόλλυμι hac ratione ad ἀπόλλω deductum est, quod verbum his exemplis probatur: Proch 119,18 ἀπόλλον ptc. ntr. A Th 53,30 P ἀπόλλουσιν. Herm M II 1 ἀπόλλουσαν as. XI 1 ἀπόλλων as.

Accedunt κορένων A Th 81,10 R (-ννύων P). ἀναζεύγνομεν Ps C 265 b.

Ex aoristo ἔμ(ε)ιξα fluxit praesens μίγω (cf. ἤνοιξα: ἀνοίγω), in quo tota syllaba νυ deperiit: ἐγκαταμίγων ATh 81,13 P (-μιγνύῃ R, leg. -μίγνυε).

§ 19. **De nonnullis verbis memorabilibus** (WSchm 15. Bl. 24).

δέδοικα exstat APil β 11,3. Desc. 4,3. ATh 72,16 P. δεδεῖεν (i. e. δέδιεν) 66,1 P. Mirum est hoc verbum a sermone communi remotum (Schmid Att. IV 602) in his scriptis inveniri. In NTo deest.

ἔρχομαι contra veterum usum facit impf. ἠρχόμην (neogr. ἤρχουμουν) recentioribus usitatum (Herm V IV 1,8. S VIII 1,16. MPaul 7. MPet 3. 5. Proch 120,13. 127,9 al. Leuc. 234,10. EPet 18. 58. ApPet 7. 26. 32. ATh 23 cet). Futurum ἐλεύσεσθαι est v. g. ApPet 24 (ἐν-).

καθίζω (*consido*) facit aoristos ἐκάθισα (ut neogr.) et ἐκαθέσθην idem valentes, sed hic multo frequentior est quam in NTo, ubi unum exstat exemplum. ἐκάθισα invenitur Proch 36,14 al. HermS VIII 4,1. EJac 2,4; 11,1. ETh β 5. APil α 16,2 BE (-θέσθην C). β 12,2; 13,1. Desc. 1,3. ParPil 4 (-έσθην B). ATh 46,18; 30,23. 30. — ἐκαθέσθην MPaul 1. APTh 7. 32. Proch 14,14; 40,9; 48,4. Leuc 228,22. ABarn 7. AAMt 3. 7. 22. AMt 11. ATh plus tricies (v. ind.) EPet 53. APil α 12,2 A (ἐκάθισα B). 15,5 bis B. 16,5 BC (-ισε E). β 11,3. ParPil 2 (-ισεν A). NJos 4,3. Hom I 16. II 1. III 60 al. (nunquam ἐκάθισα). PsC 199a. Adde futurum καθεσθήσεται EpPil 67,28. Perfectum κεκάθικα est HermS IX 5,6. Fut. καθιῶ v. p. 73. — Postquam η et ι perinde esse coeperunt, tanta exstitit verborum καθίζω et κάθημαι similitudo, ut ea discernere non esset in promptu. Itaque in aoristum ἐκάθισα facile spurium η irrepsit a vicino verbo κάθημαι petitum: ATh 46,18 ἐκάθησαν P. 30,30 ἐπικαθῆσαι P.

κυλίω (pro κυλίνδω, iam ap. Att.) legitur Herm V III 2,9. AAnd 15. ATh 53. APTh 20. Hom II 32. 34. XI 28. Sed προσκυλινδούμενον AAnd 6. κυλινδούμενος Hom V 22.

ὁρᾶν in sermone communi rarius est quam apud Atticos, cum singulorum temporum munera inter verba βλέπω θεωρῶ θεῶμαι dispertiantur (v. Bl. Act. apost. p. 17, Gr. p. 56). Sed apud nostros scriptores quamvis vulgares ὁρῶ multo frequentius

est quam in NTo, ut illi, id quod saepius observavimus, in hac quidem re propius ad Atticos accedere videantur quam scriptores NTi.[1]) Munere praesentis et imperfecti act. et pass. primum fungitur βλέπω (ut neogr.) apud plerosque crebrum (maxime apud Hermam. Passivum rarius est: 1 Cl 28,1. Ign M 3,2. Leuc 240,3. L And 24); sed hoc verbum praeter sensum *videndi* etiam significationem *intuendi* habet, ut antiquitus, imprimis iunctum cum εἴς τινα, πρός τινα (βλέπω *intueor* est Barn 16,10. A Ph 29. 39. A Mt 20. A Th 18 al). Composita ἐμβλ., ἀποβλ. cet. semper hanc significationem retinent.

Sed cum notione *videndi* praeter βλέπειν etiam ὁρᾶν in praesenti act. et pass. satis frequenti in usu est, nec solum in formula ὅρα μή ut 1 Cl 21,1. Doctr 6,1. Iuvat locos enumerare, ex quibus apparebit verbum ὁρᾶν apud plerosque (praeter Barn. Ign. Herm. APTh. Proch.) aut multo frequentius esse quam βλέπειν aut certe hoc verbo non superari:

1 Cl 4,7; 12,8; 16,17; 23,4; 41,4; 44,6; 50,1 (βλέπω 25,4; 28,1; 56,16. — 2 Cl βλ. 20,1, non ὁρῶ). Barn 15,8 (βλ. octies). Ign Tr 8,1 (βλ. quater). Diogn 1; 7,8; 10,2 (nunquam βλ; M Pol neque ὁρ. nec simplex βλ.). Herm V III 2,4; 8,9. M VI 2,4 (βλ. fere septuagies). M Pet 2. 9. 10. 12 (non βλ). APP α 35. 43 bis. 52. 53 (βλ. 6. 42. 43. 55). β 27. 73. 74 (βλ. 27. 84 g). APTh 4 (βλ. 7. 10. 40). A Ph 14 bis. 20. 27. 34. Par[c] p 143. 149 (βλ. 32). A And 10. 13 (non βλ). A A Mt 7. 9. 24 B (βλ. A). 28 C (βλ. 3). A Mt 5. 6. 9. 12. 14. 17 bis (et semel in P). 26 (βλ. 13). A Th 4 P. 30. 34. 36. 40. 41. 50; 47,5; 51,5; 62,17; 67,32; 72,16; 73,32; 80,20 (βλ. 8. 21 bis. 40. 48; 55,20; 66,9). A Th James 44. 54 (βλ. 18. 20. 29). L And 1. 28. 37. 39. 41. 43 ter (βλ. 12. 28. 30. 37. 40). M And 15. 17. 18. 23. 24. 28. 33 (βλ. 31). Proch 123,5 (βλ. 70,6. 11; 102,16). Leuc 224,5. 8; 226,12; 227,7; 230,13; 232,1; 234,8 bis; 242,11 (βλ. 231,20; 240,3). Leuc James 2 ter. 4 quater. 11. 13 bis. 14. 15 ter. (βλ. 11). (E Jac βλ. 17,2; 18,2). E Th α 6,4 (βλ. 8,1; 11,2). A Pil α 3,2; 11,3 (βλ. 6,2; 15,3). β 10,2; 11,1; 13,3; 15,5 (βλ. 10,4. 5). Desc 1,1; 6,1 (non βλ). N Jos 3,2. 3; 5,2 (βλ. 3,3). Ap Mos 39 (non βλ). Ap Esd 31 (βλ. 28).

[1]) Non quaero de Hom., quorum auctor creberrimo usu huius verbi ut multis aliis indiciis Atticorum imitatorem se praebet.

ApPaul 7. 34. 35. 41 (βλ. 21. 36. 48 bis). ApJo 23 (non βλ). DormM 2,10 (βλ. 1). Nota praeterea formulam πάντων ὁρώντων MPet 3. APP α 30. β 51. APhH 14. AAnd 14. MBarth 7 (βλέπω 3). AJoTdf 6. Accedunt composita ἀφορᾶν Leuc 228,22 et 4 James. ATh 6; 52,32; 66,17; 77,2. MAnd 17. APil β 10,4. καθορᾶν ATh 90,35 Q. προορᾶν Leuc 229,25. ὑπερορᾶν Diogn. 1.

Imperfectum ἑώρων sane rarissimum est, neque inveni praeter Leuc 219,13; 223,3. AnPil α 10. MPet 3 (ἀφ-). ATh 8 (it.). LAnd 41.

Multo rarius quam ὁρῶ est apud plerosque (praeter Proch. DormM al) praesens θεωρῶ θεωροῦμαι (cum imperf.): MPol 2,2 (inf. pass.) APP α 14. 54. β 12. 35. 75. 76. APTh 3. 34. AThadd 6. 7. AAMt 24 ter. AMt 23. MBarth 7. LAnd 47. Proch 30,6; 39,13; 103,4; 118,8. 10. Leuc 244,3 et 19 James. APil α 4,5; 10,1; 11,1. β 10,2; 11,5 BC; 14,1. NJos 3,3. APetAnd 164 166. DormM 15. 35. 49. AThJames 13. 20. Forma media θεωρεῖσθαι est IgnTr 1,1. MPet 3 (θωρῶ etiamnunc in usu est).

Praesens θεῶμαι vero nunquam legitur nisi MAnd 15. θεᾶσθαι vim passivam habet LAnd 12.

*Vidi* plerumque est εἶδον. Rarus est aoristus ἔβλεψα (AAnd 14. ApPaul 15), qui plerumque significat *intuitus sum* (HermV I 1,5. APh 17. APhH 21. ApPaul 13 bis. 14 bis. 36). Aoristus ἐθεώρησα multo frequentior est quam in NTo (v. Bl Act. ap. p. VIII), legitur enim IgnM 6,1. APP α 32. β 35 G. 72. 80 a. 82. AAndMt 3. 13. LAnd 17. Proch 20,11; 28,13; 95,11; 106,18. APil α 11,2. AnPil β 9 C. APetAnd 164. ApPaul 15. 41. ApJo 3. 18. DormM 2. 5. 18. 26. 27. 28. 29. 39. 47. 50. ATh James 7. 16. 41. 42. 46. 47 (in Hom velut XII 23). Etiam usitatius est ἐθεασάμην, quod in NTo quoque iuxta εἶδον sollemne est. Legitur 2 Cl 1,7; 17,7. MPet 3 bis. 6. APP α 55. β 76. 84. APTh 21. 44. EpAbg. 3. APhH 1. 11. 24. AAnd 12. 13. AAMt 2 bis. 3. 5 bis. 12 bis et passim. AMt 24 V (εἴδομεν P). 26. 27. ATh 9. 34 bis. 36. 37. 40. 42. 58; 46,8; 51,18; 55,8; 57,29; 64,19; 71,36; 72,25; 74,22; 91,8 et 47. 51 James. MBarth 5. LAnd 25. 26. 33 al. MAnd 1. 2. 7 bis al. Leuc 224,15; 226,17 et 16. 17 James. APil α 1,2. AnPil α 10. NJos 4,3; 5,1. 2. ApMos 13. DormM 15.

Perfectum ἑώρακα (cum plusqu.), quod ne a NTo quidem alienum est, invenitur velut HermV II 1,3. III 1,6; 3,1 al. APP$\beta$ 42. 84. 85. APTh 7. EpAbg 2 bis. AnPil$\beta$ 9. ParPil 2. NJos 5,4. ApJo 4. AThJames 55. Praeterea pauca exempla perfecti τεθέαμαι exstant: AAMt 18. LAud 30,29 (τεθεωμένων PN, v. § 17,5). Barbara forma τεθέακα est AnPil$\beta$ 9 in C.

Futurum praeter pervulgatum ὄψομαι est θεάσομαι (Diogn 10,7. ATh 6. 9. 35; 45,4. EJac 1,3. NJos 5,2), sed etiam θεωρήσω invenitur in NTo inauditum (ApJo 16. AThJames 51); accedit βλέψω APhH 19. Proch 28,10 (βλ. εἰς).

Aor. passivi ἐθεάθην est ATh 28 PQ. EpAbg 6. Neque ἑωράθην desideratur (deest NT): ὁραθῆναι AMt 21 bis. APP$\beta$ 86. ὁραθέν LeucJames 2. — MPet 7 τὸ ὁραθὲν αὐτῷ significat *id quod ei apparuit* (ut apud alios ὀφθέν). Mire dictum AMt 16 τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου ὁραθὲν αὐτῷ P (ἀποκαλυφθὲν αὐτῷ ὅραμα V), quasi in verbo ὁρᾶν notio *monstrandi* insit. ὤφθην fere semper intellectum *apparendi* habet (cf. Bl ll.), velut quinquies in ATh; sed ut illud ὁραθέν ptc. ὀφθέν valet *monstratum* his locis: ATh 24 τῶν ὀφθέντων μοι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων. ABarn 7 ὅραμα ἦν ὀφθὲν τῷ Παύλῳ.

Jam pergo ad alia verba.

π έ τ ο μ α ι facit aoristum ἔπτην (Schmid Att. III 43) olim poetis tantum concessum: Hom V 13. VI 7. 12 ἀνέπτη. II 34 πτῆναι. Leuc 190,4 διαπτᾶσα. PsC 207b ἀνέπτησαν. 208b καταπτάς (ἀνέπτησεν 248a est ut ἔθησεν ἔδωσεν). Praesens πετᾶσθαι legitur APP$\alpha$ 54 (πετόμενον ibid. et 55). πετώμενος MPet 3. Praeterea in usu fuit πέτασθαι ut κρέμασθαι, δύνασθαι formatum, quod invenitur APP$\beta$ 75 AL (-εσθαι cet), adde πέταται Hom II 32.

σ κ έ π τ ο μ α ι pro attico σκοπῶ usitatum est in sermone communi (cf. neogr. σκέφτομαι). Verbum simplex exstat ABarn 23. APh 25. ATh 21 bis. 39. MPet 6. PsC 207a. ἐπισκέπτομαι 1 Cl 25,5. Polyc 6,1. HermV III 9,2. S I 8. VIII 3,3. Hom III 64 al. Activum ἐπισκέπτουσαι est APh 36 V (-σκοποῦσαι P). συνεσκέπτοντο EPet 43. E contrario σκοπῶ facit ἐσκόπησα pro ἐσκεψάμην, ut ἐπισκόπησον Hom Cl ad J 4. κατασκοπήσας PsC 208b.

*φαύσκω* in praesenti et imperf. non usitatum, sed *φώσκω* eius vicem explet: *ἐπιφώσκει* APil*a* 12,1 A. EPet 5. *-οντος* 34. *-ούσης* [Ign] Tr 9. Hom III 1. 58. APil*β* 12,3. Aoristus semper est *ἔφαυσα*: *ἐπέφαυσε* ATh 34. *διέφαυσεν* 62,12. *διαφαῦσαι* 69,13. *φαύσαντος* c. 27. Fut. *διαφαύσει* 60,24; 61,24. Ab hoc aoristo derivatum est praesens *φαύω*: *διαφαυούσης* APP*a* 5. NJos 2,3 A. 3,1 A. *διαφαύει* APil*a* 12,1 BC (*ἐπιφώσκει* A). *ἐπιφαυούσης* Leuc 226,11. Haec forma extrito *υ* apud posteriores in *φάω* abiit, ut *παύω* in *πάω* depravabatur (cf. WSchm 13 not. 9): *διαφαούσης* MBarth 4. NJos 2,3 C; 3,1 BC. De *ἐπιφέειν* denique v. § 15,5.

*φθάνω* semper facit *ἔφθασα* ut neogr. (ATh 33. LAnd 23,30; 27,27. MAnd 56,22; 58,10. Hom XVIII 23. XX 4. PsC 239a. Sed *ἔφθην* LAnd 22,24).

*χέω* aoristum *ἔχεα* incolumem servat (MPaul 6. ATh 27. 68,20). Aor. pass. *ἐχέθην* valde recens non invenitur nisi LAnd 7,4 (*ἐκχεθείσης*). Hom XVI 20 *ἐπεχέθη* O (*-εσχέθη* C). De *χύνω* v. § 15,1.

---

Haec de declinatione nominum et verborum disputare in animo habui; sequitur ut de syntaxi exponam. Sed quoniam ea latius patet, quam ut hac commentatione absolvi queat, unum mihi caput selegi de usu modorum, quod praeter cetera memorabile mihi visum est, praesertim cum iam supra p. 41 de coniunctivo ad indicativum accommodato et p. 74 sq. 89 de coniunctivo cum futuro confuso nonnulla attulerim. Iam uberius illa explicare in animo est.

---

## Caput IV. De usu modorum.

### § 20. De confusione coniunctivi aor. et indicativi futuri.

Jam apud Atticos inter coniunctivum et tempus futurum saepe ea notionum cognatio intercedebat, ut levi ac tenui discrimine inter se distarent (cf. Bl 64,1). Quo factum est, ut posteri illas formas confundere inciperent, sicut tot alia discrimina sustulerunt olim diligenter observata. Non est inutile quaerere, quas ansas sermo graecus huic confusioni praebuerit,

Ac primum quidem in interrogationibus dubitativis antiquitus ut coniunctivus ita futurum admittebatur exigua significationum differentia; adde quod prima pers. sing. plerumque in utramque partem valebat ut *τί ποιήσω*. Deinde coniunctivus adhortativus suapte natura valde affinis est tempori futuro, quoniam adhortatio ad id, quod futurum est, pertinet. Ad idem tempus spectat coniunctivus prohibitivus, qui imperativi munere fungitur cum negatione iuncti; cuius cognatio cum futuro etiam maior scriptoribus Codicis sacri videbatur, qui pro imperativo ipso futurum usurpare consuerant. Atque illud quoque ad coniunctivum cum futuro commiscendum multum valuisse existimo, quod formulae *οὐ μή* antiquitus coniunctivum aoristi sive indicativum futuri indifferenter addere licebat, qua constructione frequentissima facile posteriores adducebantur ad notionem futuri etiam simplici coniunctivo subiciendam. Tum etiam in sententiis subiunctis affinitas inter coniunctivum et futurum intercedit. Primum a particula *ὅπως* indic. fut. apud Atticos pendet, si verba curam vel studium significantia praecedunt, cum coniunctivus eandem particulam in sententiis mere finalibus insequatur. Atque in enuntiatis relativis, quibus notio finalis subest, non coniunctivus locum habet, ut in ceteris sententiis finalibus, sed futurum legitimum est. Tum *ἐάν* cum coniunctivo iunctum ad tempus futurum pertinet, ita ut *ἐὰν ποιήσῃς* et *εἰ ποιήσεις* discernero acrioris iudicii sit. Inde apparet, quam arte notiones coniunctivi et futuri cohaereant; cui cognationi plurima adiumenta subministravit formarum ipsarum similitudo. Nempe coniunctivus aoristi in *σα* exeuntis tam prope ad futurum accedebat, praesertim secundum depravatam posteriorum pronuntiationem, ut non modicae doctrinae esset has formas accurate distinguere. Etenim forma *ποιήσω* antiquitus fuit ambigua; *ποιήσῃς ποιήσῃ ποιήσωμεν* noniam differebant a *ποιήσεις ποιήσει ποιήσομεν*, postquam *ει* et *η* pariter in i abierunt et discrimen productae et correptae litterae *ο* interiit. Supererant formae *ποιήσητε ποιήσωσιν*, sed hae quoque ad *ποιήσετε*, *-σουσιν* paulatim deducebantur ceterarum formarum praepotenti analogia, quam litterarum *ε* et *η*, *ου* et *ω* plebeia confusio (v. § 4) fortasse adiuvit. Hac ratione ortus est hodiernus coniunctivus aor. *νὰ δέσω, -ῃς, -ῃ, -ωμε, -ετε, -ουν.*

Haec utriusque formae confusio, quam descripsi (cf. Hatzid. 306), primum in iis verbis invaluit, quorum aoristi in σα exeunt; aoristi secundi diutius resistebant, quia stirpe ipsa a futuro discrepabant nec facile confundebantur ἀγάγω ἄξω, λίπω λείψω, γνῶ γνώσομαι, εἴπω ἐρῶ, ἐνέγκω οἴσω, ἔλθω ἐλεύσομαι. Sed ne haec quidem manserunt intacta, passim enim recentiores e futuro aoristum novicium elicuerunt analogiae specie decepti (v. § 15,4. 18,4), ut harum formarum discrepantia tolleretur ceteroquin insueta. Confusionem augebant ea futura, quae ab aoristo secundo ducta videntur, φάγομαι et πίομαι, quae aegre a coniunctivis φάγω πίω distinguebantur (cf. § 15,3).

In genere medio eadem erat coniunctivi et futuri similitudo (ποιήσωμαι ποιήσομαι), cum in passivo utriusque formae manifesta differentia non faveret confusioni.

Haec omnia qui considerabit, facile cogitatione sibi fingere poterit, quam incerti istius aetatis homines fuerint de coniunctivo aor. a futuro distinguendo. Quomodo enim indocti illas formas discernere potuerunt sono et usu tantopere inter se confines? Itaque quo quisque scriptor magis se sermoni vulgari addixit, eo longius progreditur in discrimine utriusque formae delendo. Primum in terminationibus omnia ἄνω κάτω miscentur. Non solum aoristus more neograeco, quem supra significavimus, terminationibus futuri instruitur ut ἐὰν ἀγάγετε AMt 13 V. ἐὰν εἴδετε (i. e. ἴδητε, etiam neogr. νὰ ἰδῆτε) APhPar° 142. ἀγάγουσι pro -ωσι AAMt 4 BC, sed etiam futurum ad coniunctivum accommodatur ut ἔσωμαι Proch 69,15. ἐσώμεθα 152,10. ἔσησθε LAnd 17,9. ὄψωμαι Proch 159,7. ἐντεύξηται HermM X 2,5. δυνήσηται ATh 59,7; 71,7. ἐρῶσιν pro ἐροῦσιν ATh 91,38. ἵνα ζησώμεθα APh 10 Ven (ζήσωμεν Par). ἐκφεύξωμαι AAMt 2 et multa eiusmodi (cf. WSchm 13,7). Quae terminationum assimulatio artissime implicata est ipsarum significationum confusione, cuius documenta haud pauca mox afferemus. Qui hos libros apocryphos lectitabit, brevi intelleget quosdam scriptores in utraque forma commiscenda eo processisse, ut futurum et coniunctivus paene idem valere iis videantur. Quo factum est, ut sermo graecus multis saeculis interpositis ad pristinum illum statum reverteretur, qui in Homeri carminibus cernitur.

## § 21. De coniunctivo in enuntiatis principalibus usurpato. (Bl 64).

1. Coniunctivus antiquitus imperativi vicem implevit in altera tertiaque persona aoristi cum μή iuncta et in prima persona, qua imperativus omnino caret (cf. Bl 64,2). Apud nostros vero scriptores coniunctivus multo latius patet. Primum coni. adhortativus primae pers. sing. invenitur sine ἄφες vel δεῦρο, ut λάβω ATh 68,4. APil α 5,2 (λάβοιμι A). Quae notio quoniam proxime ad futurum accedit, facile inde provenit coni. pro futuro positus, de quo postea agemus. In tanta notionum affinitate coni. adhortativus cum futuro copulari potest, velut ἐξέλθωμεν καὶ ὀψόμεθα Leuc James 2.

Deinde cum in persona secunda et tertia rectissime diceretur μὴ ποιήσῃς, -σῃ, recentiores falsam eam animis conceperunt opinionem, etiam affirmative dicere licere ποιήσῃς, ποιήσῃ, plane ut Romani loquebantur *facias, faciat.* Hic coniunctivus aut imperativi officio fungitur aut optativi, qui modus cum evanesceret, necesse erat vicarium eius munus suscipere. Coniunctivo in imperativi locum supponendo praeterea adiumento fuit ea scriptorum sacrorum consuetudo, ut pro imperativo uterentur futuro (Bl. 64,3), quod facile secum traxit coniunctivum forma vicinum. Cf. Hom III 69 futura imperativi munere fungentia μεταδώσετε, θρέψετε cet., pro quibus C saepius coniunctivos habet (μεταδώσητε, ἐπισκέψησθε al). Praeterea haec exempla conquisivi talis coniunctivi contra veteris graecitatis leges adhibiti: 2. pers. λάβῃς APil α 5,2 (-οις A). διαμείνητε IgnPol 8,3. μεταβάλησθε καὶ σωθῆτε MPaul 4 P (-βλήθητε A). — 3. pers. γένηται ATh 82,18. ἐξέλθῃ DormM 8 (-οι C). μάθῃ ATh James 1. σπεύσῃ Barn 18,1 (*studeat* interpr. lat.). παράσχῃ AAMt 7. συντμηθείησαν ... καὶ γένωνται ATh 72,6. κατάσχωσιν APil α 1,6 BDE (-σχέτωσαν A).

Inde apparet coniunctivum paulatim imperativi partes suscipere (cf. Hatzid. 218; nunc tertiam personam imperativi coniunctivus cum ἄς iunctus summovit). Semel inveni vicissim imperativum pro coniunctivo positum: MBarth 7 παρακαλῶ ἵνα διασωθήτωσαν (pro quo Tdf. non debebat διασωθείησαν reponere).

2. In mentibus iudoctorum illa aetate omne fere futuri et coniunctivi discrimen extinctum fuisse, luculentissime demonstratur plebeia illa consuetndiue coniunctivi pro futuro usurpandi (cf. Bl 64,1. RzachPhilol. LIII 283), cuius exempla haud pauca in his libris repperi. Non curo coniunctivos eorum aoristorum, qui ipsa forma futuris similes sunt (ut ποιήσωμεν — ποιήσομεν), quoniam in his uulla est librariorum auctoritas, sed eos tantum afferam, qui longe distant a futuris. Multis locis coniunctivus iuxta futurum legitur, ut eluceat nullum esse earum formarum discrimen. Haec observavi: ABarn 8 οὐ γὰρ ἔλθῃ. APh 31 ἀναγάγω . . καὶ πιστεύσωσιν. APhH 19 ἀναγάγω. AAMt 7 ἐὰν ἀποστῶμεν — γενώμεθα. 32 στηρίξω — καὶ ἀναγάγω C. ἐπανέλθω A. 33 κηρύξεις — καὶ ἀπενέγκῃς (etiam plura in A). Proch 44,15 πειρασθήσῃ καὶ κατασπείρῃς ETh α 3,2 ἀποξηρανθῇς καὶ οὐ μὴ ἐνέγκῃς. β 2,2 οὐ μὴ ἀπελεύσει, καὶ ἀποξηρανθῇς. Desc 3 κατέλθῃ . . . καὶ ἀλείψει. APAnd 163 ἐὰν δώῃ . ., γνῶμεν. ApMos 5 κλαύσομαι cet. καὶ ἐνέγκω. 25 τέξῃ — ἔλθῃς καὶ ἀπολέσεις. ἐξομολογήσει καὶ εἴπῃς. ApEsd p. 27 συνάξω . . καὶ ἐξαλείψω . . καὶ οὐκέτι ᾖ. ApPaul 21 προστάξει cet. καὶ ἀναφάνωσιν . . καὶ κατατρυφήσωσιν. ApJo 9 ἀροῦσιν καὶ ἐξέλθωσιν καὶ σαλπίσουσιν. 13 ἐξέλθῃ καὶ κολληθήσονται. 17 κατέλθωσιν — καὶ ἀνοιχθήσονται — καὶ κατενέγκωσιν. μείνῃ . . καὶ κατέλθω . . καὶ κατενεχθήσονται. ATh abundant talibus coniunctivis: 50,2 ἴδω. 61,24 ἀναμείνω. 25 εἴπω. 62,9 ἀναγγείλω. 65,3 ἴδω. 72,24 δέξεται . . καὶ θεάσηται . . καὶ καταλάβῃ. 73,24 διαμείνωσιν. 78,15 εἴπω. 29 ἀγάγω. 80,9 πίστευσον, καὶ . . εὕρῃς.

Nota res est apud hodiernos locum futuri obtinere coniunctivum cum θά (i. e. θέλω ἵνα) iunctum. Sed hoc recentioris aetatis est neque in his libris occurrit. Iuveni autem coniunctivum cum ἵνα iunctum pro futuro positum: APil β 4,1 ἵνα εἴπωμεν AB (ἐροῦμεν siue ἵνα C). ἵνα καταλύσῃ A (καταλύσει C). 10,6 ἵνα ἔχω.

## § 22. De coniunctivo in enuntiatis subiunctis adhibito (Bl 65).

1. Sententiarum quae ab ἵνα incipiunt propterea est ingens apud receutiores multitudo, quod passim ἵνα irrepit pro antiquo infinitivo. Oculis cernitur origo usus hodierni, qui illam circum-

locutionem solam probat infinitivo penitus abiecto. Novus ille particulae *ἵνα* usus in his libris frequentissimus est, sicut in NTo (Bl 69); velut haec verba inveniuntur contra leges antiquae graecitatis cum *ἵνα* iuncta:

*θέλειν* Barn 13,5 (*τὸν Μανασσῆ θέλων ἵνα εὐλογηθῇ*, cum prolepsi). IgnR 3,1. APil β 8. 9,2 et saepe. *ζητεῖν* APil β 9,4 (*ἐζήτει ἵνα φονεύσῃ* A, *ἐζ. φονεύσει* B, *ἐζ. φονεῦσαι* C). *δεῖσθαι* HermS V 4,1. Pol 6,2. APh 32. *ἐρωτᾶν* (*petere*) HermV I 2,1. III 2,3. IV 1,7 al. MPol 12,2. *ἐξαιτεῖσθαι* MPol 7,2. *κελεύειν* ATh 33; 52,18. *λέγειν* HermS VIII 11,1. *εἰπεῖν* ATh 78,15. *ἐντέλλεσθαι* HermM VI 1,1. *πείθειν* AAndMt 11. *πρέπει* APil β 15,1. *ἄξιόν τινα ἡγεῖσθαι* HermM IV 2,1 et multa eiusmodi, quae enumerare longum est. Raro pro *ἵνα* invenitur *ὅπως*, quod in lingua recentiore omnino rarum est (v. Bl 65,2); cf. *δεῖσθαι ὅπως* MPet 2. APhH 17. *κελεύειν* Proch 132,18.

In his enuntiatis modus coniunctivus sollemnis est ut antiquitus, sed consentaneum est hos scriptores a futuro non abstinuisse, quod etiam in NTo invenitur (Bl. l. l. Hatzid. 306). Exempla futuri habes haec: *θέλω ἵνα ἐπιβουλεύσομαι* APil β 9,2. *ἵνα ἐρεῖ* Hom I 19 (*ἐρῇ* perperam Dresselius). *ἵνα πεισθῇς . . καὶ . . γενήσῃ* ATh 75,25. *ὅπως λάβω καὶ . . γενήσομαι* 78,16. *ὅπως ἐργάζησθε . . καὶ ἔσησθε* (cum termin. coniunctivi) LAnd 17,9. *ὅπως ἐσώμεθα* (it.) Proch 152,10. Ibid. 159,7 *ὅπως ἀναβλέψω καὶ ὄψωμαι* (VP[4]m[2]; *-ομαι* NP[3]. *ἴδω* c m[1]) . . *καὶ χαρήσομαι* NP[3]m[2] (parum recte Zahnius: doch wohl nur mechanische Beseitigung des coniunct. fut. wie vorher. — *χαρήσωμαι* VP[4]. *εὐφρανθῶ* c m[1]). *ἵνα ἐσόμεθα* APhH 12. *ὅπως ἐγκαταλείψουσιν* AAnd 8. *ἵνα καθέλωσιν καὶ ἀροῦσιν* APh 34. Ut *ἵνα* ita particulae *μή, μήπως, μήποτε* (de quibus v. Bl 65,3) futuro iungi possunt, cf. *μὴ . . λήψεται* APTh 25 (*λάβοι* G, *λάβει* i. e. *-ῃ* F). *μήποτε ἐντεύξηται* (c. termin. coni.) HermM X 2,5. *μήπως . . ποιήσουσι* MBarth 2. *μήπως ἅψηται . . . καὶ φάγῃ καὶ ζήσεται* Hom III 39.

Plane eadem ratione, qua coni. aor. cum futuro conflatus est, coni. praes. ad indicativum praesentis accommodabatur terminationum discrimine pedetemptim evanescente. Quo factum est, ut hodie coniunctivus praes. non differat ab ind. nisi praefixa particula *νά*. Igitur nemo mirabitur, quod etiam in his libris

nonnuuquam coniunctivos reperimus cum indicativo pariter desinentes, sive a scriptoribus profecti sive a librariis illati sunt (cf. Bl p. 207 not). Eiusmodi sunt IgnE 4,2 ἵνα ᾄδετε, μετέχετε. Tr 3,3 ἵνα διατάσσομαι. 8,2 ἵνα μὴ βλασφημεῖται. APPα 60 ἵνα κατευθύνει. β 58 ἐδίδαξα ἵνα προηγοῦνται (-ήσωνται C, -ήσονται PQ). APTh 11 ἵνα .. μένουσιν ABC (-ωσιν EFG). PsC 209b ἵνα ἐστέ.

2. Ea lex, quae coninnctioni ἐάν couiunctivnm addi iubebat, noniam anxie observata est a posterioribus, qni ἐάν pro εἰ dicere et cnm indicativo inngere coeperunt. Apud hodiernos vero ἄν cum ind. iunctum antiquum εἰ funditus submovit. Iam NT exempla exhibet particulae ἐάν c. ind. praes. positae (Bl 65,4), quibus haec addo ex his libris petita (cf. Deissmann n BSt 29): ἐὰν μὴ ἔχομεν IgnM 5,2. ἐὰν εἰρηνεύετε HermV III 12,3 ℵ. ἐὰν . . ποιοῦνται καὶ ὁμολογοῦσιν Proch 22,4. ἐὰν θεός ἐστι AThJames 60. ἐὰν ἔχετε APilβ 4,4. ἐὰν εἰ ib. 10,6. Etiam in interrogationes ἐάν c. ind. inuctum irrepere incipit (ut neogr. ἄν): AThJames 7 μαθεῖν ἐὰν .. ἐστέ ἤ..

Pro coniunctivo ab ἐὰν pendente his scriptoribns praesto erat fntnrum (cf. Bl 65,5): IgnM 10,1 ἂν μιμήσεται. HermV I 3,2 ἐὰν μετανοήσουσιν. M IV 3,7 ἐὰν μηκέτι προσθήσω. V 1,2 ἐὰν ἔσῃ. Proch 69,10 ἐὰν βαπτισθῶ καὶ ἔσομαι (Zahnius p. 256 mavult ἔσωμαι, quasi vero coniuuctivus futuri facilior sit lectio quam ind. fut. cnm ἐάν iunctus). ibid 15 ἐὰν ἔσωμαι (ἔσομαι N, εἰμί V).

Postquam igitur discrimen particularum εἰ et ἐάν extingni coeptum est, non est mirandum, quod vicissim etiam εἰ couiunctivnm ab ἐάν mutuatum est, nt his locis: Hom Διαμ. 3 εἰ μὴ βουληθῶ, οὐκ ἐάσω. XVII 16 εἰ ἴδῃ, νοείτω. AAMt 30 εἰ πεισθῶσιν — οἰκοδομήσω. Proch 38,3 εἰ μὲν εὕρῃς — εἰ δὲ μὴ εὕρῃς. 67,6 εἰ μὴ ἀποθάνῃ, οὐ δύνασαι. APilα 15,3 εἰ ἀναγνῷ — εἰ δὲ μὴ ἀναγνῷ. β 11,3 εἰ λάβῃς. ATh 37 εἰ μὴ ἐπάρητε. 4 εἴ τις παραιτήσηται καὶ μὴ παρατύχῃ..., ἔσται. Ceterum apparet huius quoque constructionis originem a coniunctivo pro futuro substitnto repeti posse (ut § 21,2).

3. Ennntiata relativa, quae coniunctivum habent cum particnla ἄν iunctum, integra plerumque manserunt etiam apud recentiores, praeterquam quod pro ἄν increbnit ἐὰν et in

coniunctivi locum interdum futurum succedit (cf. Bl 65,7). Perraro coniunctivus hac particula destituitur ut πᾶν ὃ ἀρεστὸν ᾖ AMt 12 V. ὅσοι καθαρίσωσιν HermS VIII 11,3. ἀφ' ἧς (scil. ἡμέρας) ἴδῃς V VIII 1,4.

Sed coniunctivus nudus Atticis inauditus pro futuro invaluit in iis enuntiatis relativis, quibus notio finalis seu consecutiva subest (cf. Bl 65,8). Tales coniunctivi sunt ἔδωκεν δι' οὗ ἀναπληρωθῇ 1 Cl 38,2. ἔχετε εἰς οὓς ἐργάσησθε τὸ καλόν Barn 21,2 ℵ (ἐργάσασθε vitiose G). σπουδάζειν, ὅστις ἅψηται MPol 13,2. εἰσίν τινες οἵτινες ζήσωσιν ATh 77,31 (non est necesse cum Bonneto ζήσουσιν reponere). πέμψει ἅγιον, ὅστις.. λεχθῇ APPα 19. τόπους ἐν οἷς ἀποτεθῶσιν ib. β 87. Hic coniunctivi usus congruit cum Romanorum consuetudine, cuius imitatio fortasse aliquid valuit ad constructionem illam in usum recipiendam.

4. Ut pronomina relativa, ita coniunctiones temporales hic illic cum nudo coniunctivo consociantur, ut ὅτε ἔλθῃ Ap Paul 29. ὡς ἀναβῶ *quando ascendam* APPβ 74.

Multo frequentius contraria ratione indicativus cum ὅταν coit, quod apud veteres ab hoc modo abhorrebat. Ac primum quidem recentiores in narratione ad tempus praeteritum pertinente coniunctionem ὅταν (vel ὁπόταν) cum imperfecto vel plusquamperfecto ponere consuerunt ad iterationem significandam (Bl 63,7). Exemplis huius constructionis, quae NT exhibet, haec accedunt apud nostros conspicua: HermS IX 4,5 ὅταν ἐτέθησαν, ἐγίνοντο .. καὶ ἤλλασσον. 6,4 ὅταν ἐπάτασσεν, ἐγίνοντο. 1,6 ὅταν ἐπικεκαύκει, ἐγίνοντο. Barn 12,2 ὁπόταν καθεῖλεν, ἐθανατοῦντο. Eadem structura in sententiis relativis invenitur velut ATh 72,1 ὅσα ἂν ᾐτοῦντο. James 22 ὅσους ἂν καὶ εἶχεν.

Sed etiam ceteroquin ὅταν iungitur cum indicativo sine ulla iterationis notione, ut etiamnunc ὅταν (ὄντας) cum indicativo coire potest (Thumb 205). Nec tantum indic. futuri invenitur facile pro coniunctivo sese insinuans (ut 2 Cl 17,6 ὅταν ὄψονται. Barn 15,5 ὅταν καταργήσει .. καὶ κρινεῖ .. καὶ ἀλλάξει. Proch 99,13 ὅταν ὄψεται), sed etiam praesens et aoristus, velut ATh 59,20 ὅταν ἔχετε. 66,3 ὅταν λαμβάνουσιν. AAnd 13 A ὅταν δύνασαι. Barn 4,14 ὅταν βλέπετε. MBarth 6 ὅταν θυσιάζουσιν. MPet 3 ὅταν ἀνέρχομαι (non opus est

cum Usenero ὅτ' ἀνέρχομαι legere). APilβ 5,1 ὅταν ἀπέστειλεν. ApMos 37 ὅταν διεφώνησαν. AAnd 3 ὁπόταν προσήχθη A. Ign E 8,1 ὅταν ἐνήρεισται. Cf. PsC 198a ὅταν δίδωμι. 200b ὅταν ἦν.

Coniunctiones, quae *donec*, *quoad* significant, cum coniunctivo iunctae apud posteriores particula ἄν supersedere solent (ut NT, Bl 65,10). ἕως cum nudo coniunctivo positum legitur ATh James 2 (sed ἕως ἄν ApPaul 51. EJac 24,2. 4. Ibid. 6,1 invenitur ἕως ἄν ἀπάξω, quod non debet pro futuro accipi, sed pro aoristo novicio, cf. § 15,4). ἕως ὅτε γένηται ATh 51,1. ἕως οὗ c. coni. ATh 77,35; 79,11. Proch 99,1. ApJo 5. ATh James 7. APh 38 Ven (ἕως ἄν Par). 35. APPβ 82. 86. Proch 106,7; 116,9. EJac 20,4. μέχρις οὗ c. coni. velut APTh 27. AAnd Mt 29 (sed μέχρις ἄν Doctr 1,6. MPaul 3. APTh 17. LAnd 34,24). πρὶν ἤ c. coni. ATh 71,36. AAnd 14. πρίν AAnd 3. Harum particularum exemplum secutum est ἀφ' οὗ, quod cum coniunctivo positum est AThJames 45, itemque ἅμα ApMos 18 (ἅ. φάγης, ἀνοιχθήσονται). 21 (ἅ. φάγης, ἔσῃ).

## § 23. De optativo (Bl 66).

Qui cognoverit in recentiore sermone hunc modum paulatim evanuisse, paucissima optativi exempla in his libris se deprehensurum exspectabit. Verum tamen, etsi facile est eorum numerum computare, aliquanto maior eorum copia est, quam horum librorum naturae forsitan convenire videatur. Imprimis memorabile est in Actis Thomae, libro plebeio sermonis genere insigni, optativum frequenti in usu esse, quamquam e multis vitiis, quae scriptor in eo modo adhibendo commisit, apparet eius vim ac naturam illum nondum satis perspectam habuisse. Nobis in animo est omnia optativi exempla, quae ex his scriptis conquisivimus, proponere in singulas species distributa. Omitto Homilias, quarum auctor more Atticistarum multus est in optativo usurpando.

1. Maxime optativus haesit in enuntiatis principalibus ut verus modus optandi, quamquam etiam hic coniunctivum in eius locum succedere supra § 21,1 ostendimus. Imprimis optativus usitatus est in formula μὴ γένοιτο (ut NT), quae legitur APh H 4. AAMt 27. ATh 51,19; 84,22. AThJames 43, vel μηδαμῶς γένοιτο 1 Cl 45,7, et in γένοιτο (IgnE 11,2 bis. 12,2. M 11. Sm 5,3. ad Pol 6,1. MPol 17,3. EJac 7,1 CL; 11,3. APilα

5,2 D. β 5,2) vel γένοιτο γένοιτο (EJac 6,2. APil α 16,7 E), et in salutatione χαίροις (AAnd 10. AAMt 18 C. Proch 76,18. ApPaul 20. 25. 46. 49. 51. MAnd 59,6. 8. 10 etc.).

Praeterea haec inveniuntur:

1 Cl 33,1 μηθαμῶς ἐάσαι. 64 δῴη.

Barn 21,5 δῴη.

IgnE 2,1 ἀναψύξαι. 2 ὀναίμην, item M 2. 12. R 5,2. ad Pol 1,1; 6,2. — Tr 13,3 εὑρεθείητε. R 5,3 ζηλώσαι. Ph 11,1 λυτρωθείησαν. Sm 9,2 ἀμείβοι.

MPol inscr. πληθυνθείη. 14,2 προσδεχθείην.

Doct 5,2 ῥυσθείητε.

APPα 48. β 69 εἴη.

Proch 42,8 καταπέσοι m[3] (-σει V). 75,12 πληρώσαι V v c m[1] m[2] (-σει NP[2] P[3]). 107,6 ἀναχωρήσαι (N ἀναχωρῆσαι ἕκαστον). 128,17 καταπέσοι NP[2] (-σει V).

Leuc 187,20 καταπέσοι.

ATh 30,24 προστεθείη. 72,6 συντμηθείησαν .. καὶ γένωνται (confusio cum coniunctivo cernitur). 75,32 μὴ ἀναπαύοιτο — καὶ μὴ εὕρῃ (it).

MAud 64,20 εἴη.

APil α 5,2 λάβοις A (-ῃς BC). λάβοιμι A (λάβω BE). λάβους D. 16,8 εἴη CFG (ἔσται E).

Desc 11 εἴη.

ParPil 6 ὀφθείησαν E in loco corrupto.

2. Praeter legitimam optandi notionem modus optativus in graecitate labenti in sententiis principalibus noviciam significationem accepit a coniunctivo translatam. Neque enim scriptores illitterati iam optativum a coniunctivo satis dignoscere poterant propter notionis cognationem, atque etiam magis incerti librarii erant, qui pronuntiatione post saec. X depravata, qua λάβοι et λάβῃ pariter in -ι desinunt, saepe sunt decepti. Quoniam igitur coniunctivus futuri partes agere poterat (v. § 21,2), interdum etiam ad optativum haec notio transferebatur, ita ut futuro, coniunctivo, optativo promiscue uti liceret. Cuius confusionis exempla propono haec:

εὕροις AAMt 4 (εὑρήσεις AB). οὐδὲ προσκυνήσω — οὐδὲ προσεύξομαι — οὐδὲ θυσιάσαιμι ATh 66,12. οὔτε ..

ποιήσειεν οὔτε .. φοβηθήσεται οὔτε .. δυνήσηται (fut. c. termin. coni.) A Th 59,6.

Optativi pro futuro vel coniunctivo dubitativo usurpati exempla sunt A Th 66,3 τίς . . καρτερήσειεν; (antecedit τίς ἀνέξεται). 1 Cl 45,6 τί γὰρ εἴποιμεν (εἴπομεν A).

3. Optativus potentialis cum ἄν iunctus in sermone communi prorsus exoleverat, quare haec certissima est nota, qua sermonem vulgarem nativum ac sincerum dignoscamus a dictione artificiose expolita. Quicumque enim scriptor hoc optativo utitur, eum apparet litteris graecis institutum et lectioris generis dicendi studiosum esse. Intra NT Lucas unus illam structuram usurpat, qui etiam alioquin litteris tinctum sese praebet; itemque in libris iis, de quibus nostra disputatio est, modus potentialis nusquam est nisi in iis scriptis, quorum auctores elegantiorem scribendi consuetudinem probe tenent, dico epistulam ad Diognetum (2,3. 10; 3,3. 4; 4,5; 7,2. 3; 8,3) et Martyrium Polycarpi (2,2). Accedit Laudatio Andreae (8,12; 34,13), cuius scriptor hoc ut permulta alia ex libris antiquis arripuit orationis illuminandae causa. In Homiliis nimirum passim exstat potentialis. Apud ceteros haec constructio frustra quaeritur. In locum optativi potentialis successisse videtur coniunctivus cum ἄν iunctus (vel futurum cum ἄν i.), quam constructionem his locis pro modo potentiali positam inveni: A And 13 οὐδ' ἄν σοι συνθήσομαι — οὐδ' ἄν σοι πιστεύσω A. A Th James 49 τάχα ἄν κουφίζει (i. e. -ῃ?). A Th 60,19 τί γὰρ ἄν ποιήσῃ (Bonnet: scr. ποιήσειε?). E Th α 15,1 ἴσως ἄν δυνηθῶ. Hic coniunctivus particula ἄν privatus legitur Ap Paul 43 ἴσως σπλαγχνισθῇ καὶ δώῃ; sed h. l. fortasse notio futuri coniunctivo subest (v. supra § 21,2).

4. Optativi orationis obliquae, qui in NTo nisi apud Lucam non legitur, nonnulla sunt exempla. His locis optativus invenitur in interrogationibus obliquis a temporibus historicis pendentibus adhibitus: 1 Cl 43,2 στασιαζουσῶν τῶν φυλῶν ὁποία εἴη. M Pol 9,2 ἀνηρώτα, εἰ εἴη. A Th 74,5 ἠπόρει ὅ,τι καὶ πράξειεν (pro coni. dubit.). L And 34,25 διηπόρουν ὅστις εἴη. M And 56,7 ἠξίουν διασκέψασθαι εἰ βούλοιτο. Proch 172,8 ἠρώτα τίνος εἴη c m¹ m² (ἐστίν v). Ap Mos 42 ἔκλαυσε διὰ τὸ μὴ γινώσκειν ποῦ μέλλοι τεθῆναι. (Hom velut XII 23 ἐπυνθάνετο τί εἴη).

His locis optativus est in enuntiato relativo: APP$\beta$ 40 *ἐτιμωρήσαντο.. ἐπαγγελίας ἔχοντες.., ὅτι πέμψει τὸν ἅγιον.., ὅστις λεχθείη* (*ἐλεχθείη* Q. *λεχθήσεται* O. *λεχθῇ* CDEL. *-εῖ* B). LAnd 43,2 *πέπεισμαι.. τὸν ἀπόστολον καταδέξασθαι... προσεπιδόντα... ὅπη καὶ ὅπως βούλοιντο.* MAnd 49,5 *ἐξήνεγκεν.. ἀπολύσας αὐτοὺς ἔνθα καὶ βούλοιντο* (CV, *-ονται* PF) *πορεύεσθαι.* Semel opt. futuri orationis obliquae invenitur, sed vitiose post praesens positus: AAud 2 *διδάσκει.. τὰ εἴδωλα μὴ εἶναι θεούς κτλ., καὶ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοὺς διαπαίξοιεν.*

5. Optativus in enuntiatis finalibus nunquam adhibitus est in NTo (Bl 66,4); apud nostros complura sunt exempla, sed hi scriptores eo peccaverunt, quod etiam in enuntiatis a tempore praesenti pendentibus optativum admiserunt. Haec inveniuntur: MPol 6,2 *ἔσπευσεν, ἵνα ἐκεῖνος μὲν.. ἀπαρτίσῃ, οἱ δὲ... ὑπόσχοιεν.* AAnd 5 *χρεία ἦν ἵνα ὁ θάνατος ἐξωσθείη* (cod. *-ήει*) B (*-σθῇ* A, *ἐκβληθῇ* C). ATh 89,35 S *ἐμόχθησα ἵνα... μὴ καταισχυνθείη* (*-θῇ* Q) *καὶ.. μὴ γένηται καὶ.. μὴ ἐξουδενωθείη* (*θῇ* PQ). 2,2 *δειλαμεν, ὅπως.. πορευθείη* P (*-θῇ* cet). MAnd 60,1 *ὡς ἂν* (pro *ἵνα*) .. *βρωθείη.* ATh James 17 *ἔδωκεν.. ὅπως διανέμοι.* Proch 37,20 *ἀνέπεμψεν.. ὅπως μάθοι.*

Etiam a verbis timendi interdum optativus pendet: AAnd 13 *δεδοικὼς μὴ.. πάθοι.* LAud 40,4 *ὑφορώμενος μή τι νεωτερισθείη.* MAnd 62,2 *δεδιὼς μὴ.. πάθοι* CV (*-ῃ* FP). In loco subobscuro AMt 1 *μὴ ἐγνωκώς τις εἴη* notio verendi subesse videtur.

His locis optativus vitiosus est: AAnd 1 *ἐκπορευόμενον.. ὅπως δειχθείη* B (*-ῇ* A. *γνωσθῇ* C). ATh 29 *δεηθῶμεν.. ἵνα γένοιτο* A (*γένηται* C. *γενήσεται* P). 86,11 *ποιῶ ἵνα.. ἀπέλθῃ καὶ.. καθαρισθείη* S (*-ῇ* P). LAnd 8,13 *ὡς ἂν γνωρίζοιτο.. καταμανθάνοιτο.. ἐπιφέροιτο καὶ.. δόξῃ* (praecedente futuro). 41,28 *ἀγάγωμεν.. ὡς ἂν εἴη.* Proch 111,17 *πίωμεν, ὅπως εἴη* V c m[1] (*ῃ* N, *ει* P[2]P[3]). APhPar[c] p. 150 *τυγχάνεις.. ὁ λαλῶν.., ἵνα δυνηθείημεν.*

Etiam in enuntiatis condicionalibus non nunquam optativus invenitur. Quoniam autem modus potentialis exolevit, in apodosi nonnisi optativus est ut apud Atticos (nisi semel in ep. ad Diogn. 2,3), sed indicativus (sive imperat. vel coni.), quod

sententiarum condicionalium genus Atticistae quoque frequentaverunt (Schmid Att. III 82 sq. I 97. 59. 244. IV 85. Saepe in Hom, ut III 12 εἰ βουληθείη — ἠπάτηται). Haec inveni: Diogn 2,10 εἰ . μὴ δοκοίη, . . ἡγοῦμαι. MPol 2,4 ἵνα, εἰ δυνηθείη, ... τρέψῃ. HermS IX 12,4 οὐδεὶς εἰσελεύσεται, εἰ μὴ λάβοι (hoc unum optativi exemplum in Pastore Hermae. Harnack proposuit λάβῃ, ut 8 ὃς ἂν . . μὴ λάβῃ, οὐκ εἰσελεύσεται). Leuc 233,18 εἰ . . γίγνοιτο, ἐμφάνισον. ATh 71,10 εἰ . . θελήσειας, δύνασαι. 71,12 εἰ . . οὐ θελήσειας, ἀπαλλάξω. LAnd 8,7 εἰ βουληθείη . ., πειράσοιτο (opt. fut. pro modo optandi!) . . εἶτα κατατολμάτω. MAnd 51,18 ἐπαπειλούμενος . ., εἰ μὴ μεταπείσοι τὴν γυναῖκα. AMt 29 εἰ δέ τις φωραθείη . ., ὑποβαλλέσθω V.

Optativus iterationem significans nusquam exstat nisi in Papiae frg. II 4: εἰ ἔλθοι, ἀνέκρινον (sed deest ἄν, quod veteres imperfecto saepe adiungebant).

7. Iam saepius observavimus optativum pro coniunctivo vitiose usurpatum. Huius confusionis exempla addo haec: ATh 16 ἕως ἂν εὕροι A. DormM 43 οὐ μὴ καταισχυνθείη B (cet. -ῇ). ApPaul 18 φυλάττεται ἕως οὗ . . . ἔλθοι . . καὶ κριθήσονται καὶ ἀπολάβοι. ATh 72,17 πᾶν ὅ τι προστάξειας ποιεῖ (pro ἂν προστάξῃς). ApPaul 19 μακάριος ὅστις εἰσέλθοι (pro ἂν εἰσέλθῃ). 1 Cl 12,3 ὅταν λαλῶμεν . . καὶ . . εἴη in hoc scriptore ferri non potest. Praesto est emendatio ᾖ, itemque optativum fere omnibus his locis librariis vitio vertere licebit, qui pronuntiatione novicia decepti ab -ῃ ad -οι, ab -ῇ ad -είη facile delapsi sunt.

---

Haec habui, quae de graecitate Patrum apostolicorum librorumque apocryphorum disputarem. Atque quamquam hunc copiosissimum vulgaris sermonis fontem me non exhausisse non ignoro, haec sufficere existimo ad proprietatem ac naturam illius dicendi generis adumbrandam.

---

## Conspectus rerum.

## Addenda et corrigenda.

p. 18 lin. 9 leg. C pro ζ.

p. 36 § 2 adde *οὐκ ὑποφέρουσιν* ApEsd 25. *οὐκ ημαρτε* 30.

p. 38 § 3 *ἄχρις οτου* EJac 10 D (*μέχρις* cet.)

p. 48 § 8,1 *φανερής* (*-ή?*) AnPil*α* 9 B.

p. 55 lin. 2 *τοῦ στέγου* ETh*α* 9,3 Dr. *β* 8,1.

p. 58 § 11,1 adde *γλωσσόκομον* (acc.) *ἔχοντα* ApPaul 2. *ἀρνίον* (acc.) *ἔχοντα* ApJo 18. *γυναῖκας ἐπιστήκοντας* ApPaul 40. In ETh *παιδίον* saepe cum partic. masc. iungitur, ut *α* 15,2 *εἰσελθών*. *β* 3,1 *ποιήσας*. 7,1 *ἀρξάμενος τὸ π.* 17,1 *νοσῶν νήπιον*.

p. 69 § 13,4 *ἐκατελύθησαν* APil*β* 5,1 C. *ἐκατελείφθη* AnPil*β* 10 C.

p. 82 § 16,6 adde *ἀπωθοῦσαν* PsC 227 a. *κατεπίδοσαν* AnPil*α* 7 (*ουσαν* codd.) pro *-εῖδον*.

p. 85 § 17,4 adde *προσδοκοῦντες* EJac 24,1 F[a] (*ῶ* cet.)

GEORGIUS SCHWANDKE:

# DE ARISTOPHANIS NUBIBUS PRIORIBUS.

De Aristophanis Nubibus prioribus hoc saeculo multi multa scripserunt et disputaverunt et illud certe inter omnes fere constat hanc, quam nos legimus, fabulam non eandem esse, quam archonte Isarcho Dionysiis anni 423 a. Chr. n. Athenis datam esse accepimus, sed, quoniam fabula ceciderat, a poëta postea mutatam ac retractatam neque retractationem usque ad finem perductam. Sed de singulis mutationibus magna varietas est sententiarum. Deinde, ut in omnibus difficilioribus quaestionibus, ita in hac quoque tam difficili de Aristophanis Nubibus quaestione a superioribus, quamvis diligenter materiam pertractavissent, nonnulla neglecta, alia aliter decernenda esse mihi videbantur; imprimis nemo adhuc, quomodo totum argumentum atque actio in priore fabula se habuisset quaeque in hanc partem ex ea, quae nobis tradita est, fabula erui possent, continenter contexteque disserere conatus erat. Itaque equidem a C. Roberto, viro doctissimo atque de me optime merito, adductus summaque benignitate adiutus hac re suscepta materiam denuo tractare et conari mihi proposui, si quid novi in hanc partem ad ea, quae a superioribus maxima diligentia elaborata erant, addere possem.

---

## I. Sexta hypothesis et Fragmenta.

### Sexta[1]) hypothesis.

Verba sextae hypotheseos sunt haec: *Τοῦτο ταὐτόν ἐστι τῷ προτέρῳ. διεσκεύασται δὲ ἐπὶ μέρους, ἅς ἂν δὴ ἀναδιδάξαι μὲν αὐτὸ τοῦ ποιητοῦ προθυμηθέντος, οὐκέτι δὲ τοῦτο δι' ἥν ποτε αἰτίαν ποιήσαντος. καθόλου μὲν οὖν*

---

[1]) Sextam hyp. a quinta primus discrevit J. Bekker.

σχεδὸν παρὰ πᾶν μέρος γεγενημένη(1) διόρθωσις· τὰ μὲν γὰρ περιῄρηται, τὰ δὲ παραπέπλεκται, καὶ(2) ἐν τῇ τάξει καὶ ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται· ἃ(3) δὲ ὁλοσχεροῦς τῆς διασκευῆς τετύχηκεν, τοιαῦτα[ὄντα]· αὐτίκα μάλα(4) ἡ παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμειπται καὶ ὅπου ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λαλεῖ καὶ ⟨τὸ⟩(5) τελευταῖον, ὅπου καίεται ἡ διατριβὴ Σωκράτους.

## Adnotationes criticae.

Cf. Buecheler, Über Aristophanes' Wolken — Neue Jahrbücher für Philol. u. Päd., 1861, pag. 685, Anm. 2).

(1) Buecheler addit: ἡ, non recte, nam διόρθωσις antea nondum commemorata est.

Post γεγενημένη Ritter supplet: εὑρίσκεται, quod supplere facillimum, sed supplementum non ita veri simile est. Quid auctor hypotheseos scripserit, cognosci iam non potest.

(2) Fritzsche addidit: τὰ δέ ante καί; quod si acceperimus, καί — καί intellegendum nobis est: et — et, sowohl — als auch, ut haec duo mutandi genera, quae describuntur verbis: ἐν τῇ τάξει μετεσχημάτισται et ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται, semper coniuncta inveniantur; sed id omnino non necesse est.

(3) Venetus praebet: ἃ δὲ ὁλοσχερῆς τῆς διασκευῆς τοιαῦτα ὄντα τετύχηκεν, Aldina ὁλοσχερῆ.

Emendare conati sunt viri docti et scripserunt:

Dindorf-Bergk-Meineke: τὰ δὲ ὁλοσχεροῦς τῆς διασκευῆς [τοιαῦτα ὄντα] τετύχηκεν.

Fritzsche: ἃ δὲ ὁλοσχερῶς διεσκεύασται, τοιαῦτα ὄντα τετύχηκεν.

Köchly: ἃ δὲ ὁλοσχεροῦς τῆς διασκευῆς τετύχηκεν, τοιαῦτα ὄντα τυγχάνει.

Buecheler: ἃ δὲ ὁλοσχερῆ τῆς διασκευῆς τετύχηκε, τοιαῦτα ὄντα ⟨εὑρίσκεται⟩.

aut sine lacuna:

a) τὰ δὲ ὁλοσχερῶς τῆς διασκευῆς τετυχηκότα τοιαῦτα [ὄντα].

b) ἃ δὲ ὁλοσχερῆ τῆς διασκευῆς τετύχηκε, τοιαῦτα [ὄντα].

Equidem, cum nihil melius proponere possim, virorum doctorum coniecturis percensis facillimam et levissimam mutationem invenio Buecheleri tertiam, nisi quod pro ὁλοσχερῆ ὁλοσχεροῦς scribere malim: ἃ δὲ ὁλοσχεροῦς τῆς διασκευῆς τετύχηκε, τοιαῦτα, ita ut verbum εἶναι (ἐστίν) post τοιαῦτα neglectum inveniamus (cf. Kühner, II, 1, § 354). Librarius, qui sententiae structuram non intellegeret et verbum τυγχάνειν cum participio coniunctum videre consuesset, τετύχηκεν ad τοιαῦτα referebat, quare ὄντα addidit et verborum consecutionem mutavit.

ὁλοσχεροῦς cum Köchlyo aliisque scripsi, quae forma, ad τῆς διασκευῆς relata, ad sensum mihi magis accommodata videtur quam nominativus ὁλοσχερῆ, ad ἃ referendus; is qui hanc hypothesin scripsit, dicit retractationem absolutam esse talium partium ...

τοιαῦτα dicit, non ταῦτα, quod non omnes partes omnino retractatas, sed nonnulla exempla (αὐτίκα) allaturus est.

(4) αὐτίκα μάλα, quod Venetus praebet, cum Buechelero tenui, αὐτίκα hoc additamento confirmatur, „so z. B. gleich", cf. Dem. 25, 29: αὐτίκα [δὴ] μάλα. Apud Lucianum saepius invenitur.

(5) ⟨τὸ⟩ τελευταῖον Buecheler scripsit, recte mea quidem sententia; manifestum enim est hypotheseos auctorem tertio loco afferre exitum fabulae, „den Schluss", quod est τὸ τελευταῖον.

## Interpretatio.

Quod ad interpretationem attinet, bene de sexta hypothesi egerunt: Kock in Nub. edit. quartae praefat. pag. 27 sqq. et Teuffel-Kähler in Nub. edit. sec. praefat. pag. 29 sqq. (excurs. I). Quae Heidhues in sua de Aristophanis Nubium commentatione (Beilage zum Programm des Kgl. Friedrich-Wilhelm-Gymnas. zu Köln, pag. 42 sqq.) de hypothesi disseruit, parvi pretii sunt.

Incipit hypothesis a verbis: τοῦτο ταὐτόν ἐστι τῷ προτέρῳ, i. e. hoc (scil. δρᾶμα) idem est atque prius, quod Kock explicat: „die Hypothesis behauptet, die zweiten Wolken stimmen im ganzen mit den ersten — nach Inhalt und Zweck — überein", et similiter Teuffel-Kähler: „das vorliegende Stück (Nub. II) ist im wesentlichen identisch mit dem früheren (Nub. I)". Hoc rectum est; sed fortasse aliquanto longius procedere possumus.

Nempe si tales hypotheses tragicorum et comicorum Graecorum editionibus a grammaticis Alexandrinis, imprimis ab Aristophane Byzantio praepositas esse consideraverimus et hanc tanti momenti hypothesin in illius editione ante alteras Nubes locum suum tenuisse sumpserimus, *τῷ προτέρῳ* interpretabimur „das vorige“, i. e. eam fabulam intellegemus, quae in libro ante alteras Nubes locum tenebat; unde sequitur Aristophanem et priores et alteras Nubes et novisse et edidisse (cf. infra pag. 5).

Auctor hypotheseos dicere pergit Nubes ex parte retractatas esse, quasi poëta iterum dare vellet, sed quacunque de causa hoc consilio desisteret. Heidhues *ἐπὶ μέρους*, ex parte, „teilweise“, perperam interpretatur: „in einem Teile“, quod *ἐπὶ μέρους* significare non potest.[1]) Poëta igitur fabulam priorem retractavit, sed non usque ad finem retractatio perducta est, et auctor hypotheseos suspicatur (*ὡς ἂν* ...) id factum esse propterea, quod poëta primo fabulam iterum dare voluisset, sed postea ob aliquam causam ab hoc consilio destitisset.

Deinde distinguit duas retractationis rationes, leviorem correctionem (*διόρθωσις*, Verbesserung) et graviorem retractationem (*διασκευή*, Umarbeitung). Leviorem correctionem *παρὰ πᾶν μέρος*, per omnes partes, „über jeden Teil hin“ factam esse refert; huius correctionis distinguit quattuor rationes: nonnulla enim esse deleta (*περιῄρηται*), nonnulla intexta (*παραπέπλεκται*,[2]) alia in alium locum translata (*ἐν τῇ τάξει μετεσχημάτισται*), alia personarum mutationem ostendere (*ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται*); tertiam et quartam rationem coniunctas esse posse, sed non necesse esse elucet.

---

[1]) Cf. Aristot. Meteorol. *β*, 4: *τῷ ἐπὶ μέρους χρωμένους καθόλου προσαγορεύειν; οἱ ἐπὶ μέρους λόγοι*: Nicom. Eth. *β*, 7. *τὰ ἐπὶ μέρους*: *περὶ κόσμου* 1. et Stephani Thesaurum s. v. *ἐπί*: *τὰ ἐπὶ μέρους* particularia.

[2]) *παραπλέκειν*: Hesychius et Photius explicant: *παραπλέξαι, ἐμπλέξαι.* Hippocrates vocabulum de mulierum capitis cultu usurpat.

Translate dicit Strabo 1, 2, 27: *ὅλῃ τῇ δραματουργίᾳ τοῦτο παραπέπλεκται*; alio loco: *φαίνεται γὰρ εὐθύς, ὅτι μύθους παραπλέκουσιν.* Eustath. pag. 1379, 15: *το῀ς ἱστορουμένοις ὁμολογῶν παραπλέκει καὶ μύθους.*

Hinc sequitur ei, qui ex fabula tradita priorem enucleare conabitur, saepius lacunas esse statuendas, quas explere iam non possit.

Contra nonnullas partes totas retractatas esse (*διασκευή*) affert atque statim tria exempla (*'ντίκα μάλα*) enumerat: parabasin, iusti et iniusti oratoris certamen, exitum, ubi Socratis aediculae inflammentur. Inde apparet has partes non solas esse totas retractatas, sed alias quoque, quas silentio praetermittit.

Equidem veri simile esse puto huius hypotheseos, quam cum eis, quae de Aristophanis Nubibus prioribus legentibus me probaturum esse spero, optime consentire apparebit, non solum aliquem grammaticorum Alexandrinorum,[1] sed fortasse ipsum Aristophanem Byzantium esse auctorem. Sed sive id accepisti sive reiecisti, tamen primum quidem condicio ipsa fabulae traditae eiusmodi retractationem testatur; deinde duas diversas fabulas Aristophaneas, priores et alteras Nubes, fuisse et a grammaticis Alexandrinis lectas esse inde sequitur, quod prioris fabulae fragmenta supersunt.[2]

---

[1]) Ritter in Philol. vol. 34 pag. 447 sqq. demonstrare conatus est grammaticis Alexandrinis prioris fabulae exemplar iam non praesto fuisse et eam, quam nos legamus, fabulam eandem esse atque priorem, parabasi et oratorum certamine versibusque 872 vel 878—888 exceptis.

Sed omnia fere, quae Ritter l. l. disseruit, aut mera verba sunt, quibus nihil probatur, aut sunt falsae conclusiones. In illis illud numero, quod omnes eos locos, qui ex Nubibus citantur neque iam hodie leguntur, aliis fabulis vel poëtis addicit. Falsam conclusionem esse puto, quod e. c. ex hypotheseos auctoris silentio, qui e. c. prioris fabulae exitus fuerit, illum ignorare colligit et inde, quod Callimachus (cf. schol. 552 et huius dissertationis cap. VI) priorem fabulam non evolverit, eum non potuisse evolvere sumit, cum iam non in bibliotheca fuerit; sed id omnino non sequi manifestum est.

[2]) Quinta hypothesis etiam alteras Nubes datas esse refert hisce verbis: *διόπερ Ἀριστοφάνης διαρριφθεὶς παραλόγως ᾠήθη δεῖν ἀναδιδάξαι τὰς δευτέρας καὶ ἀπομέμφεσθαι τὸ θέατρον. ἀποτυχὼν δὲ πολὺ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν. αἱ δὲ δεύτεραι Νεφέλαι ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος*, et simile quid dicit schol. v. 546: *καίτοι καὶ αὕτη δευτέρα εἰσήχθη, ἀλλ' ἴσως διάφορος.* Sed hoc falsum esse iam dudum constat hisce de causis (cf. Kock l. l. pag. 30):

1. alteras Nubes datas esse negat hyp. VI. auctor.

## Fragmenta.

Cf. Kockii Com. Att. Frgm. I, pag. 490 sqq.

Praebeo hoc loco eos versus vel verba, quae is, qui citat, in priore Nubibus fabula locum tenuisse dicit, aut tantum in Nubibus audita esse refert, cum nos hodie iam non legamus. Ceterum ex plerisque fragmentis nihil certi concludi potest.

1.

*Εὐριπίδῃ δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν*
*τὰς περιλαλούσας οὗτός ἐστι τὰς σοφάς.*

Diog. Laert. 2, 18. Recte Wilamowitz in dissertat. suae (observat. crit. in comoed. Graec. selectae, Berol. 1870) pag. 10 traditum nominativum *Εὐριπίδης* in dativum correxit. Kock traditam lectionem tenet (in ed. suae certe pag. 42), sed quid Euripides in Nubibus? — Sic dicere potuit discipulus, qui Strepsiadi Socratem ostendit, sed etiam Strepsiades cum filio colloquens. Alii versus Teleclidis esse putant.

2.

*Κείσεσθον ὥσπερ πηνίω βινουμένω*, Suidas,
*Κείσεσθον ὥσπερ πηνίω κινουμένω*, Photius,

uterque s. v. *πηνίον*. Hac forma (*κιν.*) Fritzsche (de fabulis

2. schol. v. 549 didascalias fabulae iterum actae omnino non fuisse refert: *οὐ φέρονται αἱ διδασκαλίαι τῶν δευτέρων Νεφελῶν.*
3. Eratosthenes in schol. v. 552 perspicue **actas** Nubes a retractatis discernit ... *ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν· ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον. αἱ διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι.*
4. Plato in Apologia aut Symposio nunquam Nubes iterum actas refert.

Enger (Progr. d. Gymnas. zu Ostrowo 1853, pag. 17 sqq.) alteram fabulam in theatro Piraeensi datam esse suspicabatur. Sed primum id nusquam traditum est, deinde Kock rectissime opposuit (l. l. pag. 37), quo minus theatrum esset, eo magis ad offensionem accipiendam esse pronum, et si quam fabulam urbs reiecisset, nullum pagum videre voluisse.

Inde sequitur etiam eas suspiciones et argumentationes, quae quasi in V. hyp. fundamento constructae sunt, cadere, ita ut vel ob eam ipsam causam Brentanonis (Unts. über d. gr. Drama. I. Aristoph., 1871) et Naberi (Mnemosynae XI, 161 sqq. 303 sqq.) de **tertiis** Nub. coniecturae prorsus reiciendae videantur.

Deinde cf. Kock p. 28 in annot.

ab Aristophane retractatis, spec. I, 20), Buecheler (l. l. pag. 678), Weyland (de Nubibus Aristophanis, diss. Gryphisw. 1871, pag. 43) versum ad fabulae prioris exitum rettulerunt, ubi Socratem et Chaerephontem (propter dualem) verberibus mulcatos esse putant. Sed num hi versus hoc sensu intellegi possint, incertissimum est.

3.

*Πάρνης, τὸ ὄρος θηλυκῶς.*

*ἐς τὴν Πάρνηθ' ὀργισθεῖσαι φροῦδαι κατὰ τὸν Λυκαβηττόν*

*Ἀριστοφάνης Νεφέλαις καὶ ἑξῆς.*

Photius s. v. *Πάρνης*. Hoc fragmentum maioris momenti esse puto. Cf. cap. V.

4.

*μηδὲ στέψω κοτυλίσκον.*

Ath. 11, 479 c. „videtur esse altera pars tetrametri anapaestici. cf. Nub. 426" Kock. Cf. cap. V.

5.

*δὶς παῖδες οἱ γέροντες.*

Schol. ad Plat. Axioch. 465 ex prioribus Nubibus citat. Nos verba in traditae fabulae v. 1417 legimus. — cf. cap. III.

6.

A. *πῶς οὐ δέχονται δῆτα τῇ νουμηνίᾳ*
*ἀρχαὶ τὰ πρυτανεῖ', ἀλλ' ἔνῃ τε καὶ νέᾳ;*
B. *ὅπερ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί μοι ποιεῖν.*
*ὅπως τάχιστα τὰ πρυτανεῖ' ὑφελοίατο,*
*διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν ἡμέρᾳ μιᾷ.*

Ath. 4, 171 c. ex Nub. I citat. Nos hodie hos versus vv. 1196 sqq. legimus. — cf. cap. III.

7.

*οὐ μετὸν αὐτῷ.* Suidas. In Eccl. 667 exstare monuit Dindorf.

8.

Schol. Pac. 347: *Φορμίωνος μέμνηται ὁ κωμικὸς ἐν Ἱππεῦσι καὶ Νεφέλαις καὶ Βαβυλωνίοις.*

9.

*ζυμήσασθαι*, Bekker Anecd. 98, 1. Fritzsche *ζημιώσασθαι.* Kock: ant *ζυμώσασθαι* (Alexid. Ath. 9, 383 c. v. 8) aut *ζωμεύσασθαι* (Ar. frg. 591) scribendum videtnr.

10.

*κόλασμα*, Bekker An. 105, 2.

11.

*μετεωρολέσχας*, Schol. Pac. 92. cf. Nub. 360.

12.

*ἠπίαλος.*

*τὸ πρὸ τοῦ πυρετοῦ κρύος. Ἀρ. Νεφέλαις καὶ Θεσμοφοριαζούσαις.* Schol. Vesp. 1038 et ibidem: *πέρυσι γὰρ τὰς Νεφέλας ἐδίδαξεν, ἐν αἷς τοὺς περὶ Σωκράτην ἐκωμῴδησεν. ἠπιάλους δὲ αὐτοὺς ὠνόμασεν, ὡς (εἰς) ὠχρότητα παρασκώπτων*, „quae et ad Vesp. versum et ad Nnbes pertinere possunt“. Kock.

Contra Bergk (Mein. Com. II, 1113) hoc *ἠπίαλοι* et *πυρετοί* in Vesp. vv. 1037 sqq.[1])

1037 *φησίν τε μετ᾽ αὐτοῦ*
*τοῖς ἠπιάλοις ἐπιχειρῆσαι πέρυσιν καὶ τοῖς πυρετοῖσιν,*
*οἳ τοὺς πατέρας τ᾽ ἦγχον νύκτωρ καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον,*
*κατακλινόμενοί τ᾽ ἐπὶ ταῖς κοίταις ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν ὑμῶν*
*ἀντωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας συνεκόλλων,*
*ὥστ᾽ ἀναπηδᾶν δειμαίνοντας πολλοὺς ὡς τὸν πολέμαρχον*

non male ad Holcades rettulit; nam v. 1039 ad Nubes omnino non quadrat, sed potest referri ad sycophantas, qui ut Cleonis satellites in Holcadibus irrisi esse videntur. Quo posito sequitur Holcades eiusdem anni, cuius Dionysiis Nubes priores datae sunt, Lenaeis esse commissas.

---

[1]) Utor editione Bergkiana.

## II. Fabula ipsa.

### Cap. I. Fabulae exitus; prologus.

1. *τὸ τελευταῖον, ὅπου καίεται ἡ διατριβὴ Σωκράτους:* v. 1483—1510.

Auctor hypotheseos ultimis verbis dicere videtur fabulae exitum omnino retractatum esse, ut omnino nibil prioris exitus servatum inveniamus. Accuratius videamus.

ΣΤΡ. ὀρθῶς παραινεῖς οὐκ ἐῶν δικορραφεῖν,
ἀλλ᾽ ὡς τάχιστ᾽ ἐμπιμπράναι τὴν οἰκίαν
τῶν ἀδολεσχῶν. δεῦρο, δεῦρ᾽, ὦ Ξανθία,
κλίμακα λαβὼν ἔξελθε καὶ σμινύην φέρων,
κἄπειτ᾽ ἐπαναβὰς ἐπὶ τὸ φροντιστήριον
τὸ τέγος κατάσκαπτ᾽, εἰ φιλεῖς τὸν δεσπότην,
ἕως ἂν αὐτοῖς ἐμβάλῃς τὴν οἰκίαν·
ἐμοὶ δὲ δᾷδ᾽ ἐνεγκάτω τις ἡμμένην,
κἀγώ τιν᾽ αὐτῶν τήμερον δοῦναι δίκην
ἐμοὶ ποιήσω, κεἰ σφόδρ᾽ εἴσ᾽ ἀλαζόνες.
ΜΑΘ. Α. ἰοὺ ἰού.
ΣΤΡ. σὸν ἔργον, ὦ δᾴς, ἱέναι πολλὴν φλόγα.
ΜΑΘ. Β. ἄνθρωπε, τί ποιεῖς;
ΘΕΡ. ὅτι ποιῶ; τί δ᾽ ἄλλο γ᾽ ἢ
διαλεπτολογοῦμαι ταῖς δοκοῖς τῆς οἰκίας.
ΜΑΘ. Γ. οἴμοι, τίς ἡμῶν πυρπολεῖ τὴν οἰκίαν;
ΣΤΡ. ἐκεῖνος, οὗπερ θοἰμάτιον εἰλήφατε.
ΜΑΘ. Δ. ἀπολεῖς ἀπολεῖς.
ΘΕΡ. τοῦτ᾽ αὐτὸ γὰρ καὶ βούλομαι,
ἢν ἡ σμινύη μοι μὴ προδῷ τὰς ἐλπίδας,
ἢ 'γὼ πρότερόν πως ἐκτραχηλισθῶ πεσών.
ΣΩ. οὗτος, τί ποιεῖς ἐτεόν, οὑπὶ τοῦ τέγους;
ΣΤΡ. ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.
ΣΩ. οἴμοι τάλας, δείλαιος ἀποπνιγήσομαι.
ΜΑΘ. Ε. ἐγὼ δὲ κακοδαίμων γε κατακαυθήσομαι.
ΣΤΡ. τί γὰρ μαθόντες τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε,
καὶ τῆς Σελήνης ἐσκοπεῖσθε τὴν ἕδραν;

---

[1]) 1495. 6. et 1499—1501 Bergkius *θεράποντι* tribuit, vulgo Strepsiadis sunt. 1493. 95. 97. 99. uni eidemque discipulo assignavit Bergkius, idem 1505 Chaerephonti discipulum substituit, 1508. 9. choro tribuit.

*ΧΟΡ.* *δίωκε, βάλλε, παῖε πολλῶν οὕνεκα,*
*μάλιστα δ' εἰδὼς τοὺς θεοὺς ὡς ἠδίκουν.*
*ἡγεῖσθ' ἔξω, κεχόρευται γὰρ μετρίως τό γε τήμερον ἡμῖν.*

Strepsiades postquam cousilium meditatorii combureudi coepit (1483. 4), Xauthiam servum ascias et dolabram efferre iubet (1485. 6), ut meditatorii tectum ille ascendat et detegat (1487—89); contra sibi ipsi lampadem poscit ad aediculas iuflammandas (1490—92). Haec igitur est coudicio scaeuae sequeutis, ut servus iu tecto, erus humi sit. Erumpuut cum maguis lameutatiouibus complures[1]) deinceps discipuli et Socrates (1502) eisque interrogautibus respoudet is, qui iu tecto est, et alia et v. 1496:

*διαλεπτολογοῦμαι ταῖς δοκοῖς τῆς οἰκίας*

versumque 1503:

*ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.*

Iu tecto autem est servus; servus igitur hos versus prouuntiare debet. Sed uou potest servus eos proferre; nam cum ludibrio tales coudicioues vel status siguificaut, quos tautum Strepsiades uovit; v. 1503 enim repetit versum 225, quem Socrates Strepsiadi respouderat, et v. 1496 ad vv. 319—321 spectat, ubi item Socrates et Strepsiades collocuti eraut. Discrepantiam igitur hoc loco invenimus: secundum huius totius scaeuae condiciones servus hos versus (1496 et 1503) dicere debet, secuudum horum ipsorum versuum coudicioues nemo nisi Strepsiades pronuntiare potest. Quam discrepautiam duabus Nubium tractatiouibus effectam esse manifestum est, et cum VI. hypothesis exitum omniuo retractatum esse testetur, vel ob id ipsum omnia cetera alteri, hos duos versus 1496 et 1503 priori fabulae attribuere uon dubito. Versum 1503 autem priori fabulae adsiguandum esse aliud quoque testimouium est. Versum 225 euim, quem v. 1503 repetit, Plato iu Apologia citat et Platouis verba ad datas, i. e. priores Nubes spectare persuasum habeo.[2])

[1]) Equidem v. 1493. 5. 7. 9. 1505. non ab eodem discipulo pronuntiari contra Bergkinm puto.

[2]) *ταῦτα γὰρ ἑωρᾶτε καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ, Σωκρατη τινα ἐκεῖ περιφερόμενον, φάσκοντά τε ἀεροβατεῖν καὶ αλλην*

Si autem sic res se habet, sequitur in prioris fabulae exitu Strepsiadem ipsum tectum detexisse.[1])

Videatur igitur hypotheseos auctor repreheudendus, quod, ut de parabasi et de oratorum certamine, ita de fabulae exitu referat: *ἤμειπται*. Sed accuratius verba examinanti ita non videbitur. Neque enim dicit: *ἡ ἔξοδος ἤμειπται* vel simile quid, sed hoc oratiouis anfractu utitur: *τὸ τελευταῖον, ὅπου καίεται ἡ διατριβὴ Σωκράτους*. Hic quasi pondus dictionis in verbo *καίεται* positum esse mihi quidem videtur; dicit auctor hypotheseos uovitatem exitus esse meditatorium iuceudio combustum.

## 2. *Κρεμάθρα:* v. 218 sqq.

Ex hoc fabulae exitu facili quasi quodam passu ad aliam scaenam traducimur. Nempe si quidem iu priore fabula Strepsiadem in tecto fuisse tectumque detexisse ostendimus, imprimis a versu 1503

*ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον*

orsi, nonne statim quaerimus, quauam iu condicione Socrates versatus sit, cum euudem versum (225), quo usus Strepsiades iu extrema fabula Socrati illudit, ad Strepsiadem pronuutiavit? Sed iu quouam alio statu Socrates, cum in extremo prologo haec verba fecit, versari potuit nisi in simili atque Strepsiades, cum Socratem voce illius ipsius propria ludibrio habet? Sequitur igitur etiam Socratem hunc versum proferentem aut iu tecto aut iu eiusmodi sublimi statu versari. Confirmatur autem atque

*πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα* etc. Plato dicit *ἑωρᾶτε*, et omnino magis consentaneum est eius fabulae, quam omnes oculis suis spectaverant, memoriam indicibus revocasse Platonem quam eius, quam fortasse pauci ex eis legendo noverant.

Cf. etiam: Kock l. l. pag. 34 sq.

[1]) Cetera praeter hos duos versus quod alteri fabulae adimam non habeo; nam etiam v. 1499—1501, quos ipsos quoque ad Strepsiadem tectum detegentem forsitan rettuleris, melius ad servi sermonem quadrant; v. 1498 autem iacturam affert pallii, quod in fabulae traditae v. 497 exuere Strepsiades iussus erat.

Ceterum totam difficultatem iam Weyland vidit, sed non recte solvit (l. l. pag. 40 sqq.), cum vv. 1487—89 alteri fabulae adimeret, v. 1496 et 1503 attribueret.

temperatnr haec couclusio versus 218 verbis: *οὗτος οὑπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ.*

De *κρεμάθρα* paulo accuratius agam. V. 869, ubi hic locus significatur, propter metrum forma *κρεμάστρα* defenditur. Moeris pag. 242 *κρεμάθρα* Atticam, *κρεμάστρα* vnlgarem formam esse tradidit.

Vocabulum ante Aristophanem atque hunc locum nondum invenitur. Post Aristophanem legimus *κρεμάθρα* in Aristot. Rhet. 3, 11: *εἴ τις φαίη ἄγκυραν καὶ κρεμάθραν*[1]) *τὸ αὐτὸ εἶναι· ἄμφω γὰρ ταὐτό τι, ἀλλὰ διαφέρει τῷ ἄνωθεν καὶ κάτωθεν*: hic igitur funis ancorarius (sic Stephanus in Thesauro) vel hamus, a quo aliquid pendet (sic Cope in Rhetor. edit.), intellegendus est.

Deinde in Theophr. H. Pl. 3, 16, 4 legimus: *τὰ δὲ ἄνθη πέφυκεν ἀπὸ μιᾶς κρεμάστρας ἐπ' ἄκρων:* hic igitur fructus pediculns intellegendus est.

Si utramque verbi notionem coniunximus, eam notionem accipimus, qua verbum hoc loco adhibitum videmus. Apud Aristotelem *κρεμάστρα* significat funem, apud Theophrastum tale quid, quo alia ad aliam rem, a qua pendet, affigatur: hoc igitur loco *κρεμάθρα* significat funem vel funes, quibus Socrates dependet a trabe; ut paucis dicam, significat: *μηχανή*, „die Schwebemaschine", qua Socrates in sublimi tenetur, suspenditur.[2])

Atque haec explicatio fulcitur schol. v. 218: *παρεγκύκλημα. δεῖ γὰρ κρεμᾶσθαι τὸν Σωκράτην ἐπὶ κρεμαστῇ καθήμενον .... Κρεμαστὴ δὲ λέγεται διὰ τὸ οὕτως αὐτὴν ἀεὶ μετέωρον εἶναι κρεμαμένην. γελοίου δὲ χάριν ἐν τῷ τοιούτῳ παρήγαγεν αὐτὸν σχήματι.*

Ceterum non solum Socratis illudendi causa, id quod scholiasta dicit, sed etiam *μηχανῆς*, tragoediae machinae, irridendae gratia Aristophanem hoc invenisse puto. Velnti eandem tragoediae machinam ludibrio habet, cum in Pace Trygaeum rusticum cantharo vehentem et ad caelum volantem inducit, ut Euripidis

---

[1]) sic editio Acad. Bor., tres codd. *κρεμάστρα* (Q $Y^b$ $Z^b$).

[2]) cf.: Dörpfeld u. Reisch, Das Dionysostheater zu Athen, pag. 229; deinde Kockii et Kähleri adnott. ad v. 218.

Bellerophoutem Pegaso vehentem cum ludibrio imitetur; deinde cf. eiusdem Pacis vv. 174—176.[1])

### 3. *Φροντιστήριον.*

Hoc igitur modo Socratem in priore fabula per *μηχανήν* in sublimi extra domum spectatum esse vidimus. Sed etiam alia via idem cognoscemus. Ex versu enim 195:

*ἀλλ' εἴσιθ', ἵνα μὴ 'κεῖνος ὑμῖν ἐπιτύχῃ,*

quo a discipulo ceteri discipuli introire iubentur, ne ille, i. e. Socrates, eis occurrat, Socratem extra meditatorium esse necessario nobis colligendum est. Accuratius igitur totum locum pertractare mihi liceat.

vv. 181—217.

181 *ΣΤΡ.* *ἄνοιγ' ἄνοιγ' ἀνύσας τὸ φροντιστήριον,*
*καὶ δεῖξον ὡς τάχιστά μοι τὸν Σωκράτην.*
*μαθητιῶ γάρ· ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν.*
*ὦ Ἡράκλεις, ταυτὶ ποδαπὰ τὰ θηρία;*

---

[1]) v. 226 Strepsiades iocose pro *ἀπὸ κρεμάθρας* dicit: *ἀπὸ ταρροῦ* i. c. von der Käsedarre aus. Cf. schol.: *Ἀττικῶς τὰ ἐξ οἰσύων πλέγματα οὕτω καλεῖται. τοὺς γὰρ καλάθους τοὺς γεωργικοὺς, ταλάρους καλοῦσι· νῦν δὲ τὴν κρεμάθραν οὕτως ἐκάλεσεν, ἐφ' ἧς Σωκράτης ἐκρέματο.*

Eodem spectat schol. v. 218: *κρεμάθρα δὲ λέγεται, διὰ τὸ μετέωρον εἶναι αὐτὴν κρεμωμένην. ἔστι δὲ σκεῦος, εἰς ὃ τὰ περιττεύοντα ὀψα εἰώθαμεν ἀποτίθεσθαι.* Ceterum hic scholiasta loquitur, quasi Socratem re vera in *ταρρῷ* spectatum esse putaverit: si putavit, erravit, (idemque erravit atque Schoenborn, die Skene der Hellenen, pag. 346). Nam cave obliviscaris Socratem extra domum esse, quippe quod ex Strepsiadis in fabulae exitu condicione sequatur; praeterea absurdum esset, si intra domum, ubi *ταρρός* pendet, solem circumspiceret. Imprimis vero cf., quod supra in hac pag. dictum est.

Alius scholiasta, num *ἀπὸ ταρροῦ* legerit, dubium videtur, cum adnotet: *ταρρὸς μετέωρόν ἐστι ἰκρίον, ἐφ' ᾧ ἀλεκτορίδες κοιμῶνται.* Haec explicatio ad *ταρρός* non quadrat, quadrat ad *πέτευρον.* Accedit, ut Pollux X, 156 dicat: *πέτευρον δέ, οὗ τὰς ἐνοικιδίας ὄρνιθας ἐγκαθεύδειν συμβέβηκεν, Ἀριστοφάνης λέγει ὥσπερ καὶ κρεμάστραν ἐν ταῖς Νεφέλαις.*

Uterque *ἀπὸ πετεύρου* legisse videtur, quod Buecheler (i. l. pag. 686, adn. 3) Rankium secutus textu recipiendum censuit.

Certe *κρεμάθρα*, sive v. 226 cum *ταρρῷ* sive cum *πετεύρῳ* comparabatur, non „Hängekorb“ vertenda est, id quod ex Aristotelis et Theophrasti locis sequitur.

ΜΑΘ. τί ἐθαύμασας; τῷ σοι δοκοῦσιν εἰκέναι;
ΣΤΡ. τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι, τοῖς Λακωνικοῖς·
ἀτὰρ τί ποτ' ἐς τὴν γῆν βλέπουσιν οὑτοιί;
ΜΑΘ. ζητοῦσιν οὗτοι τὰ κατὰ γῆς.
ΣΤΡ. βολβοὺς ἄρα
ζητοῦσι· μή νυν τοῦτό γ' ἔτι φροντίζετε·
ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἵν' εἰσὶ μεγάλοι καὶ καλοί.
τί γὰρ οἵδε δρῶσιν οἱ σφόδρ' ἐγκεκυφότες;
ΜΑΘ. οὗτοι δ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον.
ΣΤΡ. τί δῆτ' ὁ πρωκτὸς ἐς τὸν οὐρανὸν βλέπει;
ΜΑΘ. οὗτος καθ' αὑτὸν ἀστρονομεῖν διδάσκεται.
ἀλλ' εἴσιθ', ἵνα μὴ 'κεῖνος ὑμῖν ἐπιτύχῃ.
ΣΤΡ. μήπω γε, μήπω γ'· ἀλλ' ἐπιμεινάντων, ἵνα
αὐτοῖσι κοινώσω τι πραγμάτιον ἐμόν.
ΜΑΘ. ἀλλ' οὐχ οἷόν τ' αὐτοῖσι πρὸς τὸν ἀέρα
ἔξω διατρίβειν πολὺν ἄγαν ἐστὶν χρόνον.
Σ. πρὸς τῶν θεῶν, τί γὰρ τάδ' ἐστίν; εἰπέ μοι.
Μ. ἀστρονομία μὲν αὑτηί. Σ. τουτὶ δὲ τί;
Μ. γεωμετρία. Σ. τοῦτ' οὖν τί ἐστι χρήσιμον;
Μ. γῆν ἀναμετρεῖσθαι. Σ. πότερα τὴν κληρουχικήν;
Μ. οὔκ, ἀλλὰ τὴν σύμπασαν. Σ. ἀστεῖον λέγεις.
τὸ γὰρ σόφισμα δημοτικὸν καὶ χρήσιμον.
Μ. αὕτη δέ σοι γῆς περίοδος πάσης· ὁρᾷς;
αἵδε μὲν Ἀθῆναι. Σ. τί σὺ λέγεις; οὐ πείθομαι,
ἐπεὶ δικαστὰς οὐχ ὁρῶ καθημένους.
Μ. ὡς τοῦτ' ἀληθῶς Ἀττικὴ[1] τὸ χωρίον·
Σ. καὶ ποῦ Κικυννῆς εἰσιν οὑμοὶ δημόται;
Μ. ἐνταῦθ' ἔνεισιν. ἡ δέ γ' Εὔβοι', ὡς ὁρᾷς,
ἡδὶ παρατέταται μακρὰ πόρρω πάνυ·
Σ. οἶδ'· ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους.
ἀλλ' ἡ Λακεδαίμων ποῦ 'στιν;
Μ. ὅπου 'στίν; αὑτηί.
Σ. ὡς ἐγγὺς ἡμῶν. τοῦτό νυν φροντίζετε,
ταύτην ἀφ' ἡμῶν ἀπαγαγεῖν πόρρω πάνυ.
Μ. ἀλλ' οὐχ οἷόν τε. Σ. νὴ Δί', οἰμώξεσθ' ἄρα.

---

[1]) ego, quod a Wilamowitzio in proseminario Gottingensi didici, pro Ἀττικόν; item antea Dobraeus.

Strepsiades a discipulo petit, ut meditatorium aperiat (181. 183). Deinde porta aperta magna cum admiratione complures discipulos in miris statibus esse[1]) videt; alii enim humi spectant (187), alii proni stant, ut *πρωκτὸν* sursum dirigant (191, 193). Omnes discipuli autem ipso initio (185, 186) (propter pallidum certe colorem) cum captivis Lacedemoniis Pylo abductis comparantur. Apparet igitur hos versus priori fabulae esse adsignandos, cum Aristophanes hoc nonnisi paulo post rem Pylensem (425), h. e. anno 423 in fabula commissa commemorare posset.

Deinde (195—199) discipuli introire iubentur. Hoc permirum est, nam omnia, quae in vv. 184—194 geruntur, intra domum geri Strepsiadem aperta porta videre apparet. Hic igitur difficultatem invenimus: discipuli intra meditatorium sunt et introire iubentur.

Statim altera difficultas accedit. Nam in omnibus comoediis et Graecis et Latinis res non intra, sed extra domum plerumque geritur. Quomodo igitur Strepsiades hic ea spectat, quae intra meditatorium aguntur?

Denique tertia difficultas accedit. Nam quamvis male vv. 195—199 ad eos, qui antecedunt, quadrent, tamen illud certe ostendunt scaenam esse finitam; deinde nos Strepsiadem tandem Socratem convenire haud scio an exspectemus, praesertim cum iam v. 182 a discipulo petiverit, ut sibi magistrum monstraret. Sed nihil eiusmodi; immo vero scaena denuo incipitur; Strepsiades complures tabulas, astronomicam (200 sq.) et geographicam (206 sqq.), et instrumentum, quo quis terram metiatur (*γεωμετρία*, v. 202 sqq.), aspicit.

Tres igitur difficultates in hac scaena invenimus: primam eam, quod discipuli intra domum sunt et introire iubentur; alteram, quod Strepsiades hic ea spectat, quae intra domum geruntur; tertiam, quod scaena a. v. 200 denuo incipitur.

Primam difficultatem iam Köchly et Kock viderunt atque solvere conati sunt (Köchly, Akadem. Reden und Vorträge, pag. 423; Kock l. l. pag. 42). Putabant enim vv. 195—199,

[1]) Discipulos in his statibus iam ab initio spectari verba docent. Itaque falsa est scholiastae sententia (ad 195): *κατὰ τὸ σιωπώμενον, ἄλλων ἐξεληλυθότων ἐκ τοῦ φροντιστηρίου*, et Heidhuesii (l. l. pag. 35. 36), quorum uterque discipulos hic a domo procurrere censet.

qui conexum tam male interrumperent, tollendos atque priori fabulae esse addicendos. Sed hoc falsum esse facile intellegetur. Nempe si vv. 195—199 sententiarum conexum interrumpentes prioris fabulae sunt, omnia cetera alteri fabulae adsignanda sunt, veluti etiam vv. 185, 186. Atqui hos versus profecto iam prioris fabulae fuisse supra demonstrabam. Praeterea vero tertia difficultas (cf. infra) eo modo non tollitur. Itaque horum virorum sententia abicienda est.

Alteram difficultatem iam Buecheler vidit beneque exposuit (l. l. p. 667 sqq.); praeterea viderunt atque solvere conati sunt Schoenborn, Zielinski, Bodensteiner.

Atque primum quidem Schoenborn (Die Skene der Hellenen, pag. 346 sq.) meditatorium sic explicat: „Das Phrontisterion denke ich mir als einen Schuppen, der nach vorn hin offen und von der Strasse durch einen kleinen Hof gesondert war; in der Hofmauer aber befand sich ein grosser Thorweg“; porta aperta Strepsiadem introspexisse. Sed eum iam Buecheler (l. l. pag. 669) rectissime refutavit. Nam cum haec meditatorii forma ac species omnino non ad domus Graecae consuetudinem accomodata est, tum Schoenbornii sententia Strepsiades in porta aperta stat et ab hoc loco res interiores aspicit, etsi Strepsiadem non procul videre, sed prope ea, quae videt, stare apparet (cf. v. 206).

Haud dissimili modo nuper Bodensteiner (19. Supplbd. d. N. Jhrb. für Philol. u. Pädag., pag. 662) „ein Auseinanderziehen der Coulissen“ statuit. Sed hoc per se ipsum mihi non veri simile videtur, quia omnes res domesticas alio modo monstratas esse confido (id quod etiam Schoenbornii sententiae obstat), deinde manet prima et tertia difficultas, sicuti etiam Schoenbornii sententia accepta.

Etsi aliam, tamen non rectiorem viam Zielinski ingressus est (Gliederung der altatt. Komödie, pag. 35 sq.). Sic enim explicat: „Die beiden Häuser, deren Inneres uns nirgends gezeigt wird, dürfen wir uns als blosse Dekoration vorstellen, und zwar am wahrscheinlichsten — wenigstens am befriedigendsten — so, dass die Wohnung des Strepsiades etwa die linke Seitenconlisse bildete, das Philosophenhaus dagegen sich rechts im Hintergrunde befand. Den ganzen Bühnenraum zwischen dem

letzteren nnd der Orchestra nahm das Gärtchen ein, welches vom Hanse des Strepsiades durch eine Gasse geschieden war; diese zog dann am Hause des Sokrates vorüber und verlor sich im Hintergrunde. Ausserdem war das Gärtchen gegen den Zuschauerraum zn von einer mässig hohen Mauer umhegt, welche bei V. 184 entfernt wnrde (quem murnm non omnino necessarinm esse in adnotatione addit). Das Philosophenhaus selber hatte von der Gasse her keinen Zugang; seine Hauptthür ist unsichtbar, nnd wir haben nns zu denken, dass sie nach der Strasse führte, die im Hintergrnnde, vom Hanse verdeckt, unsere Gassc aufnahm; dagegen war das Gärtchen von der Gasse aus durch eine Hinterthür zugänglich.

Bei V. 184 geht die Thür (hortuli) anf, nnd zugleich wird die Mauer im Vordergrunde weggeräumt, so dass der Garten Strepsiades sowie den Zuschanern sichtbar wird. ..... erst mit V. 509 begeben sich die beiden Männer ins Hans." Atqne similiter nonnnllas alias fabulae partes in horto agi conicit.

O hanc multiplicem rei scaenicae rationem! — si modo res sic se haberet. Sed hunc gravem errorem esse manifestum est. Nam in qua comoedia ant Graeca ant Romana res in horto agitur? Immo vero in Graecorum et Romanorum comoediis res in via ante domnm geritur. Praeterea qnonam tandem loco poëta quicqnam de horto dicit? An τὸ φροντιστήριον — nam id Strepsiades v. 181. 183. aperiri inbet — hortum esse per se ipsum perspicunm est? Deinde tabnlae astronomica et geographica in horto qnid sibi volunt? Deniqne ne illnd qnidem rectum est nos aediculas „als blosse Decoration" putare debere; nam Socratis certe meditatorinm solidum aedificium est, qnoniam eius tectnm in priore fabnla Strepsiades, in altera servus ascendit et detegit.

Alteram igitur difficnltatem nt tolleret, ne hnic quidem contigit.

Denique tertiam difficnltatem nemo adhnc vidit, neque tamen negari potest. Immo vero, si accnratins videris, non solnm a v. 200 rem denno incipi intellexeris, sed etiam alia aliis in his dnabns scaenis respondere cognoveris: v. 201 respondet versni 194 (ἀστρονομία — ἀστρονομεῖν), vv. 202. 203 versui 188 (γεωμετρία, γῆν ἀναμετρεῖσθαι — ζητεῖν τὰ κατὰ

γῆς). Apparet igitur nobis hic duas scaenas dignoscendas esse vel potius eandem scaenam duplici forma agnoscendam; utra priori, utra alteri fabulae adsignanda sit, secundum ea, quae supra disserui, dubium esse iam non potest: propter rem Pylensem commemoratam priorum Nubium vv. 184—199, alterarum 200—217 habendi sunt.

In utraque scaena Strepsiades ea spectat, quae intra meditatorium geruntur: quomodo? Videlicet eo modo,[1]) quo semper in Graecorum fabulis res intestinae, domesticae ostenduntur: per eccyclema[2]) evolutum.

Sed etiamsi quis hoc modo alterius fabulae scaenam (200—217) actam esse concesserit, prioris forsitan non concesserit; nam vv. 195—199 perspicue discipuli introire iubentur, quamquam ea, quae in eccyclemate geruntur, intra domum geri nobis fingendum est. Hoc recte se habet, sed tamen eccyclema non perperam statuitur. Nempe hic poëta eadem comoediae libertate utitur, qua in Acharnensibus, Equitibus, Thesmophoriazusis Euripidem, Cleonem, Agathonem ac in eccyclemate evolvi iubentes

[1]) Falso igitur vel non plane loquitur schol. ad. v. 184. 187. 218., semper de Strepsiade verbo εἰσελθεῖν usus.

[2]) Neckel (das Ekkyklema, Progr. des Gymnas. zu Friedland i. M., pag. 7), sicuti iam Buecheler (l. l. pag. 668), in Nubibus eccyclema adhibitum esse negat, quod totae aedes in eccyclemate numquam ostendantur; sed si omnino haec machina ad res intestinas spectandas in usu erat, non intellego, quidni etiam instrumenta vel alia, quae intus necessaria erant, in eccyclemate esse potuerint. (Similiter Bodensteiner l. l. pag. 662). cf. etiam Thesmoph. —

Ceterum hic non locus est plenius de eccyclemate agendi; fortasse posteriore tempore continua commentatione de eccyclemate disserere conabor. Illud tantum hoc loco dico me tenere, eccyclema fuisse machinam, quae rotis evolvebatur quaque res intestinae et domesticae ostendebantur; adhibebatur ab Aeschylo, Sophocle, Euripide, atque ab Aristophane ipso quoque adhibenti irridebatur.

Virorum doctorum de eccyclemate sententiae valde inter se differunt:

cf.: A. Müller, Lehrbch. der griech. Bühnenaltert., 142 sqq.; Neckel l. l.; uterque citat et ea, quae veteres grammatici de eccycl. tradiderunt, et ea, quae superiores recentis aetatis viri docti de eo scripserunt; Dörpfeld, Berl. Phil. Wochschr., 1890, pag. 1434. 1537; Bodensteiner l. l.; Bethe, Prolegomena, 100—129; Robert, Herm. 31, p. 530 sqq. (Aias, Eirene, Prometheus); Dörpfeld-Reisch, d. att. Theater, p. 234 sqq.

eccyclematis irridendi causa fecit, verbis usus hisce: *ἐκκυκλεῖν, εἰσκυκλεῖν, εἴσω κυλίνδειν*[1]): simulationem scaenicam, quam ipse attulit, ipse rursus delet, sive eccyclematis irridendi causa sive soli libertati veteris comoediae indulgens; simul sine dubio *μηχανοποιῷ* signum revolvendi erat.

Habemus igitur, ut complectar, hic eandem scaenam duplici forma. In *priore* fabula *discipuli* in *eccyclemate* ostendebantur; *Socrates*, qui eos videre non debet, *extra* domum in *cremathra*, i. e. *μηχανῇ*, spectabatur. In altera fabula poëta non discipulos in eccyclemate ostendere voluit, sed — Socratem; nam veri simile videtur eum, qui Strepsiadi *ἀστρονομίαν, γεωμετρίαν, γῆς περίοδον* demonstrabat et explicabat, non illum discipulum versuum antecedentium, sed magistrum ipsum esse putandum. Itaque vv. 181. 183. prioribus Nubibus concedi possunt, v. 182. non potest, quoniam Socrates in priore fabula omnino non statim ostendebatur, sed ante v. 218 demum per *μηχανὴν* tollebatur. Denique inter priorum Nubium v. 194 et 195 lacuna statuenda est, cum profecto Strepsiades etiam plura ibi videret, et haec est altera causa, cur vv. 184—199 priori fabulae attribuendi sint; nam si de duabus huius fabulae scaenis, utra prioris, utra alterius fabulae sit, decernere cogamur, eam haud scio an prioris fabulae esse agnoscamus, in qua nonnulla deleta videntur.

### 4. *Στρεψιάδης καὶ μαθητής.*

Strepsiades senex, cum filius, ne apud Socratem artem in iustis iniustisque rebus vincendi disceret, recusaverit, ipse, etsi senectute confectus, disciplinam subire paratus portam meditatorii pulsat:

132 *Σ. ἀλλ' οὐχὶ κόπτω τὴν θύραν; παῖ, παιδίον.*
*Μ. βάλλ' ἐς κόρακας· τίς ἐσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν;*
*Σ. Φείδωνος υἱὸς Στρεψιάδης Κικυννόθεν.*

---

[1]) cf. Eq. v. 1249:
*κυλίνδετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα.*
Acharn. 408: *ἀλλ' ἐκκυκλήθητ'.*
409: *ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι.*
Thesm. 265: *εἴσω τις ὡς τάχιστά μ' εἰσκυκλησάτω.*

*Μ. ἀμαθής γε νὴ Δί', ὅστις οὑτωσὶ σφόδρα*
*ἀπεριμερίμνως τὴν θύραν λελάκτικας*
*καὶ φροντίδ' ἐξήμβλωκας ἐξευρημένην.*
*Σ. σύγγνωθί μοι· τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν.*
*ἀλλ' εἰπέ μοι τὸ πρᾶγμα τοὐξημβλωμένον.*
*Μ. ἀλλ' οὐ θέμις πλὴν τοῖς μαθηταῖσιν λέγειν.*
*Σ. λέγε νυν ἐμοὶ θαρρῶν· ἐγὼ γὰρ οὑτοσὶ*
*ἥκω μαθητὴς εἰς τὸ φροντιστήριον.*

Discipulus quidam iratus nomen pulsantis explorat et ineptum senem pulsando cogitationem confudisse ac turbasse queritur (133—137). Quaerimus, cuius cogitationem, et Strepsiades quoque quaerit; nam venia petita (138), ut discipulus *τοὐξημβλωμένον* narret, rogat (139). Discipulus paululum cunctatus (140—142) narrare incipit, sed omnino non *τοὐξημβλωμένον*; nam quod (143 sqq.) Chaerephontem Socrate iubente saltum pulicarem mensum esse narrat, hoc optime evēnit (v. 152: *ταύτας ὑπολύσας ἀνεμέτρει τὸ χωρίον*).

Deinde si discipulus *τοὐξημβλωμένον*, i. e. eam cogitationem, quam Strepsiades pulsando turbavisset, narrare voluisset, non Socratis cogitationem — huius cogitationis saltus pulicaris metiendi auctor erat Socrates (cf. v. 144) — proferre debebat; nam Socrates extra domum caelum solemque circumspiciebat.

Apparet igitur *τοὐξημβλωμένον* neque ad vv. 144 sqq. inventionem neque ad Socratis cogitationem pertinere posse, sed ad discipulorum vel huius, qui adest, discipuli considerationem. Unde sequitur nos hoc loco duplex eiusdem scaenae initium invenire. Et hic et illic cogitationes narrantur, sed hic (132 sqq.) discipulorum vel discipuli, illic (143 sqq.) Socratis; hic cogitatio pulsando turbatur, illic complures cogitationes bene absolutae inveniuntur (*ψύλλα, ἐμπίς, ἱμάτιον*) et praeterea — iterum turbata cogitatio; nam vv. 169—174 Socratem magna ac pulchra excogitatione per mostelam privatum esse comperimus.

Itaque dubium esse non potest, quin vv. 132—142 et 143—180 diversis fabulis attribuendi sint, et cum ea, quae vv. 143 sqq. de Socrate eiusque meditandi ratione narrantur, ad Socratem, qualis in priore fabula depingitur, ut virum rerum physicarum et caelestium studiosum ac minutarum et ridiculosarum quaestio-

num cupidum, optime quadrare videantur, vv. 143 sqq. priori fabulae,[1]) vv. 132—142 retractationi addicendi sunt; quo fit, ut inter 131 et 143 lacuna statuenda sit, in qua Strepsiades τὸν μαθητήν vocabat, non portam pulsabat; cf. Ach. 395.

Sed aliud huic rei obstare forsitan cuipiam videatur. Nempe in eis versibus, quos alteri fabulae addixi, etiam is est, quo Strepsiades nomen suum profitetur (v. 134); hunc autem quispiam priori fabulae adimere noluerit. Sed non merito fecerit. Quod ut probem, pauca de **nominibus Aristophaneis** disserere mihi liceat.

Plerumque[2]) Aristophanes eorum, qui in orchestram prodeunt, nomina, si ipsis verbis indicat — atque silentio praetermittit tantum eorum, qui persona ipsa cognoscebantur, veluti Herculis, aliorum nomina aut eorum, quibus quae sint nomina, nullius momenti est, veluti Boeoti, Megarensis, paranymphi (Ach.) saepius servorum, etc. — aut, antequam prodeunt, indicat, veluti in Eq. v. 42 et Vesp. v. 134. 5 servus domini nomen spectatoribus pronuntiat, aut, paulo postquam prodierunt, colloquio elicit, veluti in Lysistr. v. 6:

*Λ.* χαῖρ', ὦ Καλονίκη. *Κ.* καὶ σύ γ', ὦ Λυσιστράτη.

vel Thesm. v. 4:

ποῖ μ' ἄγεις, ὦ Εὐριπίδη;

vel Ran. v. 22:

ὅτ' ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος...

Sed interdum multo serius nomina proferuntur, veluti in Acharnensibus Dicaeopolis, qui ab initio in orchestra est, nomen profitetur in v. 406; in Avium v. 644.5 demum Euelpides et Pithetaerus nomina indicant, quamquam ab initio fabulae partes agunt; in Equitum v. 1258 demum Agoracritus nomen profitetur, qui in v. 150 primum prodit.

Itaque primum quidem omnino cogitari potest Strepsiadem in prioribus Nubibus nomen non iam post v. 131 indicavisse.

[1]) Tum sane quidem ἄρτι, quod nunc v. 243 legimus, in retractatione demum pro alio prioris fabulae verbo insertum esse sumendum est; nam modo non potest Socrates illam cogitationem habuisse, quoniam non intus est.

[2]) cf. Ed. Hiller, Einiges über Namengebung in d. griech. Dram., Herm. 8, 442.

Quod non solum potest cogitari, sed cogitandum est. Nomina enim Aristophanea, sive vera sive ficta, saepius talia sunt, ut sua significatione optime ad eius animum et indolem quadrent, cui id nomen est. Quae nomina aut sic formata sunt, ut per se ipsa intellegantur, aut sic, ut non per se ipsa intellegantur. Illa a poëta non explicantur, veluti *Δικαιόπολις*, *Φιλοκλέων*, *Βδελυκλέων*, *Εὐελπίδης*, *Πειθέταιρος*, *Λυσιστράτη*, *Καλονίκη*, *Πραξαγόρα*; haec a poëta explicantur, cum primum pronuntiantur, veluti in Acharn. v. 46 sq. *Ἀμφίθεος*; in Pac. v. 190.1. *Τρυγαῖος* (de *τρύγη*):

*Τρυγαῖος Ἀθμονεύς, ἀμπελουργὸς δεξιός,*
*οὐ συκοφάντης, οὐδ' ἐραστὴς πραγμάτων.*

in Eq. v. 1257. 8. *Ἀγοράκριτος*:

*Ἀγοράκριτος·*
*ἐν τἀγορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβοσκόμην.*

(cf. etiam nominis *Φειδιππίδης* explicationem in Nub. v. 625 sqq.).

Atqui *Στρεψιάδης* tale nomen est atque de *στρέφειν* deductum, atque ludibrium huius nominis bis in fabula tradita et significatur et explicatur: v. 434 Strepsiades *στρεψοδικῆσαι* se velle dicit et v. 1455

*στρέψας σεαυτὸν ἐς πονηρὰ πράγματα*

chorus ad Strepsiadem dicit.

Itaque nobis colligendum est Strepsiadem primum suum nomen profitentem nominis ludibrium significasse in priore fabula et, sicuti Dicaepolin in Acharnensibus non servo, sed Euripidi ero demum, ita Strepsiadem in prioribus Nubibus non discipulo,[1]) sed Socrati magistro demum nomen indicasse.

---

[1]) Semper eum, qui hoc loco cum Strepsiade colloquitur, discipulum appellavi, sicuti traditum est; sed cogitari certe potest hunc non discipulum, sed ostiarium esse putandum; nam illud, quod nonnulla quasi frusta sapientiae arrepta prae se fert, ad ostiarii, *θυρωροῦ*, consuetudinem bene accommodatum esse videtur.

Sed certe non cum Heldhueslo (l. l. pag. 20—22) Chaerepho ipse intellegendus est.

Atque hac occasione data statim adicio mea quidem sententia fieri potuisse, ut Chaerepho ne in priore quidem fabula partes ageret (ubi eum partes egisse nonnulli ex vv. 104. 144 sqq. 503. 1465. collegerunt).

5. *Στρεψιάδης καὶ Φειδιππίδης.*

Adhuc totum paene prologum pertractavi; cuius de initio et exitu ut pauca dicam, restat.

Atque primum quidem mihi nihil obstare videtur, quominus totam primam prologi partem usque ad v. 131 priori fabulae addicam, paucis versibus exceptis. Nam vv. 110—120 dittographiae, ut ita dicam, ratione in retractatione additos[1]) esse persuasum habeo. Nempe primum, si quidem Strepsiades v. 112 sq.

ἄμφω τὼ λόγω
τὸν κρείττον', ὅστις ἐστί, καὶ τὸν ἥττονα

dicit, hi versus et qui sequuntur ad illam scaenam spectare mihi videntur, in qua (vv. 889 sqq.) ἄμφω τὼ λόγω ut duo oratores in orchestram prodeunt; non dico Strepsiadem existimare τὼ λόγω sophistas esse, sed dico haec verba animos spectatorum quasi praeparare ad illam scaenam posteriorem, et cum hanc totam scaenam in retractanda fabula additam esse confidam,[2]) facile haud scio an suspicemur v. 110—120 una cum oratorum certamine postea esse adiectos, praesertim cum vv. 98 sqq.

οὗτοι διδάσκουσ' . . . .
λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἄδικα

et vv. 114 sqq.

τούτοιν τὸν ἕτερον τοῖν λόγοιν, τὸν ἥττονα,
νικᾶν λέγοντά φασι τἀδικώτερα.
ἢν οὖν μάθῃς μοι τὸν ἄδικον τοῦτον λόγον etc.

paululum inter se differant.

Praeterea vero v. 108 sq. et v. 121 optime inter se coniungi possunt, cum Phidippidis, adulescentuli splendidissimi, iusiurandum „οὐκ ἂν μὰ τὸν Διόνυσον" Strepsiadis, viri rustici, affirmatio „οὐκ ἄρα μὰ τὴν Δήμητρα" aptissime subsequatur.

---

Nam ii, qui spectabant, post scaenam etiam Chaerephontem disciplinam et institutionem Strepsiadis una cum Socrate adhibuisse in animis sibi fingere potuerunt; sed quid in spectatorum conspectu, quid in scaena duobus magistris opus erat? Equidem putaverim hos molestos fuisse futuros.

[1]) idem sentit Kock l. l. pag. 39. 40.

[2]) cf. VI. hyp. et cap. VII.

Denique addere mihi liceat versum 105 uimis abrupte prouuntiatum videri; exspectemus, ni fallor, amplius responsum, quo Socrates et Chaerepho paulo plenius describantur. Quod cum vv. 833—838 fieri videamus, suspicetur forsitan quispiam eos in priore fabula hic locum tenuisse, praesertim cum hoc bene ad VI. hypotheseos verba quadret: *καὶ ἐν τῇ τάξει.... μετεσχημάτισται.* Sed cum versus, quos dico, etiam eo loco, quo nunc invenimus, non inepte dicti esse videantur, rem diiudicare nolo, praesertim cum non magni momenti sit.

6. *Σωκράτης καὶ Στρεψιάδης:* vv. 222—245.

Socrates paululum cunctatus et causam in aëre[1]) volandi professus Strepsiade petente de cremathra descendit (238), i. e. summittitur, et Strepsiades, qua de causa venerit, exponit (239). Paulo ante nomen suum (cf. supra) indicavisse, i. e. inter v. 238 et 239, veri simile mihi videtur. Totius autem loci tantum v. 244. 5.

> *ἀλλά με δίδαξον τὸν ἕτερον τοῖν σοῖν λόγοιν*
> *τὸν μηδὲν ἀποδιδόντα.*

retractationi attribuendos censeo, quippe qui simillimi sint versibus 114. 5.

---

[1]) vv. 227—234. Diels in insigni commentatione (Leukipp und Demokrit, Verhandlungen der Stettiner Philol. Versammlung 1880, p. 105 sqq.) de his versibus accuratius egit atque probavit et has et alias physicas doctrinas, quas Aristophanes in Nubibus Socrati attribuit, re vera a Diogenis Apolloniatae doctrina esse derivatas, qui omnium mundi rerum principium statuebat aërem. Sicuti hic, etiam aliis locis Diogenis illius doctrinam irrideri Diels optime demonstravit: veluti v. 424 et 627 *τὸ Χάος*, „die Luft, nicht das Leere", et eodem versu 627 *Ἀναπνοή*, „das mit dem Denken identische Atemholen", commemorantur.

Quin etiam Nubium dearum ut „der weiblichen Vertreter des *Ἀήρ*" inventionem a Diogene Aristophanes duxit.

Et illud quoque mihi valde veri simile videtur, quod Diels putat, in priore fabula Diogenis doctrinae irrisionem multo magis einzisse quam hodie.


Brevius de vv. 227—234 Diels praeterea egit in Hermae vol. XXVIII, pag. 428 (Ueber die Excerpte von Menons Iatrika).

τούτοιν τὸν ἕτερον τοῖν λόγοιν, τὸν ἥττονα,
νικᾶν λέγοντά φασι τἀδικώτερα.
ἢν οὖν μάθῃς μοι τὸν ἄδικον τοῦτον λόγον etc.

quos paulo ante retractationis esse suspicabar.

Nunc igitur totam fere in priorum Nubium prologo actionem integram renovare possumus.

Scaenam sic institutam fuisse puto, ut in parte posteriore Socratis meditatorium et ab altero latere Strepsiadis domus spectaretur,[1]) id quod hac figura addita facilius perspicietur:




Strepsiades eiusque filius ante domum suam in publico sub divo dormitabant[2]) et postea colloquebantur (1—125), deinde cum filius domum introisset (125), pater ad meditatorium accessit et fortasse Socratem evocavit (126—131 et in lacuna); tum discipulus vel ostiarius egressus cum Strepsiade colloquebatur (143—180), dum post v. 181 Strepsiadi petenti res interiores meditatorii discipulique eccyclemate evoluto ostendebantur (181—199). Post v. 199 eccyclemate revoluto Strepsiades Socratem animadvertit, qui paulo ante v. 218 in cremathra, i. e. τῇ μηχανῇ sublatus erat. Discipulo vel ostiario post v. 221 in domum reverso Socrates usque ad v. 238 ἀπὸ τῆς μηχανῆς Strepsiadem docebat, quoad post v. 238 humi summissus est. Tum Strepsiades, cum fortasse ante v. 239 nomen professus esset, qua de causa venisset, exposuit (239—43).

Servati sunt ex prioris fabulae prologo versus hi:

| | |
|---|---|
| 1—105. | lacuna. |
| (834—838?) | 143—181. |
| 106—109. | 183—194. |
| 121—131. | lacuna. |

[1]) cf. Zielinski, Gliederung der altatt. Kom., pag. 35.
[2]) cf. Bethe, Prolegomena, pag. 196 in adnotatione.

| | |
|---|---|
| 195—199. | lacuna. |
| 218—238. | 239—243. |
| | lacuna. |

## Cap. II. Strepsiadis institutio.

*(σκίμπους, ἀσκάντης, ἱμάτιον, ἐμβάδες).*

*ΣΤΡ. μισθὸν δ' ὅντιν' ἂν*
*πράττῃ μ', ὀμοῦμαί σοι καταθήσειν τοὺς θεούς.*
*ΣΩ. ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; πρῶτον γὰρ θεοί*
*ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι.*
*ΣΤΡ. τῷ γὰρ ὄμνυτ'; ἢ*
*σιδαρέοισιν, ὥσπερ ἐν Βυζαντίῳ;*

Hi versus traducunt ad novam scaenam; postrema Strepsiadis verba non ita facile intelleguntur et propter grammaticam structuram et propter sententiam. „Die Götter sind bei uns nicht Münze." — „So? Womit wird denn geschworen? Etwa mit eisernen?" Exspectemus, ni fallor: „womit wird denn gezahlt?" Et videtur esse lusus verborum, ita ut *ὀμνύναι* cum dativo coniungatur tamquam *νομίζειν* hac notione: „zahlen", veluti: *οἱ Βυζάντιοι σιδηρῷ νομίζουσι, οἱ Καρχηδόνιοι σκύτεσι*, Aristid.

Deinde (vv. 250 sqq.) Socrates Strepsiadem, cum se res caelestes recte ac perspicue noscere et cum Nubibus sermonem inire velle dixerit, in sacro lectulo (*ἱερὸς σκίμπους*) considere iubet, et postquam discipulum farina constravit et obruit, sollemnibus obsecrationibus Nubes deas advocat, quibus precibus Nubes deae obsecutae cum sublimibus ac magnificis cantibus in orchestram ingrediuntur, ita ut prius carmen (275—290) extra orchestram canant, posteriore perfecto (299—313) post v. 313 in orchestram prodeant. Hac tota scaena Aristophanem mysteria quaedam irridere atque etiam verba vocesque et sacrum lectulum et farinam ex eiusmodi mysteriis desumpta esse Dieterich [1]) demonstravit.

*Σκίμπους* igitur ad hanc caerimoniam adhibetur. Quoniam, quando aut quomodo domo elatus sit, non comperimus, eum in

[1]) Rh. Mus. 1893, pag. 275—283.

prioris aut alterius fabulae eccyclemate elatum et, antequam eccyclema revolveretur, humi positum esse nobis putandum est.

Postea v. 632 sq. Strepsiadi a Socrate imperatur:

ΣΩ. ἔξει τὸν ἀσκάντην λαβών.
ΣΤΡ. ἀλλ' οὐκ ἐῶσί μ' ἐξενεγκεῖν οἱ κόρεις.

et paulo post (694 sqq.) Strepsiades in eo considere ac meditari iubetur, quamquam cimices eum vehementissime vexant.

Atqui σκίμπους et ἀσκάντης idem significant, ita ut v. 709 pro ἀσκάντης verbum σκίμπους inveniamus; significat utrumque verbum vel lectulum vel scamnum.

Itaque quaerimus, cur lectulus denuo efferendus sit, cum iamdudum extra domum in orchestra sit neque unquam eum rursus illatum esse audiamus. Discrepantia negari non potest.

Quamquam forsitan conieceris eum a Strepsiade v. 505 sqq. meditatorium intranti esse illatum. Sed Strepsiades v. 506 sqq. dicit:

ἐς τὼ χεῖρέ νυν
δός μοι μελιτοῦτταν πρότερον·

unde sequitur Strepsiadem nihil manibus secum ferre. Deinde aliud quoque forsitan quispiam dixerit. Nam si quid in spectatorum conspectu in usu fuit neque iam opus est, id a ministro theatrali silentio inferri nobis putandum est: veluti in Acharnensibus τὸ ἐπίξηνον et in Vespis omnia, quae ad rem iudicialem a Bdelycleone et Philocleone elata erant, et in hac quoque Nubium fabula τὸν ἀσκάντην meditatione absoluta. Quae si quis opposuerit, non ab omni parte ad σκίμποδα quadrare mihi videntur, quoniam lectulus post parabasin rursus in usu est.

Sed etiamsi quis, ut in Acharn., Vespis, aliis fabulis, ita in hac fabula lectulum ante parabasin a ministro theatrali silentio inferri et postea a Strepsiade rursus efferri existimaverit, tamen equidem σκίμποδα et ἀσκάντην eiusdem tractationis esse nego. Quanam de causa Strepsiades priore (v. 250) loco, postquam in lectulo consedit, non a cimicibus vexatur, posteriore loco (v. 694 sqq.) vehementissime vexatur?

Accedit aliud. Bis lectulus in eadem fabula adhibetur, hic ad sacram caerimoniam, illic ad meditandum. Num poëtam in inventione tam ingeniosum has duas tam inter se similes in-

ventiones in eadem fabula theatro praebuisse re vera putemus? Minime, immo vero manifestum est nos, id quod iam saepius in hac fabula invenimus, rursus eiusdem rei duplicem formam agnoscere et alteram formam priori fabulae, alteram retractationi esse adsignandam.

Sed utram prioris, utram alterius fabulae esse putemus?

Haec questio decerni non potest nisi aliā adhibitā. Nempe v. 497 sqq. Strepsiades, priusquam meditatorium intrat, ἱμάτιον exuere iubetur. Postea, v. 719, ἐν τῷ ἀσκάντῃ sedens queritur et alia et hoc

φρούδη δ' ἐμβάς.

Etiam τὰς ἐμβάδας igitur antea amisit, videlicet eodem loco, quo nunc ἱμάτιον ei eripitur, i. e. antequam domum Socratis intrat. Cum nos hodie hoc loco solearum iacturam iam non legamus, eam [1]) in priore fabula illo loco spectatam [2]) et in retractatione demum deletam esse nobis putandum est. Si autem sic res se habet, etiam v. 719 prioris fabulae iam fuit, et cum Strepsiades eum pronuntiet propter cimicum cruciatus, quos ἐν τῷ ἀσκάντῃ sedens fert, etiam ἀσκάντης eiusque cimices prioris fabulae inventio est habenda.

Itaque sequitur τὸν ἱερὸν σκίμποδα retractationi esse attribuendum.

Si autem ἀσκάντης eiusque cimices prioribus Nubibus adsignandi sunt, id quoque sequitur etiam totam scaenam, ubi Strepsiades ἐν τῷ ἀσκάντῃ sedens atque a cimicibus vexatus meditari cogitur (v. 694 sqq.), in priore fabula esse spectatam.

In huius scaenae versibus 722—745 Strepsiades saepius commodioris meditationis causa caput velare iubetur, ut omnem externam turbationem evitet. Caput autem velare non potest nisi τῷ ἱματίῳ; sequitur igitur pallio in priore fabula per hanc scaenam Strepsiadem indutum esse, neque, antequam domum Socratis intraret, amisisse; sed postea

---

[1]) cf. v. 103 sq. τοὺς ἀλαζόνας
τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις,
quod optime ad solearum iacturam quadrat.

[2]) nam Strepsiadem veste extra domum in spectatorum conspectu, soleis intra spoliatum esse, id quod Heidhues (p. 35 sq.) vult, non veri simile est.

etiam in prioribus Nubibus eum id amisisse nobis putandum est, propterea quod posteriore loco, vv. 856—859, qui certo priorum Nubium erant,[1] praeter solearum iacturam (858. 9.) etiam *ἱμάτιον* amissum commemoratur. Hinc sequitur *ἱμάτιον* Strepsiadi ademptum esse meditationis scaena absoluta, h. e. ut praemium institutionis. Non dico id solum institutionis praemium fuisse, sed id praemium fuisse dico, quod Strepsiades statim solvere coactus est, quoniam iam nihil aliud apud se habebat soleis antea ademptis. Utrum postea etiam plus domo ad Socratem attulerit necne, decerni iam non potest, sed id fieri potuisse negare nolo.

## VV. 497—509.

Itaque vv. 497—500:

*ΣΩ.* *ἴθι νυν, κατάθου θοἰμάτιον.*
*ΣΤΡ.* *ἠδίκηκά τι;*
*ΣΩ.* *οὔκ, ἀλλὰ γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται.*
*ΣΤΡ.* *ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔγωγ' εἰσέρχομαι.*
*ΣΩ.* *κατάθου, τί ληρεῖς;*

ubi Strepsiades *ἱμάτιον* exuere iubetur, rectractationi sunt attribuendi; in priore fabula hoc loco *ἐμβάδες* ei ademptae sunt, quasi[2]) in sacellum[3]) introiret.[3])

Et cum sacro specu Trophonii ipse Strepsiades in vv. 506 sqq. Socratis meditatorium comparat:

*ΣΩ.* *οὐ μὴ λαλήσεις, ἀλλ' ἀκολουθήσεις ἐμοὶ*
*ἀνύσας τι δεῦρο θᾶττον;*
*ΣΤΡ.* *ἐς τὼ χεῖρέ νυν*
*δός μοι μελιτοῦτταν*[4]) *πρότερον· ὡς δέδοικ' ἐγὼ*
*εἴσω καταβαίνων ὥσπερ εἰς Τροφωνίου.*
*ΣΩ.* *χώρει· τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν;*

ad illius specus, quod situm erat ad Lebadeam, visus nocturnos

[1]) cf. cap. III.

[2]) fortasse hoc ipsis verbis expressum erat.

[3]) cf. Preller, Gr. Myth. I, 389. (aliter Kekulé, die Rel. a. d. Balustr. der Ath. Nike).

[4]) de hac re cf. scholia ad hunc locum, veluti: *ἐπειδὴ δὲ ἀπαντῶσι δαίμονες καὶ ὄφεις καὶ ἄλλα τινὰ ἑρπετά, βαστάζουσι πλακοῦντά τινα, καὶ ῥίπτουσιν ἐπὶ τῷ ἐκφυγεῖν*, alia.

somnique species celeberrimas ii, qui descensuri erant, variis caerimoniis ac vigiliis parabantur, quo facto in taetrum atque horridum specu immersi vaporibus terrestribus sopiebantur ac per somnia varias species videbant, quas postea sacerdotes interpretabantur.[1]) Atque haec quidem comparatio per se ipsa ad Socratem, qualis in priore fabula depingitur, optime quadrat.

Versus, qui antecedunt, 500—504:

500 *ΣΤ.* εἰπὲ δή νύν μοι τοδί.
ἢν ἐπιμελὴς ὦ καὶ προθύμως μανθάνω,
τῷ τῶν μαθητῶν ἐμφερὴς γενήσομαι;
*ΣΩ.* οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος τὴν φύσιν.

possunt iam in priore fabula atque eodem loco auditi esse eodem iure, quo nunc in fabula tradita hic videmus.

Tum igitur v. 505 sq. Socrates Strepsiadem se sequi iussit et Strepsiades paululum cunctatus (506—508) Socratem secutus est, quasi ut post doctrinam ἐξωτερικὴν institutionem ἐσωτερικὴν acciperet.

vv. 627—745.

vv. 627 sqq. Socrates rursus exiens Strepsiadem τὸν ἀσκάντην efferre iubet, quod propter cimices fieri vix potest:

632. *Σ.* αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς·
ποῦ Στρεψιάδης; ἕξει τὸν ἀσκάντην λαβών.
*ΣΤ.* ἀλλ' οὐκ ἐῶσί μ' ἐξενεγκεῖν οἱ κόρεις·
*Σ.* ἀνύσας τι κατάθου, καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν.
*ΣΤ.* ἰδού.

Hi versus priorum Nubium sunt putandi, quoniam ἀσκάντης omniaque, quae ad eum pertinent, prioris fabulae inventionem esse paulo ante demonstravi.

Ceterum etiam versus, qui antecedunt, 627—31, quibusque Socrates Strepsiadis stultitiam atque oblivionem queritur, iam in priore fabula auditos esse nobis existimandum est propter v. 627:

μὰ τὴν Ἀναπνοήν, μὰ τὸ Χάος, μὰ τὸν Ἀέρα,

ubi rursus Diogenis Apolloniatae doctrina significatur atque irridetur: *Χάος* idem est atque *Ἀήρ, Ἀναπνοή*: „das mit dem Denken identische Atemholen", cf. annotat. pag. 28 [142].

[1]) cf. schol. et Pausan. 9, 39.

Fingit igitur poëta Strepsiadem intra domum nonnulla stulte respondisse et Socratem exire indignabundum. Hoc mea quidem sententia poëta bene finxit; nempe sic, cur iam institutio extra domum continuetur, intellegimus.

Ἀσκάντης elatus est: quam ob rem? Hoc docent vv. 694 sqq.: ut Strepsiades in eo sedens meditetur et, quid institutio profuerit, ostendat.

At in eis versibus, quos inter 635 et 694 legimus, neque ascantes neque meditatio ullo verbo tangitur, sed Strepsiades περὶ μέτρων, ῥυθμῶν, ἐπῶν a Socrate instituitur. His versibus (636—693), qui inter se aptissime optimeque cohaerent, fabulae actionem ac sententiarum conexum molestissime interrumpi iam alii[1]) intellexerunt. Luce clarius est etiam malam conexus rationem v. 694 οὐδὲν μὰ Δί' consideranti, vv. 636—693 in altera demum tractatione in hunc locum insertos eaque re vv. 694 sqq. a vv. 627—635, quibuscum optime cohaerent, esse diremptos. Illos versus autem (636—693), quos propter argutias ac subtilitatem quaestionum, quas continent, grammaticarum et propter vv. 847 sqq. et v. 1248[2]) proecdosi adimi nolim, ante parabasin et ante vv. 497 sqq. in prioribus Nubibus auditos esse censeo, praesertim cum antea inter parodum et parabasin, i. e. inter v. 477 et 510 plures quam triginta duos versus locum tenuisse manifestum sit.[3]).

A v. 694 ἀλλὰ κατακλινεὶς δευρί (nam οὐδὲν μὰ Δί' in retractatione alicuius conexus restituendi causa poëtam scripsisse putandum est) ea scaena orditur, qua Strepsiades in lectulo sedens meditari iubetur, quamvis acriter cimices eum vexent. Postquam paululum cunctatus in lectulo consedit (694—99), chorus hortatur, ut accurate et celeriter meditetur (700 sqq. duo versus carminis librarii mendo exciderunt). Sed Strepsiadi, qui prae dolore meditari vix potest, magnae querelae (709—15, 717—22) eliciuntur.

---

[1]) cf.: Köchly l. i. pag. 417. Kock l. i. pag. 49. Sauerwein, Ostenditur, qui loci in superstite Nub. comoedia etc., diss. inaug. Rostochii 1872, pag. 39.

[2]) cf. cap. III.

[3]) videmus igitur partes institutionis in priore fabula factae iam prorsus inter se esse commixtas.

Sequuntur vv. 723—745.

Σ. οὗτος, τί ποιεῖς; οὐχὶ φροντίζεις; ΣΤ. ἐγώ;
νὴ τὼ Ποσειδῶ. Σ. καὶ τί δῆτ' ἐφρόντισας;
ΣΤ. ὑπὸ τῶν κόρεων εἴ μού τι περιλειφθήσεται.
Σ. ἀπολεῖ κάκιστ'. ΣΤ. ἀλλ', ὦγάθ', ἀπόλωλ' ἀρτίως.
Σ. οὐ μαλθακιστέ', ἀλλὰ περικαλυπτέα.
ἐξευρετέος γὰρ νοῦς ἀποστερητικὸς
κἀπαιόλημ'. ΣΤ. οἴμοι, τίς ἂν δῆτ' ἐκβάλοι
ἐξ ἀρνακίδων γνώμην ἀποστερητρίδα;
Σ. φέρε νυν, ἀθρήσω πρῶτον, ὅτι δρᾷ, τουτονί.
οὗτος, καθεύδεις; ΣΤ. μὰ τὸν Ἀπόλλω 'γὼ μὲν οὔ.
Σ. ἔχεις τι; ΣΤ. μὰ Δί' οὐ δῆτ' ἔγωγ'.
Σ. οὐδὲν πάνυ;
ΣΤ. οὐδέν γε πλὴν ἢ τὸ πέος ἐν τῇ δεξιᾷ.
Σ. οὐκ ἐγκαλυψάμενος ταχέως τι φροντιεῖς;
ΣΤ. περὶ τοῦ; σὺ γάρ μοι τοῦτο φράσον, ὦ Σώκρατες.
Σ. αὐτὸς ὅτι βούλει πρῶτος ἐξευρὼν λέγε.
ΣΤ. ἀκήκοας μυριάκις ἁγὼ βούλομαι,
περὶ τῶν τόκων, ὅπως ἂν ἀποδῶ μηδενί.
Σ. ἴθι νυν, καλύπτου καὶ σχάσας τὴν φροντίδα
λεπτὴν κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα,
ὀρθῶς διαιρῶν καὶ σκοπῶν. ΣΤ. οἴμοι τάλας.
Σ. ἔχ' ἀτρέμα· κἂν ἀπορῇς τι τῶν νοημάτων,
ἀφεὶς ἄπελθε· κᾆτα τὴν γνώμην πάλιν
κίνησον †αὖθις αὐτὸ καὶ ζυγώθρισον.

Strepsiades in lectulo sedens capite velato cogitationem praedatoriam excogitare iubetur (723—30). Paulo post Socrates, quid discipulus faciat, inquirit, cum Strepsiades obdormivisse ei videatur; nihil habet nisi *πέος ἐν τῇ δεξιᾷ*, (731—34). Strepsiades iterum caput velare et meditari iussus quaerit, quanam de re meditetur (735. 6). Socrates hortatur, ut ipse, quid velit, inveniat (737). Tum Strepsiades indignabundus se iam sescenties dixisse dicit: *περὶ τῶν τόκων* (738. 9). Postremo Socrates tertium monet, ut caput velet et res suas circumspiciat (quod Strepsiadi v. 742 exclamationem *οἴμοι τάλας* elicit) et, si in altera re labatur, alteram quaerat (743—45).

Hanc scaenam, quippe quae tota ἐν ἀσκάντῃ agatnr, ob id ipsnm ex priore fabula servatam esse secundum ea, quae supra demonstravi, putandum est.

Sane quidem hac sententia ab omnibus fere viris doctis, qui de hac fabula et de hoc loco disseruerunt, me discrepare haud ignoro. C. Fr. Hermann,[1] Fritzsche, Kock, Teuffel-Kaehler, Koechly, Buecheler, Witten, Naber (conferenda est sententiarum compositio apud Heidhnesium l. l. pag. 23) vv. 731—34 sive 731—39 priori, 740—45 sive 743—45 alteri fabulae adscripserunt. Qui enim fieri potest, inquiunt viri docti, ut Socrates Strepsiadem, quem quantopere a cimicibus torqueatur suis oculis videt, dormire opinetur (οὗτος, καθεύδεις; 732)? Apparet igitur, aiunt, hos versus, in quibus Strepsiades se somniculosum segnemque praebet, bene ad chori ne dormiat adhortantis (705) verba, minime ad eos, qui eum a cimicibus vexari faciunt, versus quadrare. Perspicue ergo, inquiunt, hoc loco duae tractationes dignoscuntur, ut chori carmen una cum iis versibus, qui Strepsiadem somniculosum praebent, priori, ceteri, qui eum a cimicibus vexatum ostendunt, alteri fabulae addicendi sint.

At primum quidem verba chorici carminis 705:

ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων

cum tragicum colorem praestent, in hac quaestione nullius momenti sunt. Deinde, id quod cum Heidhnesio consentio (l. l. pag. 24), haec somni necessitas ac segnities ob id ipsum, quod Strepsiades a cimicibus acerrime vexatur, suo loco est; nam his ipsis laboribus malisque confectus tandem propter virium defectionem in statum somno simillimum incidit.

---

[1]) cf. Hermann, Ges. Abhandlungen u. Beiträge, p. 272 sq.
Fritzsche, de fab. ab Ar. retr., spec. III.
Kock, l. l. pag. 50 sq.
Teuffel-Kaehler in edit. praef. 32 sqq.
Koechly, l. l. pag. 425.
Buecheler, l. l. pag. 673.
Witten, de Nub. fab. ab Ar. retractata, Progr. Erf., pag. 13.
Naber, Mnemos. XI, pag. 313.
Sauerwein, l. l. pag. 39 sq.

Contra Zielinski (l. l. pag. 38 sqq.) et Beer Strepsiadem a cimicibus vexatum prioris fabulae proprium fuisse censent.

Sed etiam alia nonnulla viri docti in hac scaena mirati sunt, primum quod Strepsiades ter deinceps caput velare iubetur, deinde, quod, quamquam Socrates Strepsiadem cogitationem praedatoriam atque fraudem aliquam excogitare vv. 728 sq. dilucide iusserat, tamen Strepsiades v. 736 quanam de re meditetur quaerit et Socrates, etsi, quid discipulus velit, iamdudnm ignorare non potest, adhortatur, ut ipse quid velit inveniat ac pronuntiet.

Sed huic alteri dubitationi Heidhues (l. l. pag. 26) recte opponit Strepsiadem, qnippe qui propter cimicum cruciatus meditari non possit, quanam de re meditaretur, iamdudum oblitum qnid deliberet interrogare, Socratem autem clarissima sua docendi arte, cui ipse nomen μαιευτική indiderat, ex discipnlo ipso quid deliberet elicere velle ob eamque causam suo iure v. 737 respondere. Atqne illud quidem, quod Strepsiades ter caput velare iubetur, mirum esse Heidhues recte negat (l. l. pag. 25). Nam prima adhortatio v. 727

οὐ μαλθακιστέ', ἀλλὰ περικαλυπτέα

cum nihil profecerit, Socrates v. 735 iterum imperat

οὐκ ἐγκαλυψάμενος ταχέως τι φροντιεῖς;

at discipulus non illico oboedit, sed aliud quaerit, qua re perfecta Socrates suo iure tertium v. 740 ἴθι νυν καλύπτου imperat et ad meditandum iucitat et Strepsiadi ob id imperium ingemiscenti (οἴμοι τάλας) suadet, ut si quam cogitationem propositam non adsequatur, dimittat et ad aliam transeat.

Sed etiam in hoc consilio v. 743 sqq.

ἔχ' ἀτρέμα· κἂν ἀπορῇς τι τῶν νοημάτων
ἀφεὶς ἄπελθε· etc.

viri docti offenderunt, quia similia iam chorus v. 702 sq. suaserat:

ταχὺς δ' ὅταν εἰς ἄπορον πέσῃς,
ἐπ' ἄλλο πήδα νόημα φρενός,

ad quos versus Kock recte in editione sua adnotat: „der Dichter verspottet die scheinbar abspringende Disputierweise des Sokrates, der, wenn die Untersuchung auf einem Wege nicht gelingen wollte, gleich eiuen nenen zu finden wnsste.“ Sed cnm hoc priore loco chorus ante meditationem, illo posteriore Socrates post-

qnam meditatio non processit, illud suadeant, utrumque suo loco esse mihi quidem videtur.

Totum locum mibi rursus perspicienti C. Fr. Hermann obsistit (l. l. pag. 272). Quomodo, inquit vir doctissimus, languida illa intermissio ante v. 731

φέρε νυν, ἀθρήσω πρῶτον ὅτι δρᾷ τουτονί

tolerari poterat, ne molestia fieret, „die selbst auf unserm Theater kaum vorkommen, von dem griechischen Dichter aber gewiss durch einen eingeflochtenen Chorgesang vermieden worden sein würde"? Hoc et ego credo; itaque quaerendum est, nonne forte canticum, quod Hermann postulat, bodie quoque aliquo loco fabulae legatur, et propterea animum adverte, quaeso, ad canticum, quod nunc v. 805 sqq. legimus.

Canticum vv. 805 sqq.

ἆρ' αἰσθάνει πλεῖστα δι' ἡμᾶς ἀγάθ' αὐτίχ' ἕξων
μόνας θεῶν; ὡς
ἕτοιμος ὅδ' ἐστὶν ἅπαντα δρᾶν
ὅσ' ἂν κελεύῃς,
σὺ δ' ἀνδρὸς ἐκπεπληγμένου καὶ φανερῶς ἐπηρμένου
γνοὺς ἀπολάψεις, ὅτι πλεῖστον δύνασαι,
ταχέως· φιλεῖ γάρ πως τὰ τοιαῦθ' ἑτέρᾳ τρέπεσθαι.

Iam Teuffel (Philol. VII, 330 sqq.) et postea Buecheler (l. l. pag. 666) atque Kock (l. l. pag. 51) hoc canticum, quod nunc v. 805 sqq. legimus, hoc loco omnino non posse intellegi cognoverunt. Apparet enim chorum haec verba facere ad Socratem et hortari, ut Strepsiadem totum captum, quoad tempus sit quam maxime exspoliet; si autem his verbis Socratem alloquitur, Socrates in orchestra esse debet, verum eum iamdudum post v. 790 domum intrasse satis perspicuum est. Nam quod Heidhues (l. l. pag. 15) prima verba

ἆρ' αἰσθάνει πλεῖστα δι' ἡμᾶς ἀγάθ' αὐτίχ' ἕξων
μόνας θεῶν;

ambigue ad utrumque, Socratem et Strepsiadem, dicta esse et a Socrate porta aperta audiri potuisse opposuit atque etiam solum ad Strepsiadem fieri Roemer (Sitzber. der Münch. Akad. 1896,

Heft II, p. 243) existimavit, prorsus abici velim. Nam primum in antiqua comoedia nemo quicqnam intra domum porta aperta casu audit, sed aut extra domum est et audit aut intra domum est neque audit. Deinde quonam iure Nubes Strepsiadem per se subito plurimorum bonorum participem fore gloriari possunt? An propterea, quod modo ei suaserunt, ut pro se filium ad Socratis disciplinam mitteret? Sed tam parati consilii mox fortasse Strepsiadi ipsi, opinor, in mentem venturum erat. Quomodo vero Roemer in verbis sequentibus, quae prioris sententiae causam afferunt:

ὡς ἕτοιμος ὅδ' ἐστὶν ἅπαντα δρᾶν
ὅσ' ἂν κελεύῃς

ὅδε ad Phidippidem referri velit, quamquam ὅδε semper ad eum, qui adest, spectat et Phidippides abest, praeterea Nubes filium nunquam antea viderunt ob eamque rem, utrum omnia, quae pater imperet, facere paratus sit necne, scire omnino non possunt, ignorare me confiteor et iam Heidhues (l. l. pag. 58 sq.) id reiecit. Quod cum hoc canticum suo loco non sit, Teuffel et Buecheler pro vv. 457—475 post v. 456 id in priore fabula locum tenuisse iudicaverunt, quod si concesseris, vv. 476. 7 optime hoc carmen sequantur, nam tum versibus 476. 7 idem appelletur[1]) atque antea. Neque illud negari potest secundum argumentum quoque et sententiam huc optime inseri carmen. Sed unum obstat, quod etiam Heidhues recte opposuit (l. l. pag. 30 sq.), quod Strepsiades hanc adhortationem audire non debebat, hoc loco audire debebat. Itaque ob eam causam et quod vv. 457—475 optime cum iis, qui antecedunt, versibus cohaerent ad eosque quadrant, Teuffelii et Buecheleri coniecturam accipere non possum.

Canticum, quod dico, antistrophum est strophae vv. 700—705, nisi quod strophae duo versus ultimi librarii mendo exciderunt. Atqui post v. 730 canticum desiderari Hermann recte monuit.[2]) Quid igitur per se veri similius est quam hoc loco

---

[1]) de hac re vide cap. IV, ubi de his vv. accuratius egi.

[2]) Nam Aristophanes saepe lacunas actionis cantico explevit; cf. H. Steurer, de Aristoph. carminibus lyricis, diss. inaug. Strassburg 1896, pag. 3 sqq., ubi multa exempla afferuntur.

strophae, quae antecedit, antistropham in priore fabula auditam esse? Canticum autem vv. 805 sqq. non ita male in hunc locum inseritur. Nam hic Socrates per totum canticum adest et a choro appellari potest. Strepsiades autem a cimicibus tam acriter vexatus, ut cruciatu confectus paene obdormiscat, praeterea capite velato hoc loco nihil huius adhortationis audit.[1]) Deinde Strepsiades hoc animi habitu omnia imperata facere paratus est (807. 8) et perterritus (810), quare chorus suadere potest: *ἀπολάψεις ἀνδρός* (811 sq.).

Si autem hoc loco canticum audiebatur, illud *πρῶτον* in v. 731

*φέρε νυν, ἀθρήσω πρῶτον, ὅτι δρᾷ, τουτονί,*

in quo nonnulli offenderunt, satis intellegitur, cum meditandi scaena, quae ante canticum propter discipuli lassitudinem abrupta erat, optimo iure post canticum quasi denuo inciperetur.

Sane quidem canticum, quod dico, prorsus alio prioris fabulae loco auditum esse ipse prius suspicatus sum. Nempe parabasin fortasse aptissime non inter singulas institutionis partes, sed post totam demum Strepsiadis institutionem secuturam esse concedo (cf. Buecheler l. l. p. 673), i. e. eo loco, quo nunc illud canticum, quod dico, legimus. Si autem haec sit res, canticum suo loco movetur et forsitan suspiceris vice versa canticum antea illo loco positum esse, quo nunc parabasin legimus, i. e. post v. 509. Neque male in hunc sententiarum conexum inseratur. Nam hic Strepsiades omnia facere paratus est, hic chorus ex Socrate quaerere potest, nonne, quid fructus ex ipsis, Nubibus deabus, capiat, intellegat. Ne Strepsiades haec

---

[1]) Itaque Nubes deas carmen summissa voce canere non opus est statuere. Quamquam fortasse etiam maior sit ironia, si sumamus chorum cantica 700 sqq. et 803 sqq. summissa voce cecinisse atque eisdem verbis, quibus Strepsiadem monuerit:

*ὕπνος δ᾽ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων*, eum sopivisse. Sed id cum per se ipsum mihi quidem non veri simile videtur, tum numeri iambici et choriambici (tantum versus *ἕτοιμος ὅδ᾽ἐστὶν ἅπαντα δρᾶν* est logaoedicus, cf. Christ, Metrik, 1. Aufl., S. 265) non sopiunt, sed incitant. — Si exempli causa id Philoctetae canticum conferamus, quod Philocteta dormitante chorus canit, eius numeri ab huius carminis numeris prorsus discrepant.

verba audiat, eum meditatorium intrare sumendum est ante Socratem, qui paululum moratur, ita ut primos versus cantici audiat. Si autem canticum hoc loco et parabasis illo loco inferiore audiebatur, id optime ad duas alias res quadret. Nam tum primum quidem ea scaena, qua Strepsiades sapientia modo accepta gloriatur (814 sqq.), statim parabasin sequatur, id quod cum Pacis simili scaena v. 819—855 simili loco posita omnino congruat. Deinde chori sententiae et animi commutationem (cf. e. c. differentiam vv. 805 sqq. et 1458 sqq) post parabasin demum inveniamus, id quod in aliis quoque Aristophanis fabulis videmus, imprimis in Vespis.

Itaque multis de causis parabasis cantici, parabaseos canticum antea tenuisse locum videtur. Sed hanc coniecturam quamvis mihi arridentem tamen reiciendam censui.

Nempe primum quidem Socratem non solum primos versus, sed totum carmen audire debere monendum est. Non dico semper eum, qui a choro appellatur, adesse debere, sed dico adesse debere eum, cui chorus aliquid imperat, suadet, et suadet chorus tota altera cantici parte Socrati:

*σὺ δ'ἀνδρὸς ἐκπεπληγμένου καὶ φανερῶς ἐπηρμένου*
*γνοὺς ἀπολάψεις, ὅτι πλεῖστον δύνασαι,*
*ταχέως· φιλεῖ γάρ πως τὰ τοιαῦθ' ἑτέρᾳ τρέπεσθαι.*

Deinde, etiamsi hoc neglegamus, tamen canticum multo brevius est quam ut ii, qui spectant, institutionem intus continuatam esse animis fingere possint et Aristophanes spectatores id fingere ipse voluerit, quamvis saepe deceptionem, quam vocant, scaenicam neglegat. Confer, quaeso, imprimis Vesparum locum (1265 sqq.), ubi post v. 1264 Philocleonem et Bdelycleonem convivio interesse nobis animis fingendum est. Ibi ad lacunam explendam primum sequitur canticum, quod triginta fere versus complectitur (non septem, ut in vv. 805 sqq., quorum primos ut Socrates audiat necessarium est, ita ut institutionem postea demum incipere possit); deinde rursus triginta circiter versus sequuntur, quibus Xanthias servus, quae in convivio gesta sint, narrat; tum demum Philocleo a convivio redit.

Denique ne illud quidem potest statui Strepsiadem paulo

ante Socratem meditatorium intrare et Socratem paululum morari, quoniam Socrates v. 505 sq. clare et distincte contrarium dicit:

οὐ μὴ λαλήσεις, ἀλλ' ἀκολουθήσεις ἐμοὶ
ἀνύσας τι δευρο θᾶττον;

Hic igitur huius cap. II fructus est:

In priore fabula Strepsiades ante parabasin cum aliis rebus tum grammaticis institutus cum Socrate meditatorium intrare iussus est, ut intra domum quasi maiori sapientiae initiaretur, antea soleis ademptis, quasi sacrum locum ingrederetur (contra pallio post perfectam demum institutionem privatus est). Deinde sequebatur parabasis. Post parabasin ἀσκάντην efferre iussus est, ut in hoc lectulo quamvis cimicibus abundanti capite velato meditaretur; inter v. 730 et 31 chorus strophae v. 700—705 antistropham (805 sqq.) cantabat.

Servati sunt ex priore fabula versus hi:

| | |
|---|---|
| 636—693. | sequebatur parabasis. |
| lacuna. | 627—635. |
| ἐμβάδων iactura | 694—730. |
| 500—504? | 805—813. |
| 505—509. | 731—745. |

## Cap. III. Finis institutionis; Strepsiades sapientiam iactat apud Phidippidem; Strepsiades et creditores.

### 1. vv. 746 sqq.

Tot tantasque Socratis adhortationes eventus sequitur mire prosper. Nam Strepsiades praeclarissimas duas cogitationes praedatorias invenit, ut etiam severi magistri laudem v. 757 εὖ γε atque etiam maiorem laudem v. 773 σοφῶς γε νὴ τὰς Χάριτας accipiat, quas laudes minime recte Heidhues (l. l. pag. 23 in annotatione) per ironiam praebitas esse existimat. Tum vero tertia illa interrogatio sequitur, cui quod Strepsiades inepte respondet (775—82), Socrates subito atque inopinato summa

ira incensus discipulum expellit (783), quia semper quicquid didicerit extemplo obliviscatur (785. 6). Sed nihil adhuc in senis ingenio apparuit obliviosum et accuratius examinanti haec oblivio, cuius Socrates discipulum arguit, in sequentibus demum versibus cognoscetur; nam parvula repetitione habita quid primum didicerit reminisci iam non potest (vv. 787—790). Socrates abit, Strepsiadi desperanti chorus, ut, si filius ei sit, hunc ad Socratis disciplinam pro se mittat, suadet (791 sqq.).

Totam hanc extremam scaenae partem et potestatem Strepsiadis expellendi quasi procul arcessitam et ad superiorem partem, in qua Socrates ipse discipuli argutias atque sagacitatem admiratus erat, omnino non accommodatam esse luce clarius est et ex illo prospero eventu, quem in vv. 746—774 vidimus, colligendum Strepsiadem ut perfectum sophistam ex Socratis institutione esse discessurum. Accedit, quod Strepsiades postea cum sapientiae recens acceptae exempla proponit (cf. v. 825 sqq., 847 sqq.) tum ipse, non Phidippides creditores exigit, qua in re idem sensisse iam Köchlyum,[1]) Weylandum, Schanzium, Kockium, Zielinskium cum magno meo gaudio invenio. Itaque viri docti in priore fabula Strepsiadem ut perfectum sophistam ex Socratis institutione discessisse suspicati sunt et equidem hanc suspicionem prorsus comprobo atque accipio, quare vv. 783—804 retractationi addicendos esse censeo. Versus 775—82 autem, quos omnino alio prioris fabulae loco dictos esse puto, postea[2]) tractabo.

Sed Heidhues (l. l. pag. 36 sq.) Boehringerum secutus (Über die W. des Ar., 1863, p. 23 sq.) illud, quod viri docti, quos supra dixi, de Strepsiade creditores exturbanti senserunt, rectum esse negat. Boehringer enim Strepsiadem in illa scaena, qua creditores

---

[1]) cf.: Köchly, l. l. pag. 425 sq., 428.
Weyland, l. l. pag. 29—32.
Schanz, Praefat. in Plat. Apol. edit. pag. 9.
Kock, l. l. pag. 47. 52.
Zielinski, l. l. pag. 38. 39.
cf. etiam: Brentano, Untersuchungen über das griech. Drama, I. Teil: Aristoph., pag. 65.

[2]) cf. huius commentationis cap. IV.

expellit, nequaquam tantae doctrinae sophisticae documenta edere iudicat, ut Socratis institutionem bene cessisse existimare cogamur. At si Heidhuesio et Boehringero ita videtur, mihi non videtur, sed equidem versus illos certe 1290 sqq., ubi Strepsiades inde, quod mare fluminibus perpetuo affluentibus non augetur, ne pecuniam quidem augeri oportere colligit, ingeniosissimi artificii sophistici puto. Sed Heidhuesio aliud accedit. Existimat enim Strepsiadem victoriam a creditoribus omnino non reportare, quoniam dubium esse nequeat, quin creditores exturbati eum ad ius vocaturi sint, id quod Strepsiades Phidippidis ope fretus non timeat. Sed hoc rectum esse nego. Reminiscere, quaeso, aliarum Aristophanis fabularum, veluti Acharnensium (v. 827) aut Avium (v. 990. 1018. 1031. 1463), in quibus sycophanta vel quivis alius homo incommodus verberibus de orchestra deturbatur, et si is, qui verberatur, etiam sescenties „μαρτύρομαι“ (e. c. Avium v. 1031) vel si quid aliud eiusmodi dicat, spectatoribus res finita est vicitque is, qui remanet alterumque expulit, neque quisquam, quid post scaenam secuturum sit, quaerit. Itaque Strepsiades, si quidem in spectatorum conspectu vicit, omnino vicit vicitque et sophistica sua calliditate et manu.

Postquam igitur institutio prospere cessit, ἱμάτιον quoque discipulo ademptum est (cf. supra pag. 32. 33).

Alia vero quaestio est, quonam modo, cum Strepsiadis institutio prospere cesserit, totam fabulae prioris actionem porro progressam esse iudicemus. Koechly igitur et Kock in priore fabula Phidippidem omnino non a Socrate, sed a Strepsiade ipso sapientia sophistica redundanti eruditum esse putant, quam postea contra patrem ipsum creditorum victorem adhiberet. Weyland Strepsiadem, quamquam ut perfectus philosophus ex Socratis disciplina discesserit, tamen postea se multa oblitum esse animadvertisse filiumque misisse existimat. Sed neque hoc neque illud ferri posse Heidhues (l. l. pag. 39) recte iudicat. Nam hoc, quod Weyland vult, quasi procul arcessitum esse manifestum est; de illo autem, quod Koechly et Kock existimant, rectissime Heidhues l. c. haec iudicavit: „Ein Nonsens ist es zudem, anzunehmen, der Alte habe, wenn er selbst den Kursus mit Erfolg absolvierte, noch erst seinen Sohn, der doch herzlich wenig Lust hatte, mit diesen Dingen behelligt. Er

war ja dann selbst Manns genug, sich die Manichäer vom Halse zu schaffen. Die Unterweisung des Sohnes durch Strepsiades wäre dann nicht im Gesamtplane begründet, sondern diente nur dem Zwecke, die Prügelscene zu ermöglichen".[1])

Itaque relinquitur, ut Phidippidem in prioribus Nubibus omnino neque a Socrate neque a Strepsiade eruditum esse colligam. Quae huic suspicioni contradicere videantur, non talem vim habent, qualem primum animadvertenti habere videntur. Nam quod ab Athenaeo (IV 171 c) ii versus ex *prioribus* Nubibus citantur, quos nunc vv. 1196 sqq. legimus:

A. *πῶς οὐ δέχονται δῆτα τῇ νουμηνίᾳ*
*ἀρχαὶ τὰ πρυτανεῖ', ἀλλ' ἕνῃ τε καὶ νέᾳ;*
B. *ὅπερ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί μοι ποιεῖν.*
*ὅπως τάχιστα τὰ πρυτανεῖ' ὑφελοίατο,*
*διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν ἡμέρᾳ μιᾷ.*

nihil impedit, ne hos versus etsi iam in prioribus Nubibus tamen prorsus alio loco et in alio sententiarum conexu dictos esse suspicer, et cum Athenaeus primos versus a Strepsiade, ceteros tres a Phidippide pronuntiatos esse, sicuti nunc legimus, non[2]) tradiderit, hos quinque versus in priore fabula fortasse in eruditione ante parabasin exhibita auditos esse ultimosque versus tres a Socrate Strepsiadi responsos conicio. Conferas huc, si placet, verba VI. hypotheseos haec: *τὰ μὲν γὰρ ..... καὶ ἐν τῇ τάξει καὶ ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται.* Atque etiam minoris momenti est, quod scholiasta ad Platonis Axiochum 465 ex *prioribus* Nubibus *δὶς παῖδες οἱ γέροντες* citat, quod in huius fabulae v. 1417 legimus; nam hoc proverbium aliquo alio prioris fabulae loco (velnti in scaena vv. 816 sqq.) afferri potuisse quis negaverit? Ceterum Buecheler (l. l. pag. 676) in hac scholiastae annotatione numerum *ά* ut falso iteratum ex prioribus verbis, in quibus bis numerus *ά* invenitur, deleri vult.

[1]) cf. etiam Zielinski l. c., qui idem sentit et iam idem collegit atque ego.

[2]) cf. Athenaei editionem Meinekianam. Itaque non recte mihi quidem Kaibei in textus Meinekiani tractatione nomina Strepsiadis Phidippidis praescripsisse videtur.

### 2. vv. 814 sqq.

Catastropha autem, quomodo in priore fabula effecta sit, hodie cognosci iam non potest.

Sed ut ea paucis attingam, quae etiam in ea parte, quam nunc Strepsiade expulso post v. 813 legimus, ex priore fabula recepta esse iudico, primum huc referendos esse eos versus puto, quibus Strepsiades sapientiam modo acceptam apud filium iactat; namque etiamsi filium in priore fabula non erudivit, tamen apud eum cum quadam sui aestimatione de nova sapientia gloriatus, quanto sapientior factus esset quam filius, demonstrare potuit. Conferri potest ea Pacis scaena (819—55), qua Trygaeus e caelo reversus apud servum ea, quae viderit, iactat (cf. supra pag. 42). Huc igitur referendi mihi videntur: vv. 816—838;[1]) 843—853, in quo versu 853 animum adverte, quaeso, ad verba *παρελθὼν παρὰ τοὺς γηγενεῖς*, quae locutio optime ad illum superiorem locum quadrat, quo Socratis meditatorium cum Trophonii spelunca comparabatur (v. 508); denique vv. 856—859, in quibus vestis et solearum iactura commemoratur.

Sed ne quid neglegere videar, non mirer, si quis in eiusdem scaenae vv. 868 sqq. offendat, quos a me alteri fabulae attribuendos esse apparet:

*Σ. νηπύτιος γάρ ἐστ' ἔτι*
*καὶ τῶν κρεμαστρῶν οὐ τρίβων τῶν ἐνθάδε.*
*Φ. αὐτὸς τρίβων εἴης ἄν, εἰ κρέμαιό γε* etc.

Nam si Socratem in priore fabula cremathra usum esse et in altera fabula eccyclemate me supra demonstrasse memineris (cap. I.), forsitan quaesiveris, quonam iure hoc loco cremathrae mentio fiat, quam ad illum priorem locum vv. 218 sqq. spectare manifestum est. Sed si schol. ad 591 conferas: *δῆλον οὖν ὅτι κατὰ πολλοὺς τοὺς χρόνους διεσκεύασε τὸ δρᾶμα*, quod ad parabaseos locum quendam scholiasta annotavit, haec verba forsitan huc quoque referas atque mecum conicias Aristophanem hunc locum (868 sqq.) posteriore tempore quam finem prologi (200 sqq.) retractavisse et consilio mutato cremathram tenere voluisse, sive ut Socratem, sicuti in priore fabula, in cremathra spectari vellet sive discipulos.

[1]) cf. quae de vv. 833—838 supra dixi p. 28.

3. vv. 1115—1130: epirrhema.

Ut vero ad ea enumeranda redeam, quae praeterea ex priore fabula servata esse existimo, epirrhema illud vv. 1115—1130 una cum ceteris viris doctis huc refero, quippe quo simplicius ac liberius poëta victoriam palmamque sibi flagitet quam ut, postquam prior fabula ceciderit, fingi potuisse videatur. Utrum in priore fabula fortasse statim post Strepsiadis institutionem finitam an postea auditum sit, quis hodie decernere potest?

4. vv. 1131—1141; Strepsiades et creditores, vv. 1214 sqq.

Deinde ad priores Nubes referendos censeo vv. 1131—1141, quos statim [1]) illa scaena sequi poterat, qua Strepsiades creditores exturbat (vv. 1214 sqq.) in quaque nihil nisi vv. 1227—1231 alterius fabulae additamentum esse puto; h enim vv.

1227 *Π. καὶ νὴ Δί' ἀποδώσειν γ' ἐπώμνυς τοὺς θεούς.*
*Σ. μὰ τὸν Δί'· οὐ γάρ πω τότ' ἐξηπίστατο*
*Φειδιππίδης μοι τὸν ἀκατάβλητον λόγον.*
1230 *Π. νῦν δὲ διὰ τοῦτ' ἔξαρνος εἶναι διανοεῖ;*
*Σ. τί γὰρ ἄλλ' ἂν ἀπολαύσαιμι τοῦ μαθήματος;*

ad Phidippidis institutionem spectant et ipsis verbis atque elocutione operam retractantis demonstrant, si similitudinem conferas in pristinis verbis:

1232 *Π. καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεούς;*
*Σ. ποίους θεούς; Π. ὃν ἂν κελεύσω 'γωγέ σε,*
*τὸν Δία, τὸν Ἑρμῆν, τὸν Ποσειδῶ. Σ. νὴ Δία.*

atque in verbis additis:

1227 *Π. καὶ νὴ Δί' ἀποδώσειν γ' ἐπώμνυς τοὺς θεούς.*
*Σ. μὰ τὸν Δί'.*

Accedit, quod v. 1232

*Π. καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεούς;*

[1]) nam v. 1214 Strepsiades in orchestra est, cum Pasias non pulset aut vocet. *καλοῦμαι* v. 1221 non significat: „ich rufe", sed: „ich lade vor." In altera fabula Strepsiadem post 1212 introire et postea rursus exire poëta voluit.

multo melius cum vv. 1224—26 quam cum v. 1231 coniungitur. Nam quid Strepsiades *ἀπομόσαι* vult? quid iusiurando negare vult? Se, quem rem equinam odisse nemo sit quin sciat, equum emisse, ita ut v. 1232, quem dico, ad eos versus (1224—26) pertineat, quos in priore fabula subsequebatur. Contra si v. 1232 versum 1231 subsequitur, ad 1227 (*καὶ νὴ Δί' ἀποδώσειν γ' ἐπώμνυς τοὺς θεούς*) referendus est, qui quinque versibus ante locum tenet.

5. vv. 1303—1320; vv. 1345 sqq.

Sequitur hanc scaenam chori carmen vv. 1303 sqq., stropha et antistropha, ac stropham quidem (1303—1310), qua chorus seni ob impudentiam calamitatem praedicit, etiam in prioribus Nubibus hic subsecutam [1]) esse ne sumam nihil impedit vel sumere necesse est, quoniam Strepsiades is est, qui creditores expellit, ita ut chorus eum v. 1309 appellet: *τοῦτον τὸν σοφιστήν*, quod nonnisi ad eum Strepsiadem quadrat, cuius institutio bene evenit quique creditores ipse pepulit.

Antistropham autem (vv. 1311—1320), qua chorus id, quod modo dixit, plenius profert filiumque ipsum patri perniciei futurum esse praedicit, vel ob id ipsum et propterea, quod haec amplificatio post aptissima strophae verba languidae iterationis speciem praebet atque etiam illa priora verba debilitat, in retractatione serissimeque fictam esse veri simile est. [2])

Ac si iam stropham, quae a v. 1345 initium facit, accuratius percenseo, mirae cuiusdam similitudinis numerorum mihi in mentem venit, quae inter hos et eos versus intercedit, a quibus stropha v. 1345 incipit; namque compositio horum strophae 1303 sqq. versuum:

1303 *οἷον τὸ πραγμάτων ἐρᾶν φλαύρων· ὁ γὰρ*
*γέρων ὅδ' ἐρασθεὶς*
*ἀποστερῆσαι βούλεται τὰ χρήμαθ' ἁδανείσατο·*

[1]) cf. Koechly, l. l. pag. 429.

[2]) Contra non offendendum est in eo, quod hic stropham antistropha subsequitur. Id apud Aristophanem in omnibus fere fabulis, in quibusdam etiam saepius invenitur, ita ut eadem stropha non solum bis, sed etiam ter quater, sexies octies deinceps iteretur. cf. H. Steurer, de Ar. carminibus lyricis, diss. inaug. Strassbg. 1896, pag. 13—16.

prorsus congruit, si pro ἀκόλαστος v. 1348 simile quod verbum, quod duas syllabas amplectitur, scripsimus, e. c. θρασύς, cum horum strophae 1345 sqq. versuum structura:

1345 σὸν ἔργον, ὦ πρεσβῦτα, φροντίζειν ὅπῃ
τὸν ἄνδρα κρατήσεις,
ὡς οὗτος, εἰ μή τῳ 'πεποίθειν, οὐκ ἂν ἦν οὕτω
θρασύς·

Nonne fortasse hoc canticum vv. 1345 sqq. in priore fabula cantici vv. 1303—1310 antistropham effecisse potest, ut in retractatione demum carminis vv. 1345 sqq. clausula mutaretur et strophae vv. 1303—10 nova antistropha vv. 1311—20 adderetur? Quamquam hoc nequaquam nisi per coniecturam statui posse fateor, tamen, si rectum sit, sequatur Strepsiadem antea ab aliquo homine vexatum esse atque tum a choro incitari, ut, quomodo eum arceat, videat. Quodsi et hoc concesseris et ea adieceris, quae Poppelreuter[1]) de scaenis scurrilibus disseruit, quas post parabasin in comoedia antiqua saepe invenimus quibusque multi deinceps plerumque eum, qui partes primarias agit, aut adeunt aut vexant, veluti etiam in Aristophanis Acharnensibus, Pace, Avibus, Pluto, praeterea Ecclesiazusis, forsitan conieceris in priore fabula Strepsiadem non modo a Pasia et Amynia, sed etiam ab aliis vexatum esse et fortasse per hos catastropham allatam, e. c. sic, ut ii, qui se ipsos quoque sophistica sapientia imbui vellent, ad Strepsiadem venirent eumque fraudarent.[2]) Sed hoc nihil nisi coniecturam esse iterum fateor.

## 6. vv. 1452 sqq.

Denique in fabulae exitu ex prioribus Nubibus servati esse mihi videntur vv. 1452—1463. 4 (ἀποστερεῖν.); 1473. 4., unde Mercurius in priore fabula aliquo modo adhibitus esse mihi videtur; 1476—1482.

---

[1]) de comoed. Att. primordiis part. duae, diss. Berol. 1893, pag. 24 sq., 41.

[2]) Ceterum, si haec sit res, θρασύς, quod e. c. in v. 1348 substitui, melius quadrabat ad tales homines quam ἀκόλαστος, quod rectius ad Phidippidem convenit.

De vv. 1483 sqq. iam supra (cap. I) dixi et in prioris fabulae exitu Strepsiadem ipsum, non servum tectum meditatorii detexisse demonstravi.

Ceterum, ut id unum addam, si vv. 1452. 3.

ταυτὶ δι' ὑμᾶς, ὦ Νεφέλαι, πέπονθ' ἐγώ,
ὑμῖν ἀναθεὶς ἅπαντα τἀμὰ πράγματα

urgere velis, alio modo, atque antea conieci, catastropham in prioribus Nubibus allatam esse suspiceris. Forsitan enim existimaveris Strepsiadem a Socrate stipulationem aliquam facere coactum esse, qua postea re familiari privatus sit, vel simile quid. Sed ne hoc quidem nunc magis cognosci posse quam illud, quod paulo ante disserui, consentaneum est. Nam, ut iterum dicam, quomodo in priore fabula catastropha allata sit, nos scire iam non possumus.

Tertium igitur caput haec docuit: In prioribus Nubibus Strepsiadis institutio prosperum habuit eventum, ita ut ipse postea creditores a se defendere posset. Paulo post institutionem perfectam scaena seqnebatur, qua pater apud filium sapientiam modo acceptam iactabat et filius eum irridebat. Canticum, quod nunc a v. 1345 incipit, fortasse antea strophae 1303 sqq. antistrophum erat. In fabulae exitu Strepsiades etiam in prioribus Nubibus pravitatem et calamitatem conquerebatur et Socratem eiusque scholam ultus est (tectum meditatorii ipse detegens, cap. I).

Servati sunt ex priore fabula versus hi:

746—774

lacuna, (in qua etiam pallii iactura spectabatur, cap. II)

| | |
|---|---|
| 816—838. | 1303—1310. |
| lacuna. | lacuna. |
| 843—853. | 1345—1348? |
| .............. | maior lacuna. |
| 856—859. | 1452—1463/4. |
| lacuna. | lacuna. |
| epirrhema: 1115—1130. | 1473. 4. |
| 1131—1142. | .............. |
| 1214—1302. | 1475—1482. |

(maior lacuna; tantum vv. 1496 et 1503 servati sunt, cap. I).

Quae hucusque disserui, certa esse puto; utique de iis, quas tractavi, fabulae partibus maiore fide diiudicari potest. In hoc quasi fundamento, sicuti alii in similibus rebus, reliquam commentationem construere conabor easque, quae restant, fabulae partes tractabo, a certiore ad minus certum descendens.

---

## Cap. IV. Tentamen: vv. 476 sqq.

Postquam Strepsiades se ad omnes labores suscipiendos promptissimum esse confirmavit (439—456), chorus hoc studio gavisus summam gloriam ac beatissimam vitam ei praedicit (457—464) et cuiusmodi beatissima illa vita futura sit planius ampliusque depingit (465—475).

In vv. 476. 7. autem chorus subito ad Socratem versus, ut tentamine novi discipuli instituto ingenium indolemque exploret, adhortatur:

*ἀλλ' ἐγχείρει τὸν πρεσβύτην ὅ τι περ μέλλεις προδιδάσκειν,*
*καὶ διακίνει τὸν νοῦν αὐτοῦ καὶ τῆς γνώμης ἀποπειρῶ.*

Iam Buecheler (l. l. pag. 666) haec non recte se habere bene intellexit. Nam ille, qui versibus antecedentibus a choro appellatur, est Strepsiades, deinde chorus uno tenore loqui pergit nulla significatione adhibita iam verba ad alium fieri atque antea. Quod Heidhues (l. l. pag. 31) chorum tantum gestu usum significasse existimat Socratem iam a se appellari, parvo contentus est; Aristophanes quidem aliis locis fabulisque id clarius indicare solet. Deinde quod Heidhues (l. l. pag. 31) cum hoc loco vv. 358. 9 comparat, ubi chorus primo (358) ad Strepsiadem deinde (359 sqq.) ad Socratem se vertit, illo loco chorus dilucide ipsis verbis (*σύ τε* 359) se iam alium atque antea alloqui indicat.

His igitur versibus 476. 7 cum versibus antecedentibus nullus conexus est, sed ne cum sequentibus quidem melius coniunguntur. Nam rectissime Kock (l. l. pag. 48) ab eiusmodi

chori adhortationibus, quae duobus tetrametris aut anapaesticis aut iambicis pronuntiarentur, in fabulis Aristophaneis semper capita fabulae initium facere disseruit (cf. locos a Kockio in annotationem collectos); at hoc loco triginta duo trimetri iambici sequuntur: id permirum est. Hi trimetri sunt dissimillimi argumenti, et etiamsi Heidhuesio (l. l. pag. 31) assensus vv. 478—487, quamvis breves et abrupti sint, mihi satisfaciant, tamen post vv. 488—491, in quibus Socrates se discipulo σοφόν τι περὶ τῶν μετεώρων obiecturum esse promittit, statim vv. 492 sqq. sequi posse prorsus nego. Sane quidem non negarem, nisi Strepsiades postea in ea scaena, qua creditores expellit, harum rerum physicarum atque caelestium peritissimum se praestaret[1]) v. 1278 sqq., 1290 sqq., quae problemata quando aut quo loco didicerit, nequaquam comperimus, cum ceteri loci, quibus novam sapientiam iactat, vv. 825 sqq., 847 sqq., 1247 sqq., semper ad disciplinam in spectatorum conspectu perceptam pertineant. Itaque illud negari non posse videtur, post v. 491 in priore fabula Socratem illud σοφόν τι περὶ τῶν μετεώρων re vera obiecisse atque in hac quaestione illa problemata tractata esse, quae vv. 1278 sqq. et 1290 sqq. significantur. Versus illos 492—496 multo aptius postea circa huius quaestionis finem post aliquid stulte a Strepsiade responsum secutos esse existimaverim. Et hoc stulte a Strepsiade responsum forsitan alio huius fabulae loco agnoscamus. Nam si animum ad verba v. 489. 90 accuratius adverteris:

ἄγε νυν ὅπως, ὅταν τι προβάλωμαι σοφὸν
περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαρπάσει,

fortasse similis locutionis translatae tibi in mentem veniet in versus 775 verbis his:

ἄγε δὴ ταχέως τουτὶ ξυνάρπασον·

Haec verba stultumque illud responsum Strepsiadis, quod sequitur, illic non suo loco erant (cf. cap. III),[2]) hic erant, ita ut Socratis reprehensio et Strepsiadis calliditas vv. 492—496 subsequeretur.

Et si ad hanc coniecturam alteram addere liceat, fortasse

[1]) cf. Buechelerum l. l. pag. 671; schol. ad v. 1249 et 1290.
[2]) de hac re v. proximi cap. pag. 157. 8. [43. 4.]

haec erat res, ut in prioris fabulae tentamine Socrates discipulo compluria deinceps problemata his verbis proponeret: *ὑφαρπάσει* vel *τουτὶ ξυνάρπασον*, ex quibus illud problema, quod nunc v. 775—782 legimus, fortasse postremum erat.

Vv. 476. 7 autem, quoniam non modo ad eos, qui sequuntur, sed ne ad eos quidem, qui antecedunt, versus accomodatos esse antea vidimus, illos versus autem, qui antecedunt, (457—475), quique cum toto superiore loco ex proëcdosi[1]) recepto bene cohaerent, cur priori fabulae adimam, non video, res sic se habere mihi videtur: Aristophanes cum fabulam retractaret, illos duos tetrametros anapaesticos[2]) adiecit, ut in longiore parte *eiusdem* metri res porro ageretur. Sed hanc partem nescio qua de causa nunquam elaboravit, et cum fabulam alteram non perfectam ederet, partes quasdam ex prioris fabulae tentamine iambico metro composito reliquit, ut lacunam expleret; partes quasdam dico, non totum, quia omnino prioris fabulae multa praecidisse videtur, ut novis aut versibus aut scaenis inserendis locum spatiumque praeberet.

Ex prioris fabulae igitur tentamine videntur servati esse versus hi:

| | |
|---|---|
| 478—491. | 775—782. |
| lacuna. | 492—496. |

Tum (cf. supra cap. II) paucis versibus interpositis accuratior institutio sequebatur, fortasse primo gramatica *περὶ μέτρων, ῥυθμῶν, ἐπῶν* propter verba, a quibus haec disciplina incipit:

*ἄγε δή, τί βούλει πρῶτα νυνὶ μανθάνειν,*
*ὧν οὐκ ἐδιδάχθης πώποτ' οὐδέν; εἰπέ μοι·*

nisi forte haec verba poëtae retractanti attribuis, quod mihi non opus videtur.

---

1) Si haec est res, rursus VI. hyp. verba confirmantur: *καὶ ἐν τῇ τάξει μετεσχημάτισται.*

2) Si tamen in verbis: *ἀλλ' ἐγχείρει τὸν πρεσβύτην* ....... *προδιδάσκειν* ex verbo *τὸν πρεσβύτην* iam chorum ad Socratem de Strepsiade dicere cognosci potest, id docet aliquantulum certe poëtae retractanti contigisse, ut conexum restitueret.

## Cap. V. Parodus: v. 250—475.

De vv. 250 sqq. et sacro lectulo iam supra dictum est (cf. cap. II) et demonstratum hanc initiationis scaenam (250—60) alteri fabulae esse attribuendam.

Quod eo confirmari videtur, quod tota scaena usque ad v. 328, ut caute procedam, quasi una flatura conflata esse videtur. Atqui apud Photium (pag. 428) hoc fragmentum traditum videmus:

*Πάρνης, τὸ ὄρος θηλυκῶς·*
*ἐς τὴν Πάρνηθ' ὀργισθεῖσαι φροῦδαι κατὰ τὸν Λυκαβηττόν*
*Ἀριστοφάνης Νεφέλαις καὶ ἑξῆς.*

atque Buecheler (p. 678) et Fritzschio (Index lectionum, Rost., W. S. 1892/3, pag. 5) hunc versum, quem hodie iam non legimus, in parodo fuisse suspicantibus assentior, ita ut non modo semel, sed saepius (propter ἑξῆς) vocabulum Parnethis in parodo feminino genere usurpatum esse sumam. Colligendum ergo ex hac quoque re videtur versus 250 sqq. retractationi esse attribuendos.

Denique accedit, quod illa verba

*ἐς τὴν Πάρνηθ' ὀργισθεῖσαι φροῦδαι κατὰ τὸν Λυκαβηττόν*

prorsus aliam condicionem significant atque in fabulae traditae parodo invenimus. Nam si cum Fritzschio *κατὰ τὸν Λυκαβηττόν* sic interpretamur: Lycabettum versus, vel potius: a Lycabetti latere, parte, i. e. „in der Richtung nach dem L.", hic est verborum sensus et haec actionis condicio: Strepsiades et Socrates oculos ad septentriones versus vertentes caelum verasque nubes per caelum volantes contemplantur easque, postquam iam appropinquare visae sunt, quasi iratas subito abscedere in Parnethem a Lycabetti latere simulant. Hunc versum igitur propius initium parodi priorum Nubium et fortasse ante prius Nubium dearum carmen locum tenuisse puto. Nam haec duo carmina (275 sqq., 299 sqq.) possunt certe iam in fabula commissa a deabus appropinquantibus recitata esse, cum mere melicum colorem praestent atque verba v. 311:

*ἦρί τ' ἐπερχομένῳ Βρομία χάρις*

optime ad illud quadrent, quod priores Nubes Dionysiis, h. e.

*vere* anni quadringentesimi vigesimi tertii commissas esse constat.[1])

Versus inde a 250 nsqne ad 328 quasi nna flatura conflatos esse snpra dixi et in hoc quasi fnndamento extremam argumentationem construxi. At Weyland quidem (l. l. pag. 45. 46) id negat. Offendit enim primum qnidem in illis duabus precationibus vv. 265 sqq. et vv. 269., cum non appareat, qua de cansa Socrates intra v. 265 et 269 iterum ad dearnm invocationem commoveatur. Suspicatnr igitur Strepsiadem, nti 296. 7, hoc quoqne loco propter scurriles facetias a Socrate reprehensum esse (qni versns casu exciderit), nam periculnm esse, ne Nubes propter irrisiones Strepsiadis ἐς τὴν Πάρνηθ' ὀργισθεῖσαι φροῦδαι κατὰ τὸν Λυκαβηττόν; qna de cansa tum Socratem deas iterum ardentius implorare. Tum vero vv. 291—297 metecdosi esse assignandos, cnm, si teneantur, paucis versibns interpositis (269—92) eadem res langnida iteratione proferatur. Horum versuum (291—297) loco potius in proëcdosi vv. 313—328 positos fuisse; nam si et vv. 291—97 et 313—328 suo loco legantur, Strepsiadem bis deinceps a Socrate discere puellas canentes Nubes deas esse (v. 291 et 316); v. 314 enim Strepsiadem a Socrate quaenam hae puellae sint quaerere et Socratem ei respondere, quamquam Strepsiades Socrati v. 292 interroganti, nnm Strepsiades tonitrnm ac voces dearum (quas modo planissime explicaverit) audivisset, v. 295 sqq. se audivisse iam responderit; ac dubitare Strepsiadem, qnamqnam iterum dearnm voces audiverit. Denique post parodum finitam, qua chorus in orchestram iam ingressns sit, deas a se cerni negare et a Socrate in eum, qui sit παρὰ τὴν εἴσοδον, locum remitti (326); itaque vv. 314—22 cum eisque coninnctos vv. 323—28 post carmen vv. 299 sqq. non intellegi, sed nonnisi ante vv. 299 sqq. quadrare. Sed primum quidem Strepsiadis dubitatio ac miratio bonam causam habere mihi videtur, nam

[1]) Quamquam nos scire iam non possumus, an alteram quoque fabulam poëta, cum retractare incipiebat, Dionysiis dare in animo habnerit. — Ad id, quod supra carmina fortasse iam priorum Nubium fuisse dixi, bene quadrat, quod Diels priore carmine rursus Diogenis de Oceano doctrinam irrideri putat: Sitzber. d. Berl. Akad., 1891, p. 51, Anmerk. 1.

specie virginnm canentinm sibi appariturae esse Nubes omnino non existimaverat, id qnod ex vv. 340—42 perspicne intellegitur:

> Σ. λέξον δή μοι, τί παθοῦσαι
> εἴπερ Νεφέλαι γ'εἰσὶν ἀληθῶς, θνηταῖς εἴξασι γυναιξίν;
> οὐ γὰρ ἐκεῖναί γ' εἰσὶ τοιαῦται etc.

Ingredinntur antem in orchestram non, nt Weyland opinatur, ante, sed post carmen alternm, ita nt vv. 314—28 suo loco sint. Deinde nt ad priorem Weylandi dubitationem transeam, ne precatio quidem a Socrate sine aliqua causa iteratur; nam primum qnidem Nubes valde procnl ab Attica abesse nobis fingendem est, deinde haec est nsitata precum locutio atque ratio, quam ob rem conferri possunt Orestis preces in Eumenidibus et alia. Propterea post v. 268 aliqnid excidisse negandum est.

Hoc igitur tenendum est vv. 250 sqq. optime inter se coniunctos metecdosi adscribendos esse praeter duo carmina melica, quae iam fabula commissa continnisse potest.[1]

Iam vero pergamus et versus, qni v. 328 sequuntur, examinemns. Postqnam Strepsiades se tandem deas cernere, cum totum locum tenerent (326.8), confessus est, Socrates sic dicere pergit: Atque has tu qnidem deas esse nescicbas? — cui Strepsiades respondet: immo vero nebulam ac ros ac vaporem. — Ad haec Socrates: nam ab his, inqnit, plurimi sophistae etc. nutriuntur; iam vero Strepsiades se multa, quae ad id tempus non intellexerit, intellegere simulat:

> ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν ὑγρᾶν Νεφελᾶν στρεπταιγλᾶν δάιον ὁρμάν,
> πλοκάμους θ' ἑκατογκεφάλα Τυφῶ πρημαινούσας τε θυέλλας,
> εἶτ' ἀερίας, διεράς, γαμψοὺς οἰωνοὺς ἀερονηχεῖς
> ὄμβρους θ' ὑδάτων δροσερᾶν Νεφελᾶν. εἶτ' ἀντ' αὐτῶν κατέπινον

[1]) Tamen verbum λεπτολογεῖν (320) vel simile quid sive hoc sive alio prioris quoque fabulae loco usurpatum est, quoniam in v. 1496, quem prioris fabulae esse supra demonstravi (cap. I), ludibrii causa a Strepsiade usurpatur.

*κεστρᾶν τεμάχη μεγαλᾶν ἀγαθᾶν κρέα τ' ὀρνίθεια*
*κιχηλᾶν.*

Ad haec Socrates:

340 *διὰ μέντοι τάσδ' οὐχὶ δικαίως;*

quo breviter quaesito Strepsiades subito in medio versu ad prorsus aliam rem transit, cum interrogat, quonam modo hae, si modo nubes sint, mulieribus mortalibus sint similes. At accuratissime hunc totum sententiarum conexum examinanti forsitan hoc, quod posterius invenit, prius exspectandum videatur; nam postquam Nubes muliebri habitu in orchestram prodierunt, Strepsiadis non interesse suspicabitur, num deae sint (329 sqq.), sed quomodo hunc muliebrem habitum adeptae sint (340 sqq.). Accedit, ut verbis

340 *διὰ μέντοι τάσδ' οὐχὶ δικαίως;*

sermonis ac sententiarum, quae antecedunt, conexus subito atque inopinato abrumpatur et ad novam sententiam transeatur, quae (340 sqq.) optime iam post 328 secuta esset. Itaque forsitan quispiam collegerit poëtam versus inde a 329 usque ad 340 ex priore fabula translatos in hunc conexum inseruisse eumque turbavisse, atque sic argumentanti non adversabor; illud unum monere mihi licebit turbationem, si modo est, non magnam esse atque, nisi iam antea saepissime duas illas tractationes, quas iam veteres grammatici dicunt, repperissemus, in eo sententiarum conexu, quem in vv. 328. 329 sqq. invenimus, fortasse nos non offensuros esse; nam Socratem, cui iam dudum cum Nubibus deabus consuetudinem ac sermonem fuisse existimabimus, illud mirari, quod Strepsiades eas deas esse nesciat, et hanc mirationem statim pronuntiare nos quoque bene intellegere possumus. Accedit, quod hanc sententiam non Strepsiades, sed Socrates pronuntiare incipit (329), deinde Strepsiades id, quod ipsius interest, exquirit (340 sqq.).

Itaque vel ex hoc loco illud apparet, quod ex nonnullis aliis huius parodi locis etiam certius me probaturum esse spero: si modo hos versus (329—40) ex proëcdosi poëta huc inseruit, novum, qui oritur, sententiarum conexum non nimis male posse intellegi ob eamque rem nihil impedire, ne, quamvis Aristophanes proëcdoseos parodum retractaverit, retractationem certe absolu-

tam atque ad finem perductam esse et nonnulla ex iis, quae ex prioris fabulae parodo in hanc transtulerit, etiam nunc agnosci posse statuamus.

Strepsiades postquam, qua de causa nubes muliebrem habitum induissent, comperit, iis salutem dicit et precatur:

357 οὐρανομήκη ῥήξατε κἀμοὶ φωνήν, ὦ παμβασίλειαι.

Cui petenti Nubes v. 358 obsecutae v. 359 Socratem adeunt:

359 σύ τε λεπτοτάτων λήρων ἱερεῦ, φράζε πρὸς ἡμᾶς, ὅτι χρῄζεις.

„nam nullis aliis de meteorosophistis oboediamus nisi Prodico propter sapientiam ac tibi

362 ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλεις sq.

Tum denuo Strepsiades sacras mirasque Nubium voces admiratur:

364 ὦ γῆ, τοῦ φθέγματος ὡς ἱερὸν καὶ σεμνὸν καὶ τερατῶδες.

Ad haec Socrates: nam hae sunt solae deae, cetera vana sunt (365), quo responso, qua de causa Nubes solae deae sint, plenius exponitur.

Buecheler igitur (l. l. pag. 663) vv. 364 sqq. ὦ γῆ etc. suum locum habere post eos, qui antecedunt, negat; in priore fabula potius hoc loco, id quod exspectandum sit, Socratem ad id, quod chorus v. 359 quaesivisset, respondisse.

Sed mea sententia non tam vv. 364 sqq. quam vv. 359—363 sententiarum conexum paululum turbant hosque ipsos ex proëcdosi servatos esse puto; nempe primum quidem, ut Strepsiadi chorum oranti ac salutanti plus uno versu respondeatur, exspecto; deinde verba βρενθύει ἐν ταῖσιν ὁδοῖς et τὠφθαλμὼ παραβάλλεις in Platonis Symposio (221 B) ab Alcibiade citantur, et aut Platonem fabulam retractatam non legisse aut, quod veri similius videtur, ut in Apologia, ita in Symposio fabulam priorem commissam omnibusque notam in memoriam revocavisse puto; sive autem hoc sive illud accipis, illa verba ex proëcdosi citata esse putandum est.

Tamen novus sententiarum conexus 358. 359 sqq. non ita male intellegitur, cum non mirum sit, si Nubes ignotum senem Strepsiadem breviter allocutae statim ad Socratem sui cultorem se vertunt. Itaque ex hoc quoque loco apparere mihi videtur parodum etsi retractatam, tamen usque ad finem retractatam esse.

Buecheleri autem dubitatio cadit; nam cum Nubes Strepsiadi obsecutae magnas gravesque voces emiserint (358 sqq.), non nimis mirum est, si Strepsiades vocibus magnificis auditis iterum admiratur: *ὦ Γῆ, τοῦ φθέγματος* v. 364 etc.

Vv. 365 igitur, qua de causa Nubes solae deae sint, novo discipulo proponitur; qua in re et aliae res caelestes explicantur et tonitrus. Hic tonitrus rationem ac speciem Kock et quodammodo etiam Kaehler (uterque in Nub. edit. ad v. 382) bis explicari putant. Kaehler enim posteriorem explicationem eandem esse atque priorem et propter discipuli senis oblivionem iterari existimat. Contra Kock in verbis

382 *ἀτὰρ οὐδέν πω περὶ τοῦ πατάγου καὶ τῆς βροντῆς ἐδίδαξας*

offendit et facetiarum v. 386 sqq. poëtae fortasse in altera demum tractatione in mentem venisse suspicatur. Sed neque pares sunt explanationes neque in verbis *οὐδέν πω περὶ τοῦ πατάγου ἐδίδαξας* offendendum est. Hic enim est sententiarum conexus ac sensus: Strepsiadi, quis sit is, qui tonitrum gignat, quaerenti Socrates respondet

375 *αὗται βροντῶσι κυλινδόμεναι*

ac Strepsiade, quo modo, interrogante Socrates sic explicat:

376 *ὅταν ἐμπλησθῶσ' ὕδατος πολλοῦ κἀναγκασθῶσι φέρεσθαι,*
*καταχριμνάμεναι*[1]) *πλήρεις ὄμβρου δι' ἀνάγκην, εἶτα βαρεῖαι*
*εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι ῥήγνυνται καὶ παταγοῦσιν.*

His igitur verbis Socrates motum vel causam motus, quo tonitrus oriatur, exponit; sed Strepsiades, quo modo sonitus ac fragor tonitrus excitetur, nondum intellexit, quam ob rem dicit:

382 *ἀτὰρ οὐδέν πω περὶ τοῦ πατάγου καὶ τῆς βροντῆς ἐδίδαξας.*

---

[1]) scripsit Blass pro *καταχρημνάμεναι.*

atque tum demum Socrates huius sonitus causam explicat vv. 386 sqq., quas facetias lepidissime Aristophanes secundum Socratis consuetudinem exempla a cotidiano ac domestico usu afferendi invenit.

Hoc igitur loco nullum duarum tractationum vestigium reperiri potest. Sed potest reperiri in vv. 412 sqq., de quibus multi multa disseruerunt.

Expositione enim de Nubibus deabus finita beatum Strepsiadem post v. 411 chorus praedicat, quod tam sublimem sapientiam expetat, et gloriam fortunamque ei pollicetur, si multorum laborum patientem se praestet (412—19). Ad quae Strepsiades, si haec res sit, libenter sese omnes cruciatus passurum esse respondet (420—22). Deinde Socrates v. 423 quaerit, num Strepsiades inde ab illo tempore neminem alium deum esse putaturus sit nisi haec tria:

424 τὸ Χάος τουτὶ καὶ τὰς Νεφέλας καὶ τὴν γλῶτταν, τρία ταυτί;

quod Strepsiades se facturum esse confirmat (425. 6). Deinde chorus Strepsiadem, quid a se impetrare velit, interrogat (427), Strepsiades se ceteris in dicendo centum stadiis praestare velle respondet (429. 30); tum chorus in foro neminem pluribus sententiis victurum esse quam illum promittit (431. 2.); denique Strepsiades magnis sententiis spretis nihil nisi στρεψοδικῆσαι καὶ τοὺς χρήστας διολισθεῖν se velle affirmat (433. 34). Chorus Strepsiadem, quod velit, assecuturum esse promittit (435), quo facto Strepsiades rursus multoque plenius quam antea se omnia toleraturum esse profitetur (438—56).

Utri tractationi hanc partem attribuamus? Illud quidem apparere mihi videtur vv. 412—22 et vv. 438—56 optime ad Socratem, qualis in proëcdosi depingitur, ut virum maximorum laborum patientem quadrare,[1] et ne vv. 427—35 quidem priori fabulae forsitan ademeris propter Strepsiadis modestiam quandam, quae in his versibus apparet, si comparationis causa Phidippidis in altera fabula immodestiam adhibueris.

Sed unum monendum est. Nempe Diogenes Laertius (2, 27) vv. 412—17 hac forma affert nominibus et fabulae et auctoris neglectis:

[1]) cf. Kock l. l. pag. 41.

412 ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμήσας σοφίας, ἄνθρωπε, δικαίως,
ὡς εὐδαίμων παρ' Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἕλλησι διάξεις.
εἰ γὰρ μνήμων καὶ φροντιστής, καὶ τὸ ταλαίπωρον ἔνεστιν
415 ἐν τῇ γνώμῃ, κοὐκ ἔτι κάμνεις οὔθ' ἑστὼς οὔτε βαδίζων
οὔτ' οὐ ῥιγῶν ἄχθει λίαν, οὔτ' ἀρίστων ἐπιθυμεῖς,
οἴνου τ' ἀπέχει καὶ ἀδηφαγίας καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων.

Apparet, si poëta sic scripsit, Nubes illa verba non ad Strepsiadem, sed ad Socratem ut virum sibi iamdudum notum atque deditum facere nobis esse putandum. Si autem Diogenes versus, quos dico, recte[1]) attulit, verba hac forma, cum nunc iam non legamus, priori fabulae addicenda sunt. Tum vero inter 419 et 420—22 nonnullos priorum Nubium versus in retractatione deletos esse statuendum est, quibus Strepsiades 420—22 respondit.[2])

Deinde etiam vv. 423—26 iam prioris fabulae fuisse pro certo habeo, propterea quod rursus Diogenis Apolloniatae doctrinam irrideri cum Dielsio consentio, nam *χάος* est *ἀήρ* (cf. supra pag. 142 [28] in annot.), et fortasse prope v. 426

*οὐδ' ἂν θύσαιμ' οὐδ' ἂν σπείσαιμ' οὐδ' ἐπιθείην λιβανωτόν*

fragmentum apud Athenaeum (11, 479c) servatum: *μηδὲ στέψω κοτυλίσκον* referendum est, ut tetrametrum anapaesticum concluserit (cf. Kock F. C. A. I, p. 491).

Sed sive tantum de vv. 412—426 et 436—456, quos iam prioris fabulae fuisse pro certo habeo, idem sentis sive praeterea vv. 427—35 addis, quos iam in priore fabula auditos esse

---

[1]) Verba a Diogene tradita per se nihil habent, cur ea falso allata esse putemus. Ritter ea commentatione, quam iam supra tetigi (pag. 123 [9]), eum, ex quo D. haec hausisset, Socratis laudandi causa de industria Aristophanis verba commutavisse, ita ut ad Socratem pertinerent, dixit. Dixit haec, sed non probavit, et quamdiu id nondum probatum erit, tamdiu Diogeni fidem habendam esse existimo. Quamquam omnia recte se habere dicere nolo, veluti *οὔτ' οὐ* et *κοὐκέτι*.

Ceterum utrum Diogenes recte verba attulerit necne, non multum refert, nisi quod rem silentio praetermittere nolui.

[2]) cf.: Buecheler l. l. pag. 664 sqq., qui in Diog. verbis tantum *γνώμῃ* 415 deterius putat quam *ψυχῇ* et 417 *ἀδηφαγίας* deterius quam *γυμνασίων*.

etsi non certum esse, sed posse cogitari puto, illud quidem apparere mihi videtur retractationem etiam in hac parte esse absolutam.

Nam primnm vv. 423—426 eo loco, quo sunt, bene intelleguntur (quod e. c. Buecheler et Kock l. l. dubitaverunt). Socrates enim Strepsiadem de Nubibus docuit, Strepsiades se ad omnia toleranda paratum esse confirmavit: itaque Socrates ex Strepsiade quaerit:

423 ἄλλο τι δῆτ' οὖν νομιεῖς ἤδη θεὸν οὐδένα πλὴν ἅπερ ἡμεῖς,
τὸ Χάος τουτὶ καὶ τὰς Νεφέλας καὶ τὴν γλῶτταν, τρία ταυτί;

*Χάος* est ἀήρ, i. e. illud elementum, cuius deae Nubes sunt (cf. supra): γλῶττα autem ut sophistarum dea facile intellegitur, praesertim cum v. 419 (τῇ γλώττῃ πολεμίζων) modo commemorata sit.

Deinde non recte Koechly (l. l. pag. 424), Buecheler (l. l. pag. 664), Kock (l. l. pag. 41) vv. 412—19 (ea forma, quam nunc legimus) et 427—35 inter se dissentire censuisse mihi videntur. Putabant enim viri docti absurdum esse, si idem chorus, qui 412 ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμήσας σοφίας παρ' ἡμῶν ad Strepsiadem diceret, v. 427 imperaret: λέγε νυν ἡμῖν ὅτι σοι δρῶμεν et v. 435 etiam hoc iudicaret: οὐ γὰρ μεγάλων ἐπιθυμεῖς. Sed hoc toto loco poëtam semper a maiore ad minus descendere Heidhues (p. 27) rectissime cognovit. Optimo iure igitur chorus postremo in v. 435 dicit: οὐ γὰρ μεγάλων ἐπιθυμεῖς, quamquam initio tam magnifica verba fecerat. Initio in universum loquitur, postea ad singula, ad rem transit.

Denique etsi hunc totum locum (412—56) non sine aliqua vi cum ea, quae antecedit, disciplina coniungi posse concedo, tamen potest coniungi; nam postquam Strepsiades ad ea, quae Socrates eum de Nubium numine docuit, paratissimum animum attendit, inde Nubes eum eius sapientiae cupidum esse colligere possunt, cuius auctores ipsae sunt.

Restant parodi vv. 457—475, quibus chorus Strepsiadis paratum animum admiratus beatissimam vitam ei praedicit. Hi

quoque versus possunt iam prioris fabulae fuisse, praesertim cum optime ad eos, qui antecedunt quiqne et ipsi priori fabulae attribuendi fuerunt, accomodati sint.

Denique,[1] ut omnia, quae de hac parodo disserui, colligendo repetam, parodus talis, qualem nunc videmus, retractata et retractatio ad finem perducta esse videtur, cum sententiarum conexus et cursus dictionis, etsi nonnumquam retractatione turbatus, tamen non tam corruptus aut malus sit, ut tolerari non possit. Nonnulla autem etiam ex hac retractata parodo iam in commissa fabula posita cum quadam fide agnosci possunt, in quibus, ut id addam, etiam vv. 380. 1 numerandi sunt:

380 Σ. ἥκιστ᾽, ἀλλ᾽ αἰθέριος δῖνος.
ΣΤ. δῖνος; τουτί μ᾽ ἐλελήθει
ὁ Ζεὺς οὐκ ὤν, ἀλλ᾽ ἀντ᾽ αὐτοῦ Δῖνος νυνὶ βασιλεύων,

qui versus postea a Strepsiade apud filium sapientiam iactanti (cf. supra p. 161 [47]) v. 828 affertur. Ceterum illud negari non potest multo plura quam quae hodie cognoscere possimus, ex prioribus Nubibus recepta esse posse in fabulam retractatam.

Eo igitur parodus ab iis, quae antea tractavi, fabulae partibus differt, quod, etsi nonnulla, tamen non totum actionis cursum prioris parodi agnoscere possumus. Servati videntur ex priore fabula: vv. 275—290 et 298—313. 329—340? 359—363. 380. 1. 412—26 (412—17 ea forma, quam Diogenes tradidit). 427—436. 437—456. 457—475. Praeterea huc pertinere videntur fragmenta: ἐς τὴν Πάρνηθ᾽ etc. et fortasse μηδὲ στέψω κοτυλίσκον.

## Cap. VI. Parabasis.

Parabasin, quae proprie vocatur, i. e. vv. 518—62, non ante 420, fortasse inter 418 et 416, id quod Buecheler vult (pag. 658), compositam esse propter Eupolidis Maricantem fabulam,

[1]) Quae Zielinski l. l. pag. 49—52 de priorum N. agone disseruit et in hanc partem ex alterius fabulae parodo enucleavit, vel ob id ipsum comprobare non possum, quod priores Nubes agonem continuisse mihi quidem Acharnenses, Pacem, Thesmophoriazusas conferenti omnino non exploratum est.

Cf. etiam: Kaibel apud Pauly-Wissowam p. 989 vers. 25 sqq.

quae anno 420 commissa est, commemoratam constat. Atque priorem quidem parabasin non eodem metro Eupolideo atque hanc, sed tetrametris anapaesticis, quae in parabasi ab Aristophane adhiberi solent, scriptam fuisse cum Weylando (p. 8) puto; conferri possunt, quae scholiasta ad v. 518 refert, haec verba: οὐχ ἡ αὐτὴ δέ ἐστιν, οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ μέτρου τοῦ ἐν ταῖς Νεφέλαις πρώταις, ἀλλ', ὡς ὀλίγῳ πρότερον εἴρηται, τοῦ καλουμένου Εὐπολιδείου. Quamobrem vv. 510. 1 ut dimetrum ac monometrum anapaesticum ex priore fabula servata suo loco esse puto, cum vv. 512—17, qui aliud metrum praestant, utrum priori an alteri fabulae attribuendi sint et, si ex priore fabula sint, quem locum ibi tenuerint, nesciam.

Ceterum hos duos anapaesticos versus 510. 11 non in priore fabula cum glyconeis vel similibus versibus 512 sqq. fuisse coniunctos hinc quoque veri simile fit: glyconei cum anapaestis tantum in Vesp. vv. 317 sqq. coniunguntur, sed ibi novem glyconeos sequuntur 12 versus anapaestici (cf. Steurer l. l. pag. 51). Canticum autem, quod ante parabasin auditur, apud Aristophanem aut mere anapaesticum est, velut Eq. 498 sqq., aut anapaestos trochaei sequuntur, ita ut metrum in media sententia commutetur, velut in Vesp. 1009 sqq.[1]) et Pac. 733, aut anapaesti omnino desunt, velut in Av. 676 sqq.

Perpauca mihi de eis parabaseos locis dicere liceat, quos Heidhues perperam interpretatus est; Heidhues enim commentationem ab hac parabasi orsus in ea nullo loco retractationem commemorari probare studet. Versum 533

*νῦν οὖν Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην ἥδ' ἡ κωμῳδία*

ἦλθε hoc significare vult: nunc, i. e. cum res sic se habeat, haec comoedia veniebat (i. e. anno 423, ἦλθε, „kam"); at significat: hodie haec, quam vos spectatis, comoedia venit, adest (cf. Av. 680 ἦλθες, ἦλθες, ὤφθης); nam cum haec verba poëta scripsit et omnino cum fabulam retractabat, retractatam *committere* in animo habebat; postea postquam opera ingrata defatigatus retractare omnino desiit, partes et quae iam retractatae

---

[1]) νῦν ⟨μὲν⟩ τὰ μέλλοντ' εὖ λέγεσθαι Burgesius et Meinekius v. 1012 legunt.

et quae nondum retractatae erant, inter se coniungere eamque fabulam ut libellum iis, qui legere vellent, edere constituit. Deinde quomodo Heidhues *futurum* γνώσεται ad priorem fabulam referat, non intellego, nam prior comoedia non intelleget, sed intellexit. Quamobrem verba θεαταῖς οὕτω σοφοῖς omnino non ironice intellegenda sunt. Denique vv. 546—48 non de Daetalensibus ac Nubibus Aristophanem dicere putandum est, sed hic est sensus: Poëta se non semper in eundem hominem impetum facere dicit, veluti Eupolin, Phrynichum, Hermippum, alios, qui semper Hyperbolum eiusque matrem κολετρῶσιν, sed postquam semel Cleonem prostraverit, alios quaerere, quos carpat: dicit Socratem.

Ex ceteris parabaseos partibus stropham et antistropham cur priori fabulae adimam, non habeo, sed ne antepirrhema[1]) quidem adimendum esse censeo; nam etsi schol. ad v. 624 Hyperbolum illo anno, i. e. 423, hieromnemonem fuisse neminem referre adnotat (uam Cleone vivo omnino nondum eum clarum exstitisse), nemo, quo alio anno hoc munere functus sit, refert.

Sed quo tempore epirrhema compositum esse iudicemus? Cuius in vv. 580 sqq. Cleonem praetorem creatum esse Nubibus omni modo indignationem prae se ferentibus narratur; sed tamen omnia civitati bene cessura esse, dummodo Cleo, quam celerrime possit, in ius vocetur et furti ac repetundarum damnetur. Praeterea antea vv. 579. 80 Nubes gloriantur

ἦν γὰρ ᾖ τις ἔξοδος
μηδενὶ ξὺν νῷ, τότ' ἢ βροντῶμεν ἢ ψακάζομεν.

Atqui ex Thucydide in duabus expeditionibus Cleonem praetoris munere functum esse accepimus. Ex quibus ea, cui contra Sphacteriam paratae praefuit, hic intellegi non potest, quippe quae iamdudum tam mire prosperum eventum habuisset, ut postea infausta omina dici iam non possent. Itaque relinquitur, ut expeditio anni 422 contra Amphipolim suscepta significetur. At Buecheler[2]) quidem huic interpretationi complures dubitationes opponit eique Heidhues[2]) in universum assentitur. Buecheler

[1]) cf.: Köchly l. l. pag. 427.

[2]) cf.: Buecheler l. l. pag. 658 sqq.; Heidhues p. 9. cf. etiam: Naber, Mnemosynae XI, 309, qui omnia ad Sphacteriam referri vult.

enim, si vv. 581 sqq. de ea expeditione dictos esse putemus ob eamque causam retractationi addicamus, epirrhema in duas partes dirimendum esse existimat, quod tum hi versus alteri, primi versus 575—80 priori fabulae attribuendi sint. Sed quanam de causa? Quidni vv. 581 sqq. generatim dictos esse existimemus? Verbo εἶτα certe v. 581 huius generis exemplum afferri et ut nostrum „demnach" sumendum esse cum Kockio[1]) et Weylando[1]) puto. Initio autem allocutio ὦ σοφώτατοι θεαταί omni modo ad priores Nubes referenda esse, quasi priore fabula a theatro exacta Aristophanes spectatores hac allocutione dignos ducere non posset, iam Weylando merito non videbatur atque ego imprimis illud adiciam hanc ipsam allocutionem ut captationem benevolentiae semper in comoedia Attica suo esse loco atque etiam fortasse magis in altera fabula quam in priore. Deinde Buecheler in vv. 590. 1 adhortationi verba „nach der Rückkehr" vel simile quid addendum fuisse indicat. Sed hoc per se ipsum perspicuum est; quonam alio modo Athenienses Cleonem praetorem in ius adducere poterant nisi revocatum? Et si fabula eo anno, quo epirrhema scriptum est, 422 rursus commissa esset spectatores, opinor, id sine magna opera subaudivissent. Denique Buecheler illam ipsam expeditionem Thraciam non magnam Cleonem furti arguendi facultatem praebituram fuisse indicat. Hoc recte iudicavit, sed quonam loco Cleonem furti ac largitionis per hanc expeditionem acceptae accusandum esse invenimus? Immo vero Cleonem earum iniuriarum, quas antea aliquando commiserit, incusari poëta iubet. Itaque nihil video, cur tertiam, de qua nihil accepimus, Cleonis praeturam cum Buechelero et Heidhuesio per coniecturam statuam. Publicis vero reditibus praefecti munus, id quod Sauerwein (l. l. pag. 28—30) vult, propter voces στρατηγὸν ἥρεῖσθε hic intellegi non posse iam Heidhues recte cognovit.

Itaque cum Kockio et Weylando epirrhema ad expeditionem Thraciam pertinere annoque 422, inter Cleonis[2]) creationem et

[1]) de tota hac quaestione cf.: Kock l. l. pag. 31—33; Weyland in dissertat. p. 10—23 et in Philol. 36, 73—82. cf. etiam: Teuffel, Philol. VII, 360 sqq., qui vv. 575—580 priori, cetera alteri fab. attribuit.

[2]) Quod Cleonem in alteris Nubibus perstringi videmus, Luebkio assentior, qui (Quaest. crit. in historiam veteris comoediae, diss. inaug.

mortem, h. e. ante propriam parabasin, sed post Nubes commissas scriptum esse pro certo habeo iterumque confirmatur illud schol. ad v. 591: *δῆλον οὖν ὅτι κατὰ πολλοὺς τοὺς χρόνους διεσκέυασε τὸ δρᾶμα· καὶ ταῦτα μὲν οὐ πολλῷ πρότερον, ἐν οἷς δὲ Εὐπόλιδος μέμνηται, πολλῷ.*

Sed obstare videtur sententia Eratosthenis, doctissimi omniumque, quae ad comoediam Graecam pertinent, peritissimi viri. Schol. enim ad v. 552 sic refert: *Ἐρατοσθένης δέ φησι Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶντα τῶν Νεφελῶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου, ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δ' αὐτόν, φησίν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν· ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον. αἱ δὲ διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι. πῶς δ' οὐ συνεῖδεν, ὅτι καὶ ἐν τῷ Μαρικᾷ προτετελεύτηκε Κλέων, ἐν δὲ ταῖς Νεφέλαις λέγεται εἰς τὸν θεοῖσιν ἐχθρόν, τὸν βυρσοδέψην.* Quo ex scholio haec discimus: Eratosthenes Callimachum didascaliis crimini dedisse narravit, quod Eupolidis Maricantem tertio anno **post** Nubes datam esse referrent, quamquam in Nubium parabasi eam **antea** commissam esse perspicue nuntiaretur. At Eratosthenes poëtam in fabula data, ad quam didascalias spectare manifestum esset, id non dixisse opposuit; si autem in fabula retractata diceret, id non mirum esse. — Hucusque omnia bene se habent. Sed tum scholion dicere pergit: Quomodo vero eum, i. e.

---

Berol. 1883, p. 17) postrema verba scholii ad Acharn. v. 377:

*καὶ ξενίας δὲ αὐτὸν ἐγράψατο καὶ εἰς ἀγῶνα ἐνέβαλεν*

ad eandem causam pertinere disserit atque Vesp. vv. 1284 sqq.:

*ἡνίκα Κλέων μ' ὑπετάραττεν ἐπικείμενος*
*καί με κακίαις ἔκνισε·*

h. e. non ad eam causam, qua Cleo post Babylonios fabulam commissam, sed post Equites Aristophanem vexaverat.

Itaque cum Droysenio (des Ar. W. übs. 1869 II, pag. 92) et Weylando (in diss. p. 20 et in Philol. 36, 81 sq.) et Muellero Strubingensi (Aristophanes und die historische Kritik, p. 608 in annotatione) versus sqq., imprimis 1290

*ταῦτα κατιδὼν ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα*

ad priores Nubes refero; contra in retractata fabula Cleonem rursus perstrictum invenimus.

Callimachum, fugit in Maricante Cleonem iam non vivere, in Nubibus vivere, quoniam perspicue dicitur contra τὸν θεοῖσιν ἐχθρόν, τὸν βυρσοδέψην. His verbis inter se opponuntur Maricas et Nubes, h. e. sine dubio priores Nubes, ex iisque affertur: τὸν θεοῖσιν ἐχθρόν, τὸν βυρσοδέψην; haec verba autem hodie in epirrhemate, v. 581, legimus. Itaque is, qui ultimam illius scholii sententiam scripsit, epirrhema *priori* fabulae addixisse videtur, et si idem haec verba scripsit atque priora — neque usquam iam alium dicere atque antea comperimus —, Eratosthenes ipse id, quod nunc legimus, epirrhema priori fabulae attribuit. Tum vero Eratosthenis testimonium prorsus dissentit ab eis, quae equidem supra disserui, Kockium et Weylandum secutus.

Weyland igitur difficultatem sic tollere conatus est, ut Eratosthenem sic iudicantem exemplar Nubium priorum evolvisse necessario statuendum esse in dissert. pag. 18 negaret et in Philol. 36, 79 sq. fortasse omnino ne Eratostheni quidem ceterisve grammaticis Alexandrinis fabulam anno 423 commissam praesto fuisse Rittero concederet. Sed hoc falsum esse puto. Iam supra enim initio huius commentationis grammaticos Alexandrinos priorem Nubium fabulam ipsos legisse demonstrabam, et si certitudinem atque fiduciam consideraveris, quacum Eratosthenes alteram alteri fabulae opponit, cum dicit: ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν· ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον, sine dubio Eratosthenem priorem quoque fabulam evolvisse mecum collegeris.

Itaque restant viae difficultatis tollendae duae. Aut illa verba, quae Eratosthenes ex prioris fabulae epirrhemate affert, τὸν θεοῖσιν ἐχθρόν, τὸν βυρσοδέψην, simili modo ac vv. 1196—1200 et δὶς παῖδες οἱ γέροντες v. 1417 (cf. supra pag. 160. [46]) in novum alterius fabulae epirrhema recepta sunt. Quamquam, si haec est res, Cleo etiam in priore fabula irrisus est, quod modo (in annot. pag. 182 [68]) dubitavi. Aut — et id mihi quidem veri similius videtur — illorum verborum auctor non est Eratosthenes, sed alius commentator deterior, cui minor fides habenda est; is ad Eratosthenis verba suam ipsius sententiam vel potius suspicionem adiecit, cum ipse priores Nubes iam non praesto haberet et ex alterius fabulae

epirrhematis vv. 581 sqq., ubi Cleo vivus commemoratur, epirrhema ad priores Nubes referendum esse colligeret.

Eratosthenem autem auctorem non esse colligi posse mihi videtur primum quidem ex verbis, deinde ex re. Verba non bene ad ea, quae antecedunt, adnexa sunt; nusquam iam novam sententiam, novam causam accedere comperimus. Quod autem ad sensum attinet, etiam minus ad Eratosthenem quadrant. Nam si quaerimus, quanam de causa Callimachus erraverit et Eratosthenes eius errorem corrigere potuerit, ea videatur probabilissima causa, quod Callimacbus priores Nubes non evolvit, Eratosthenes evolvit. Si autem Callimacbus non evolvit, Eratosthenes id ipsum ei crimini dare potuit et occulte dedit, cum dicat: *λανθάνει δ'αὐτόν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν*, sed non iterum potuit ei crimini dare, quod in priore fabula Cleonem irrideri non viderit; nam si Callimachus non evolverat, non potuit videre.

Postremo autem, ut in prioribus capitibus, ita hoc quoque loco repeto ex prioris fabulae parabasi *fortasse* servata esse anapaesticos versus 510. 1, odam, antodam, antepirrhema.

## Cap. VII. Iusti et iniusti oratoris certamen.

Quamquam de iusti et iniusti oratoris certamine (886—1104) in universum me verba facere fortasse iam non necesse est, quoniam hoc certamen retractationi adscribendum mihi constat primum quidem ob sextae hypotheseos indicium, deinde ob id ipsum, quod Phidippides Socrati conciliandi et instituendi causa paratur, Pbidippidem autem in priore fabula omnino non institutum esse supra (cap. III) demonstravi: tamen paucis tangere volo et ob aliam causam et propterea, ut id fatear ea, quae Heidhues de bac scaena disseruit (pag. 10—20), deterrimam partem in eius commentatione esse mihi videri.

Atque hac occasione data breviter in universum de Heidhuesii commentatione, de qua, quod quidem ego sciam, nemo adhuc iudicavit, iudicium proferre liceat. Heidhues, qui libellum suum saepe a me allatum proximo demum anno in medium protulit,

omnibus fere viris doctis, qui hoc saeculo de Aristophanis Nubibus disputaverunt — neque hi sunt pauci — adversatus hanc Nubium fabulam, quam nos legimus, propria parabasi excepta eandem esse atque eam, quam anno 423 datam esse accepimus, demonstrare conatus est, ad eam sententiam rediens, quam initio huius saeculi (a. 1821) Esser dissertatione defendit. Heidhuesii commentationem maxima industria atque diligentissima superiorum sententiarum cognitione elaboratam esse confiteor; sed Heidhues opinione praeiudicata ductus Nubes tractandas aggressus esse mihi videtur; huic opinioni permulta obstabant, at non opinio rei, sed opinioni res cedebat.

Redeo ad oratorum certamen. Deest et ante et post certaminis scaenam canticum,[1]) quod choro canente Socrates et Strepsiades primo in iustum atque iniustum oratorem, deinde rursus in Socratem et Strepsiadem mutentur. Itaque Heidhues sic rem se habere putat: Strepsiade in scaena manente — sed quid Strepsiades hic velit, non intellegitur (cf. Kock p. 44) — Socrates et Phidippides ad oratores vocandos post v. 888 introëunt — sed cur Phidippide in hac re opus sit, non perspicitur —; deinde Socrates et *Phidippides* in iustum atque iniustum oratorem mutantur (propterea igitur etiam Phidippides introire et oratores vocare debet, quamquam ipse et in hac et in posterioribus scaenis partes agit), dum chorus carmen canit, quod librariorum mendo excidit; tum, quoad duo oratores inter se certant, Phidippidis partes parachoregemate aguntur; postremo post vocem ἡττήμεθ' iustus orator introit et in Socratem rursus mutatur, postea iniustus in Phidippidem. Ego autem hoc absurdum quin putem, facere non possum.

Ceterum hoc certamen alteri fabulae addicendum esse iam antea viri docti multis de causis collegerunt.

Sed quamquam haec scaena in retractatione composita est, vv. 995—999 tertium demonstrare videntur retractationem non fuisse continuam, sed nonnumquam interruptam et diversis[2]) tem-

---

[1]) de *Χορός*, quod ante v. 889 scholiastae in suis manuscriptis legebant et quod hodie quoque Rav. praebet (alius liber habet *Χοροῦ*), conferas: Leo, Plaut. Forschungen, pag. 206.

[2]) cf. illud schol. ad. v. 591, quod iam bis (pag. 161 [47] et 182 [68]) adhibui.

poribus factam. Nam recte Roemer (Sitzber. der Münch. Akad. 1896, Heft II, p. 235) his versibus quamvis singulares, tamen non novas sententias adnecti animadvertit; versus enim 992 verba *καὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι* accuratius definiuntur versu 995; v. 994 verba *καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν* quamquam omnino satisfaciunt, tamen versibus 998. 9 accuratius depinguntur:

*μηδ' ἀντειπεῖν τῷ πατρὶ μηδέν, μηδ' Ἰαπετὸν καλέσαντα*
*μνησικακῆσαι τὴν ἡλικίαν, ἐξ ἧς ἐνεοττοτροφήθης·*

his versibus ab iusto oratore Phidippidis scelus quasi praedici Roemer recte iudicat, et cum verba *ἄλλο τε μηδέν* v. 994 mihi quoque finis et conclusionis speciem praestare videantur, hos quinque versus dittographiam, ut ita dicam, esse puto.

## Caput I.

De virorum apud Romanos in litteris maxime illustrium vitis quae scimus, Suetonio potissimum Tranquillo debemus iisque inter vitarum scriptores posteriores, qui aliquo modo cum memoria Suetoniana cohaerent. Itaque munus non infructuosum videatur esse, postquam e reliquiis iure Suetonii nomen prae se ferentibus rationem scribendi et viam Suetonio peculiarem constituerimus, e vitarum memoria, quae est apud Pseudoprobum, Donatum, Servium, Focam, Vaccam alios ea conari a postea vel additis vel immixtis secernere, quae Suetonianam originem prodant. Sed priusquam ad solvendam hanc quaestionem transeamus, de ordine fragmentorum, quem in Reifferscheidii editione invenimus, disserere pauca utile esse puto.

Renascentium litterarum aetate, cum ab Enochio Asculano Suetonii liber de grammaticis et rhetoribus ex Germania in Italiam relatus esset, viri docti loci Hieronymiani bene memores hanc partem esse maioris libri statim censuerunt.

Apud Hieronymum enim in prolegomenis ad Dextrum II p. 821 Vall. legimus: *Hortaris me, Dexter, ut Tranquillum sequens ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram, et quod ille in enumerandis gentilium litterarum viris fecit illustribus, ego in nostris faciam. Fecerunt quidem hoc idem* e. q. s. Reiff. p. 3 ..... *et ad cuius nos exemplum provocas, Tranquillus.*

Ac primum quidem praeter libellum de grammaticis et rhetoribus nonnulla alia vitarum fragmenta, quae satis perspicua Suetonii auctoris vestigia prodebant, Terentii, Horatii, Lucani, Passieni Crispi, Plinii vitas Suetonio vindicare iam illis temporibus viri docti ac praecipue Iosephus Iustus Scaliger

non dubitabant. Cuius egregii hominis sagacitati etiam praeclarum illud inventum debemus, quo Hieronymum in additamentis ad Eusebii chronicum Suetonii librum de viris illustribus usurpasse patefactum est. Quod compluribus locis libelli, qui aetatem tulit, comparatis cum Hieronymi excerptis manifestum — cf. exempli gratia de grammat. et rhetor. p. 123: *L. Plotius Gallus* cum Hieronymi de eodem rhetore nota sub Olymp. 173, 1, ne plura afferam exempla, quae Hieronymi sive neglegentia sive socordia depravata infra tractabo — ipse quoque ille chronographus expressis verbis profitetur, cf. Hier. praef. in chron. VIII p. 7 Vall.: *a Troia usque ad vicesimum Constantini annum nunc addita nunc mixta sunt plurima, quae de Tranquillo et ceteris illustribus historicis curiosissime excerpsimus.* Sed qui Hieronymum pendere a Suetonio disiectis quidem exemplis confirmavit Scaliger colligendi vel disponendi fragmenta ne conatum quidem fecit. Tribus demum fere saeculis post virum summa laude dignum denuo huic quaestioni via ac ratione solvendae operam dedit Fridericus Ritschl,[1]) qui studii et muneris vocabula semper ab Hieronymo singulis hominibus litteratis adiecta secutus quattuor series constituit de poetis, de oratoribus, de grammaticis, de rhetoribus quas libri Suetoniani de viris illustribus particulis respondere nemo negabit. At tamen haud paucae in Hieronymi chronicon libro notae inveniuntur, quae historicorum et philosophorum nomina proferentes unde essent haustae a chronographo per aliquot annos in tenebris iacebat, donec Augustus Reifferscheid in Quaestionibus Suetonianis[2]) omni fere ex parte probabiliter requirendi Suetonii reliquias et digerendi in sex particulas munus absolvit. Viros autem imperio insignes, qui apud Graecorum neque minus apud Romanorum vitarum scriptores Suetonio priores locum tenebant in schemate biographico, a Tranquillo esse praetermissos satis confirmant

[1]) Fr. Ritschl, Suetonius de viris illustribus, in appendice parerg. Plaut. I p. 609—638, de hac re imprimis p. 614—620; cf. p. 615: „de grammaticis, de rhetoribus, de oratoribus, de poetis handelte das litterarhistorische Werk des Suetonius, und umfasste, wenn nicht alles täuscht, weder mehr noch weniger."

[2]) Aug. Reifferscheid, Quaestiones Suetonianae, in edit. p. 363—478; de viris illustribus primo capite agitur.

non solum Hieronymi excerpta, in quibus ne unus quidem dux vel princeps e nobilissimis adnotatur, sed ipsius chronographi testimonium: *et quod ille in enumerandis gentilium litterarum viris fecit illustribus.*

In ordinandis fragmentis quae sit regula quam sequamur, optime indicat partitio libelli de grammaticis et rhetoribus, qui praemisso omnium grammaticorum et rhetorum indice incipit a praefatione de artis grammaticae rudimentis, quam excipiunt vitarum descriptiones. Neque aliter rem se habere in reliquis libri partibus de poetis, de oratoribus, de historicis, de philosophis per se iam est verisimile.

Suo iure Reifferscheidius[1]) Hieronymi verba: *fecerunt hoc idem apud Graecos Hermippus peripateticus, Antigonus Carystius*[2]), *Satyrus doctus vir et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus, apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus,* cum insignis doctrinae vestigia prae se ferant, Suetonio vindicavit. Suetonium enim, cum in tractando schemate biographico cum prioribus vitarum scriptoribus, ut supra monui, discreparet, de ratione sua in praefatione totius libri disseruisse probabilis est Reifferscheidii opinio. Quid? quod apud Isidorum in orig. VIII, 7 legimus: *poetae unde sint dicti, sic ait Tranquillus* e. q. s. p. 4, quem auctorem secutus sit Isidorus, ipse aperte pronuntiat. Verum quod tertio loco positum est, fragmento e Diomedis[3]) artis grammaticae libro III derivato multa grammatici additamenta non solum sunt immixta, sed ne ordo quidem Suetonii sententiarum ab excerptore servatus est. Quam ob causam Reifferscheidius summa cum diligentia secernere adiecta ab antiqua stirpe Suetoniana non gravatus est; quas discrepantias quo facilius intellegamus, Diomedis ordinem secundum paginas Reifferscheidii addidi:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. p. 4, 11—5, 15 | | 3. p. 5, 16—10, 2 | |
| 2. „ 16, 5—22, 2 | | 4. „ 8, 8—10 | |

[1]) Reifferscheid, Quaest. Suet. p. 367.

[2]) Wilamowitz, Antigonus von Karystos, Philol. Untersuchungen IV 1881 p. 27: „Man muss Sueton, an den ausdrücklich appelliert wird, ohne weiteres an die Stelle des heiligen Hieronymus setzen."

[3]) Henric. Keil, Grammatici Latini I p. 297 sqq.

| | |
|---|---|
| 5. p. 10, 16 — 11, 5 | 8. p. 13, 19 — 16,4 |
| 6. „ 13, 17 — 19 | 9. „ 10, 3 — 16 |
| 7. „ 13, 9 — 16 | 10. „ 12,12 — 13,8 |
| 11. p. 11, 5 — 12, 11. | |

Reiecit igitur Reifferscheidius,[1]) ut quae cum memoria Suetoniana non cohaereant, Keilii pp. 483, 7 — 26; 485,18 — 29; 486, 17 — 487, 10. Denique Diomedes etiam pro arbitrio suo nonnulla, quorum apud Suetonium mentio certe facta erat, omisit; desiderantur enim in disputatione de tragoedia, de satyrica, de mimica poesi auctorum nomina, quae Suetonius semper addere solet.

Restat ut pauca de argumentis verba faciamus, quibus auctorem huius fragmenti Suetonium esse confirmatur. Ac primum quidem scriptoris nomen a Diomede ipso affertur p. 11, 18 (Reiff.): *primis autem temporibus, sicuti adserit Tranquillus.* Deinde in commentatione de saturarum poesi auctores nominantur Lucilius tantum et Horatius et Persius neque mentio fit Iuvenalis; quodsi in sequente libello poetarum seriem Lucanus concludit, Reifferscheidius auctorem non solum fragmenti illius, verum etiam libri de poetis vel aequalem fuisse Iuvenalis vel aetatem eius non attigisse collegit. De M. Valerio Probo[2]) tractatus istius auctore cogitare cur utique perversum sit, exposui infra, ubi de Vergilii vita sub nomine Berytii tradita disputavi.

Iam ad librum de poetis ipsum transire licet, quem infra uberius tractabimus. Hic pauca sufficiant. Quod in Hieronymi chronico exstant adhuc triginta vitarum fragmenta inde a Livio Andronico usque ad Lucanum, non multos quidem omissos esse apparet. Quo magis mirum est quod Afranius, Tibullus, Propertius a chronographo quorum mentio fiat digni non habentur, cum certis sciamus indiciis apud Suetonium suum locum tenuisse illos poetas sane nobilissimos (cf. p. 15, 14; p. 18, 11).

Quae sequitur particulae de oratoribus, cuius extant apud Hieronymum quindecim fragmenta, praemissa erat a Suetonio praefatio de primordiis artis initio Romae a Graecis tantum

[1]) Reifferscheid, Quaest. Suet. p. 378 sq.

[2]) Reifferscheid, Quaest. Suet. p. 371.

rhetoribus cultae, ita ut praeceptoribus Graecis breviter commemoratis maxima pars esset destinata enumerandis Romanis oratoribus Cicerone prioribus. Primus enim omnium oratorum Cicero ab Hieronymo citatur sicuti in sequente libro de historicis nullius ante Sallustium historici mentio fit, unde Reifferscheidius conclusit a Cicerone demum et Sallustio coeptam esse a Suetonio oratorum et historicorum seriem, imprimis quod et Quintiliani indicium cum hac ratione prorsus congruit et Suetonii ipsius haud obscura testimonia priscos illos oratores et historicos non receptos esse in numerum illustrium virorum videntur significare. Quem antiquariis suae aetatis se opposuisse ipsius verba fidem faciunt — cf. de grammat. et rhetor. c. 10, Aug. c. 86. Itaque quamquam in contrariam partem quod Hieronymi excerpta e libro etiam de grammaticis et rhetoribus praetermissis antiquioribus magistris a Verrio Flacco demum incipiunt, afferre licet, tamen mihi Reifferscheidii argumenta maiorem vim habere videntur.

Libelli de philosophis, cuius apud Hieronymum tria exstant fragmenta, uno verbo mentione facta, quod imaginem ne disiectam quidem e reliquiis nimis parcis acquirere possumus, restat, ut de extrema parte libri de grammaticis et rhetoribus Reifferscheidii sententiam proponam. Adiecta enim esse videtur appendix de bibliothecis, de librorum conformatione, de litterarum notis eius modi aliis, siquidem apud Suidam s. v. *Τράγκυλλος* legimus Suetonium *περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων* librum scripsisse.[1]) Neque aptior tali quaestioni locus inveniri poterat quam in fine libri de grammaticis et rhetoribus.

Iis quae Reifferscheidii et aliorum doctissimorum diligentiae et curae debemus, breviter enarratis iam ad primam huius dissertationis partem transire licet. Ut iam supra monui nemo adhuc in Vergilii, Persii, Lucani vitarum memoria, quae est apud commentatores Suetonio posteriores, Pseudoprobum, Donatum, Servium, Focam, Vaccam secernendi grammaticorum additamenta ab origine Suetoniana negotium subiit. Sed in hanc rem inquirere quantopere operae pretium sit, praesertim cum tota fere memoria de Romanorum scriptorum vitis ad Suetonium redeat,

[1]) Reifferscheid, Quaest. Suet. p. 419—20.

monere vix opus est. Ac primum quidem certis testimoniis confirmandum est vitas, quarum anctorem supra Suetonium simpliciter agnovimus, inre Tranquilli nomen proferre. Ne verba faciam de Terentii vita subscriptione Donati — cf. p. 35: *haec Suetonius Tranquillus* — Suetonio plane vindicanda, statim vitam Horatii aggrediar, quae exterioribus quidem indiciis Suetonium auctorem testantibus omnino caret. Sed quod ter apud scholiastas anctore Suetonio nominato ea enarrantur, quae iu hac vita legimus — cf. aduot. Reiff. ad p. 46: *ut refert Suetonius in vita Horatii; cuius rei etiam Suetonius auctor est; ut Suetonius auctor est* — constat illam Suetonianam vitam, quamvis mutilata ct truncata sit, felicis fortunao beneficio nobis esse servatam.

Pergamus ad vitae Lucani fragmentum satis amplum, cnius originem Suetonianam testantur primum vestigia dictionis Suetonio pecnliaris, quae collegit et disposnit Carolus Weber,[1]) deinde verba p. 52, 2: *poemata eius etiam praelegi memini* non cadunt in scriptorem alius aetatis uisi qua Suetonius vixit. Adde quod scriptor huius vitae satis conspicuam in Lucanum invidiam profitetur, quam poetae commentatori sane non convenire bene mounit Reifferscheidius. Denique consensus Hieronymi excerptornm, quae unde hausta sint, nemini dubium esse potest, originis huius vitae discrtum testimonium est.

Restant iam Passieni Crispi et Plinii maioris vitae minore quidem ambitu, sed quae non minus conspicua Suetonianae stirpis vestigia proferant. Alteram enim Passieni Crispi vitam beneficio Iuvenalis scholiastao debemus, qni et alio loco libros de viris illustribns consuluit[2]) neque facile aliunde potuit hanc accuratam notitiam accipere. Denique, nt rem conficiat, ne Hieronymi quidem excerptorum consensus deest. Alteram Plinii Secundi vitam, quam a Suetonio originem trahere inscriptio testatur, codices Pliniani exhibent.

Hae igitur sunt vitae, quae fundamentum praebeant, quo niti possimus in exquirendis Suetonii proprietatibus, praeter libellum de grammaticis et rhetoribus integrum fore servatum. Antequam vero

[1]) Vitae M. Annaei Lucani collectae a Car. Frid. Weber, part. I p. 6.
[2]) Reifferscheid, Quaest. Suet. p. 405.

qnaestionem illam instituamus, haud inutile fore puto comparatis inter se et qnattuor vel qninqne Vergilii et duabus Lucani vitis quatenus discrepent inter se quatenus consentiant statuere.

De Vergilii vita nobis praeter excerpta Hierouymiana, quibns adhuc, ut deperditae Suetouii descriptionis imaginem auimo informaremus, fere solis usi sumus, quattuor potissimum grammaticornm commentationes ad manum sunt. Quarum prima de commentario Valerii Probi sublata Suetonio vetustiorem memoriam praestare videatur, altera ex commentario Donati excerpta magna ex parte ad Suetonium redit, tertia a Foca grammatico urbis Romae versibus edita, quarta a Serv o grammatico conscripta unde siut haustae infra videbimus. Denique aetatem tulit ignoti auctoris vita in codicibus compluribus reperta,[1]) quam nullo modo cum memoria Suetoniaua cohaerere facile intelleget qui eam iuspexerit. Cum unus liber mauuscriptus illam Douati vitam contineat, inde a reuatis litteris quamqnam nullius codicis fide confirmata altera eiusdem Douati nomen proferens genuinae vitae locum diutius tennit. Quae qnibus temporibus orta sit intellegere licet inde, quod multis locis immixtae sunt narratiunculae, quae saue magis conveniant Vergilio mago, cuius artes medio aevo homiues admirabantur, quam poetae Augusteae aetatis humanissimo.[2]) Quibus intellectis optimo iure memoriam huius opusculi neglegere licebit. Discrepautiae et consensus, qnae intercedunt inter reliquas qnattuor vitas, quo magis eluceant, hunc conspectum composui:

[1]) Reifferscheid, Suet. rell. p. 52—53. Hagen, scholia Bernensia p. 745.

[2]) Reifferscheid, Quaest. Suet. p. 401—403.

**Vergilii vitarum consensus.**

| Hieronymus | Servius | Probus | Donatus | Focas |
|---|---|---|---|---|
| Vergilius Maro in pago qui Andes dicitur haut procul a Mantua nascitur Pompeio et Crasso consulibus. | patre Vergilio, matre Magia fuit; civis Mantuanus. | P. Vergilius Maro natus idibus Octobribus Crasso et Pompeio consulibus matre Magia Polia patre rustico in vico Andibus qui abest a Mantua milia passuum XXX. tenui facultate nutritus. | P. Vergilius Maro Mantuanus parentibus modicis fuit ac praecipue patre, (quem quidam opificem figulum, plures Magi cuiusdam viatoris initio mercennarium mox ob industriam generum tradiderunt) . . . natus est Cn. Pompeio Magno et M. Licinio Crasso primum consulibus iduum Octobrium die in pago qui Andes dicitur et abest a Mantua non procul. | Maronem<br>Mantua Romuleae generavit flumina linguae.<br>(huic genitor figulus, Maro nomine, cultor agelii<br>ut referunt alii, tenui mercede locatus,<br>sed plures figuium.)<br>mater Polia fuit Magii non infima proles,<br>quem socerum probitas fecit iam clara Maroni.<br>consule Pompeio vitalibus editus auris<br>et Crasso tetigit terram quo tempore Cheias<br>iam mitis Phaeton post Virginis ora recepit. |
| | | | praegnans eo mater somniavit, enixam se laureum ramum, quem … | haec cum maturo premeretur pondere ventris, |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | | speciem maturae arboris refertaeque variis pomis et floribus.<br>accessit aliud praesagium: siquidem virga populea more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta ita brevi evaluit tempore, ut multo ante satas populos adaequavisset.<br>ferunt infantem cum sit editus neque vagisse et adeo miti vultu fuisse, ut haud dubiam spem prosperioris geniturae iam tum daret. | ventura repingens,<br>anxius et vigiliis praesumere gaudia cura,<br>Phoebei nemoris ramum fudisse putavit.<br>insuper his genitor nati dum fata requirit,<br>populeam sterili virgam mandavit arenae:<br>tempore quae nutrita brevi dum crescit in omen<br>altior emicuit cunctis, quas auxerat aetas.<br>infantem vagisse negant. nam fronte serena<br>conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat. |
| Vergilius Cremonae studiis eruditur.<br>Vergilius sumpta toga Mediolanum transgreditur et post breve tempus Romam pergit. | diversis in locis operam litteris dedit; nam et Cremonae et Mediolani et Neapoli (cf. Donat. p. 57, 8) studuit. | | initia aetatis Cremonae egit usque ad virilem togam, quam XV. anno natali suo accepit iisdem illis consulibus iterum duobus quibus erat natus. Cremona Mediolanum et inde paulo post transiit in urbem. | |

| Hieronymns | Servins | Probns | Donatns | Focas |
|---|---|---|---|---|
| | adeo antem verecundissimus fuit, ut ex moribns cognomen acceperit; nam dictus est Partbenias. omni vita probstus uno tantnm morbo iaborabat; nam impatiens iibidinis fuit. | | cibi vinique minimi, iibidinis in pneros pronior . . . cetera sane vitae et ore et animo tam probum constat, ut Neapoli Partbenias vulgo appellatus sit. | |
| | | ab Augusto nsqne ad sestertium centies bonestatus est. | possedit prope centies sestertium ex iiberalitatibus amicorum. | |
| | primnm ab hoc distichon factum est in Ballistam latronem: „monte snb hoc e. q. s.“ scripsit etiam septem sive octo libros bos: Cirim Aetnam Culicem Priapeia Catalepton Epigrammata Copam Diras. | | nam et in sermone tardissimum ac paene indocto simiiem fuisse Melissus tradidit. Poeticam puer adbuc auspicatus in Balistam iudi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum iapidibus distichon fecit: „monte sub hoc e. q. s.“ deinde catalecton et priapia et epigrammata | tnm Ballista rudem lingua titubante receptnm instituit primnm; quem nox armabat in umbris grassari solitum: crimen doctrina tegebat. mox patefacta viri pressa est andacia saxis. incidit titulum iuvenis, quo pignora vatis edidit: auspiciis suffecit poena magistri. „monte sub hoc e. q. s.“ |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | culicem .... et distichon fecit: „parve culex e. q. s." scripsit etiam de qua ambigitur Aetnam. | lusit funera versu: „parve culex e. q. s." |
| postea ortis bellis civilibus inter Antonium et Augustum Augustus victor Cremonensium agros, quia pro Antonio senserant, dedit militibus suis. qui cum non sufficerent, his addidit agros Mantuanos, sublatos non propter civium culpam, sed propter vicinitatem Cremonensium: unde ipse in bucolicis: „Mantua vae miserae e. q. s." amissis, ergo agris Romam venit et usus patrocinio Pollionis et Maecenatis solus agrum quem amiserat | in belli civilis tempora incidit, quod Augustus adversus Antonium gessit, . . . veteranis agri eius distributi sunt, postea restitutus beneficio Alpheni Vari, Asinii Pollionis et Cornelii Galli, quibus in bucolicis adulatur. | ad bucolica transiit maxime ut Asinium Pollionem, Alfenum Varum et Cornelium Gallum celebraret, quia in distributione agrorum, qui post Philippensem victoriam veteranis triumvirorum iussu trans Padum dividebantur, indemnem se praestitissent. | pastores cecinit primos: hoc carmine consul Pollio laudatur . . . . Cassius hic Magni vindex et Brutus in armis intereunt. victor nondum contentus opimis emeritas belli spoliis ditasse cohortis proscripsit miserae florentia rura Cremonae. non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum. itur ad auctorem rerum, quid Martius horror egerit, ostendunt, qui tunc miseranda tulisset. Caesaris huic placido nutu repetuntur agelli |

| Hieronymus | Servius | Probus | Donatus | Focas |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| | meruit. tunc ei proposuit Pollio ut carmen bucolicum scriberet, quod eum constat (cf. Don. p. 60, 5) triennio scripsisse et emendasse. | | | |
| | | item proposuit Maecenas Georgica quae scripsit emendavitque septem annis (cf. Don. p. 60, 5). | deinde georgica in honorem Maecenatis edidit, qui sibi mediocriter adhuc noto opem tulisset adversus veterani cuiusdam violentiam, a qua in altercatione litis paulum afuit, quin occideretur. | post haec ruris praecepta colendi ..... iam Maro pulsus erat: sed viribus obvius ibat fretus amicorum clipeo, cum paene nefando ense perit. |
| | postea ab Augusto Aeneidem propositam scripsit annis undecim. | | bucolica triennio georgica VII Aeneida XI perfecit annis. | hoc carmine consul Pollio laudatur ter se revocantibus annis composito ... en commoda terrae edocuit geminis anno minus omnia lustris. bissena volumina sacro formavit donata duci trieteride quarta. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | Cantabrico .... (lacuna) | forte !expeditione Cantabrica aberat. | |
| Vergilius Brundisi moritur Sentio Saturnino et Lucretio Cinna consulibus. | | decessit in Calabria annum agens quinquagesimum et primum. | anno aetatis quinquagesimo secundo ... languorem nactus est eumque non intermissa navigatione auxit ita ut gravior aliquanto Brundisium appelleret, ubi diebus paucis obiit XI. Kal. Octobr. Cn. Sentio Q. Lucretio coss. | pergitur: ut Calabros tetigit, livore nocenti Parcarum vehemens luxavit corpora morbus. |
| ossa eius Neapolim translata in secundo ab urbe miliario sepeliuntur titulo eiusmodi suprascripto, quem moriens ipse dictaverat: „Mantua me e. q. s.“ | | in eius sepulcro, quod est in via Puteolana hoc legitur epigramma: „Mantua me e. q. s.“ | ossa eius Neapolim translata sunt tumuloque condita, qui est via Puteolana intra lapidem secundum, in quo distichon fecit tale: „Mantua me e. q. s.“ | |
| | | heredibus Augusto et Maecenate cum Proculo minore fratre. | heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum fratrem alio patre, ex quarta Augustum, ex duodecima Maecenatem, (ex reliqua L. Varium et Plotium Tuccam). | |

| Hieronymus | Servius | Probus | Donatus | Focas |
|---|---|---|---|---|
| | unde eam moriens praecepit incendi: Augustus vero, ne tantum opus periret, Tuccam et Varium hac lege iussit emendare, ut superflua demerent nihil adderent tamen: unde et semiplenos eius invenimus versiculos e. q. s. | Aeneis servata ab Augusto, quamvis ipse testamento damnaverit, ne quid eorum, quae non edidisset, extaret. | ceterum eidem Vario ac simul Tuccae scripta sua sub ea condicione legavit, ne quid ederent, quod non a se editum esset. edidit autem auctore Augusto Varius sed summatim emendata ut, qui versus etiam imperfectos sicut erant, reliquerit. | |
| | | | | |

**Discrepantiae, quae in memoria eiusdem rei inveniuntur.**

| Hieronymus | Probus | Donatus | Focas |
|---|---|---|---|
| | primumque post Mutinense beilum veteranis agri eius distributi sunt. | quia in distributione agrorum, qui post Philippensem victoriam veteranis triumvirorum iussu trans Padum dividebantur. | |
| | | quem quidam opificem figulum, piures Magi cuiusdam viatoris initio mercennarium. | huic genitor figulus, Maro nomine, cultor agelli ut referunt aiii tenui mercede locatus, sed piures figulum. |
| ossa eius Neapolim translata in secundo ab nrbe miliario sepeliuntur titulo eiusmodi suprascripto, quem moriens ipse dictaverat. | | ossa eius Neapolim translata sunt tumuloque condita, qui est via Puteolana intra lapidem secundum, in quo distichon fecit tale. | |
| | | | |

**Additamenta,**
**quorum unum quodque propriam memoriam repraesentat.**

| Probus | Donatus | Focas |
|---|---|---|
| vixit pluribus annis liberali in ocio, secutus Epicuri sectam, insigni concordia et familiaritate usus Quintili Tuccae et Vari. scripsit bucolica annos natus VIII et XX Theocritum secutus, georgica Hesiodum et Varronem. | p. 54, 10: egregrieque substantiae silvis coemendis et apibus curandis auxisse reculam.<br>p. 55, 11: quae arbor Vergilii ex eo dicta atque etiam consecrata est summa gravidarum ac fetarum religione et suscipientium ibi et solventium vota.<br>p. 55, 16: evenitque ut eo ipso die Lucretius poeta decederet.<br>p. 56, 1—58, 4: agitur de corpore et statura, de amoribus, de probitate et modestia, de possessione poetae, de consanguineis, de studiis, quibus iuxta poesim Vergilius operam dederit.<br>p. 58, 11: deinde catalecton ... item cirim et culicem, cum esset annorum XVI, cuius materia talis est: breviter culicis argumentum enarratur.<br>p. 59, 8—62, 13: quae sit vis quoque consilio scripserit Vergilius Aeneida; quibus usus sit in conscribendis georgicis, Aeneide proprietates; de bucolicon, georgicon, Aeneidis successu.<br>p. 62, 13—63, 2: de itinere in Graeciam et Asiam facto.<br>p. 63, 11—66, 9: de heredibus, de editione Aeneidis, de obtrectatoribus Vergilii. | p. 69, 23—29:<br>terra ministravit flores<br>et munere verno<br>herbida supposuit puero<br>fulmenta virescens.<br>praeterea si vera fides,<br>sed vera probatur,<br>lata cohors apium<br>subito per rura iacentis<br>labra favis texit dulces<br>fusura loqueias.<br>hoc quondam in sacro<br>tantum mirata Platone<br>indicium linguae memorat famosa vetustas.<br>p. 70, 29—30:<br>tum tibi Sironem Maro<br>contulit ipsa magistrum Roma potens. |

Quid ex iis quae modo composui colligere liceat, iam breviter exponam. Amplissimam, quae est apud Donatum, memoriam nonnullis tantum locis Focas excedit, cum in eiusdem rei commemoratione semel cum Donato discrepet. Omnia vero reliqua non solum eodem modo quo apud Donatum a Foca proferuntur, sed ad verbum fere saepius Donati et Focae memoriae consentiunt. Huic, cum scriberet: *huic genitor figulus … sed plures figulum* Donatum quamquam opinionem contrariam profitentem in memoria versatum esse apparet neque est quod aliam discrepantiae causam esse opinemur quam socordiam Focae et neglegentiam. Narratiunculam de apibus unde sumpserit grammaticus, ipse extremis versibus pronuntiat. Verum non solum de Platone similia referuntur, sed etiam de Pindaro,[1]) neque deest eadem fabella in Vaccae grammatici vita Lucani. Quam ob causam alio praeter Donati memoriam fonte usum esse Focam adhuc quidem suspicari non licet, praesertim cum neutiquam lateat, qua re ad narrandam hanc fabellam adductus sit. Etenim quod apud Donatum p. 54, 10 legimus: *egregieque substantiae silvis coemendis et apibus curandis auxisse reculam,* haud scio an coniectura sit satis facilis, vitae scriptori hanc notam legenti in mentem venisse illius narrationis notissimae. Uno loco Focas alium auctorem secutus videtur; nempe quod p. 70, 29 Sironem Vergilii praeceptorem appellat, hoc nusquam apud Donatum neque apud Probum traditur, sed haud difficulter e Vergilii ipsius notis derivari poterat catal. 7, 9; 10, 1. Quae cum ita

---

[1]) cf. Olympiodori vita Platonis (Westermann, Biographi graeci minores p. 382): *καὶ γεννηθέντα τὸν Πλάτωνα λαβόντες οἱ γονεῖς βρέφος ὄντα τεθείκασιν ἐν τῷ Ὑμηττῷ, βουλόμενοι ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖ θεοῖς Πανὶ καὶ Νύμφαις καὶ Ἀπόλλωνι Νομίῳ θῦσαι, καὶ κειμένου αὐτοῦ μέλιτται προσελθοῦσαι πεπληρώκασιν αὐτοῦ τὸ στόμα κηρίων μέλιτος, ἵνα ἀληθὲς περὶ αὐτοῦ γένηται τὸ τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.* Eustathii vita Pindari (Westermann p. 93): *Χαμαιλέων δέ φασι καὶ Ἴστρος ἱστοροῦσιν, ὡς περὶ Ἑλικῶνα θηρῶντος αὐτοῦ καὶ καμάτῳ κατενεχθέντος εἰς ὕπνον μέλισσα τῷ στόματι προσκαθίσασα κηρία ἐνέθετο· οἱ δ' ὄναρ φασὶν ἰδεῖν αὐτόν, ὡς μέλιτος καὶ κηροῦ πλῆρες αὐτῷ γεγόνοι τὸ στόμα. καὶ οὕτως οἰωνισάμενος ἔπειτα εἰς ποιητικὴν ἐτράπη;* idem in vita versibus conscripta p. 94 West.; cf. etiam quae p. 451 de Hippocrate narrantur.

sint, Focae grammatici memoriam excepta una hac nota licebit praetermittere.

Hieronymus primo obtutu cum Donato discrepare videatur, siquidem trigesimum septimum Suetonii fragmentum a Donato p. 63 plane abhorrere videmus neque Reifferscheidius[1]) sibi temperavit, quominus Hieronymum hic genuinam stirpem servasse optineret. Attamen equidem contendo et Donatum ad verbum Suetonii memoriam reddidisse et Hieronymum sive per errorem sive neglegentia vel socordia depravasse sententiam auctoris sui et perturbasse. Quibus opinio mea confirmetur testimonia haud difficile proferri possunt. Nempe cum apud Suetonium de grammat. et rhetor. c. 20 legamus: *C. Iulius Hyginus ... studiose et audiit et imitatus est Cornelium Alexandrum grammaticum graecum, quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi .. vocabant,* Hieronymus Olymp. 193, 1 Polyhistoris cognomentum neglegenter Hygino tribuit: *C. Iulius Hyginus cognomento Polyhistor grammaticus habetur illustris.* Porro c. 27: *L. Voltacilius Plotus ... rhetoricam professus Cn. Pompeium Magnum docuit* — Hieron. Olymp. 174, 4: *Vultacilius Plotus Latinus rhetor Cn. Pompei libertus et doctor scholam Romae aperuit.*[2]) Alia exempla Mommsenus[3]) affert ex Eutropii breviario cum excerptis Hieronymianis comparato:

Eutrop. VII, 13: *post hunc Claudius fuit, patruus Caligulae, Drusi, qui apud Mogontiacum monumentum habet, filius.*

Hieron. Olymp. 205, 1: *iste est Claudius patruus Drusi, qui apud Mogontiacum monumentum habet.*

Eutrop. VII, 14: *duae tamen sub eo provinciae factae sunt*

Hieron. Olymp. 211, 1: *duae tantum provinciae sub Nerone factae.*

Eutrop. VII, 15: *ab omnibus simul destitutus est et a senatu hostis iudicatus; cum quaereretur ad poenam ...*

---

[1]) Reifferscheid, Quaest. Suet. p. 401.

[2]) cf. Reifferscheidii adnot. ad frg. 9 p. 25.

[3]) Th. Mommsen, Ueber den Chronographen vom Jahre 354. Anhang: über die Quellen der Chronik des Hieronymus p. 669—693, Abhandlungen der phil.-hist. Klasse der königl. sächs. Gesellschaft der Wissenschaften, tom. I. Lps. 1850

Hieron. Olymp. 212, 1: *Nero cum a senatu quaereretur ad poenam.*

Eutrop. VII, 19: *Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, quae liberae ante hoc tempus fuerant, item Thraciam, Ciliciam, Commagenen, quae sub regibus amicis egerant, in provinciarum formam redegit.*

Hieron. Olymp. 213, 3: *A. L. Rh. B. S. Thr. Ci. Co. quae liberae antea et sub regibus amicis erant in provincias redactae.*

Eutrop. VIII, 17: *Victus est a Severo apud Mulvium pontem, interfectus in palatio.*

Hieron. Olymp. 243, 2: *quem postea Severus apud Mulvium pontem interfecit.*

Haec exempla sufficiant, quibus Hieronymi neglegentia in excerpendo patefiat. Non aliter rem se habere in Vergilii vita in propatulo est. Extremam notam haud dubie addidit chronographus, quod apud Suetonium secundum Donatum Vergilius post mortem demum illud distichon conscripsisse videatur. Quae cum ita sint, Hieronymi excerpta non minus quam Focae carmen supradictum in memoriae fide examinanda neglegere licet.

Servium praecipue Donatum auctorem secutum esse et ipse profitetur — cf. comm. in Verg. Buc. p. 3, 28 Thilo: *et dicit Donatus, quod etiam in poetae memoravimus vita* — et res perspicue indicant, siquidem tota fere vita Serviana e Donati vita excerpta est non numquam ad verbum. Ne dispositionis quidem rationem Donati commutare ausus est, sed eodem ordine quo apud Donatum narrantur res et fabellae a Servio.

Restant igitur, quae aliquid valeant, vitae Probi et Donati sic quidem, ut re vera graviores praestent discrepantias.

Iam ad Lucani vitam, cuius extat duplex memoria, apud Suetonium ipsum et apud Vaccam grammaticum, transeamus. In codice Bernensi (B) primo loco scholiastae vita posita est, sequitur Suetoniana, ut apparet, valde truncata. Suetonii vitae a scholiasta rationem esse habitam ex aliquot locis apparet (cf. p. 50, 3—4 cum p. 77, 17—18; p. 52, 3—4 cum p. 78, 10—14; p. 51, 2—3 cum p. 77, 8—10; p. 51,3 cum p. 77,12; p. 51, 12—13 cum p. 78, 1—3; p. 51, 20 cum p. 78, 6; p. 52, 2 cum p. 78, 6 sed ita ut grammaticus patroni partes contra Suetonium obtrectatorem ageret; cuius rei haec affero exempla:

Suetonius: *prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine.*

Vacca: *quippe et certamine pentaeterico acto in Pompei theatro laudibus recitatis in Neronem fuerat coronatus.*

Suetonius: *hic initio adulescentiae, cum ob infestum matrimonium patrem suum ruri agere longissime cognovisset.*

Vacca: .... *et propter studium vitae quietioris, quod sequens magis a turba recedebat minus latebat.*

Suetonius: *poemata eius etiam praelegi memini, confici vero ac proponi venalia non tantum operose et diligenter, sed et inepte quoque.*

Vacca: *reliqui enim VII belli civilis libri locum calumniantibus tamquam mendosi non darent, qui tametsi sub vero crimine non egent patrocinio: in iisdem dici quod in Ovidi libris praescribitur potest: emendaturus si licuisset erat.*

Praeterea a Vacca grammatico quae tutelae suae gloriam et famam maculare possint et obscurare omnia omittuntur; conferamns e. g. quomodo a Suetonio enarretur coniuratio Pisoniana cum ea, quam Vacca adhibet, ratione:

Suetonius: *ad extremum paene signifer Pisonianae coniurationis extitit, multus in gloria tyrannicidarum palam praedicanda ac plenus minarum, usque eo intemperans ut Caesaris caput proximo cuique iactaret. verum detecta coniuratione nequaquam parem animi constantiam praestitit; facile enim confessus et ad humillimas devolutus preces matrem quoque innoxiam inter socios nominavit sperans impietatem sibi apud parricidam principem profuturam.*

Vacca: *hoc factum Caesaris iuvenili aestimans animi calore speransque ultionem a coniuratis in caedem Neronis socius adsumptus est, sed parum fauste. deceptus enim a Pisone et consularibus aliisque praetura perfunctis illustribus viris dum vindictam expetit in mortem irruit.*

Deinde haud pauca addidit scholiasta, quae augerent Lucani gloriam — cf. p. 76, 13—15; 76, 16—77,3; 78, 8—10 — quae a Suetonio originem trahere non posse in propatulo est. Quodsi in codice Bernensi priore loco Vaccae vitam positam esse repntamus, quae excipitur Suetoniana, apparet utramque vitam in unam confudisse compilatorem quendam adhuc ignotum. Si alius com-

plnrium vitarum congregationis huic simillimae mentionem facere licet, oculos atque animum convertam ad Marcellini quae dicitnr vitam Thncydidiam. Sicuti enim in codice Bernensi Vaccae vitam compilatori fnndamento fnisse vidimns, cni supplementnm vitae Snetonianae fragmentum adderet, ita vitae Thncydidiae maxima pars nnam continnam praestat dispntationem nno consilio confectam, quam Marcellinus[1]) quidam nulla re nisi quae in priore parte nondnm esset commemorata auxit ita, nt qnattnor varia additamenta fnndamento adiiceret. Quodsi in Lncani vitarnm memoria eadem ratio adhibita est, si id tantum compilator e Snetonii vita in corpusculum recepit, quod aut eam qnae priore loco posita esset suppleret aut easdem res plane aliter narraret, inre inde colligere licet omnia, qnae sine ira et studio referri poterant, velnti quo natns sit poeta qno decesserit annos atqne similia Suetonio esse vindicanda. Mirnm enim est, quod ne nna quidem temporum nota apud Suetonium invenitnr, qnam ob causam unde restituendae sint eiusmodi res, dubium esse non potest. Verum quatenus e posteriore vita antiqnam Suetonianam stirpem recuperare liceat, tum demnm diindicari poterit, cnm rationem Suetonii et proprietates e reliquiis accnrate examinaverimus.

I. Ac primnm qnidem nomen, ordinem, genns, nationem virornm diligenter exarare solet:

p. 26, 4: *P. Terentius Afer, Karthagine natus.*

p. 44, 3: *Q. Horatius Flaccus Venusinus patre ... libertino et auctionum coactore, ut vero creditum est salsamentario, cum illi quidam in altercatione exprobrasset: quotiens ego vidi patrem tuum brachio se emungentem.*[2])

p. 92, 6: *Plinius Secundus Novocomensis, equestribus militiis industrie functus.*

p. 105, 12: *M. Antonius Gnipho ingenuus in Gallia natus.*

[1]) Fr. Ritter, Mus. Rhen. III p. 321—359: Das Leben des Thukydides, aus Scholien zur Thukydideischen Geschichte geschöpft von Marcellinus. Quellen u. geschichtl. Wert dieser Lebensbeschreibnng.

[2]) Reifferscheidius, qui Quaest. Suet. p. 389—90 notam de Horatio salsamentarii filio ab interpolatore additam esse censet, mihi non persuasit. Neque enim quidquam inest in hoc additamento, quod abhorreat a ratione Snetoniana.

p. 106, 7: *M. Pompilius Andronicus natione Syrus.*

p. 106, 17: *Orbilius Pupillus Beneventanus.*

p. 107, 22: *Ateius Philologus libertinus Athenis est natus.*

p. 109, 5: *Valerius Cato ... Burseni cuiusdam libertus ex Gallia.*

p. 112, 16: *Q. Caecilius Epirota Tusculi natus libertus Attici equitis Romani.*

p. 114, 3: *L. Crassitius genere Tarentinus ordinis libertini.*

p. 115, 3: *C. Iulius Hyginus Augusti libertus natione Hispanus.*

p. 115, 14: *C. Melissus Spoleti natus ingenuus.*

p. 116, 22: *Q. Remmius Palaemon Vicetinus.*

p. 118, 6: *M. Valerius Probus Berytius.*

p. 124, 18: *Sex. Clodius, e Sicilia, Latinae simul Graecaeque eloquentiae professor.*

p. 125, 12: *C. Albucius Silus Novariensis.*

II. Cognomina, nomina iocularia aut opprobrii causa ficta numquam adnotare neglexit:

a) cognomina:

p. 101, 14: *Praeconinus, quod pater eius praeconium fecerat, vocabatur, et Stilo, quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat.*

p. 104, 17: *ac duplici cognomine esse per haec iudicat:*
*Saevius Nicanor Marci libertus negabit:*
*Saevius post huius idem ac Marcus docebit.*

p. 105, 8: *huius (Aurelii Opilii) cognomen in plerisque indicibus et titulis per unam litteram scriptum animadverto, verum ipse id per duas effert in parastichide libelli, qui inscribitur pinax.*

p. 108, 5: *Ateius ... ad summam Philologus ab semet nominatus.*

p. 114, 3: *L. Crassitius ... cognomine Pasicles mox Pansam se transnominavit.*

p. 115, 6: *quem (Alexandrum) propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi, quidam Historiam vocabant.*

b) nomina iocularia et maledicentita:

p. 45, 22: *praeterea saepe eum (Horatium) inter alios iocos purissimum penem et homuncionem lepidissimum appellat.*

p. 107, 12: *interrogatus a Varrone diversae partis advocato, quidnam ageret et quo artificio uteretur, gibberosos se de sole in umbram transferre respondit (Pupillus), quod Murena gibber erat.*

p. 112, 8: *ut Sallustium historicum acerbissima satura laceraverit, lastaurum et lurchonem et nebulonem popinonemque appellans, et vita scriptisque monstrosum, praeterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem.*

p. 117, 9: *arrogantia fuit tanta (Remmii Palaemonis), ut M. Varronem porcum appellaret.*

p. 124, 9: *Epidius calumnia notatus.*

III. Libertinorum ordinem, qui permultos et poetas et grammaticos et rhetores in lucem edidit, summae fuisse curae vitarum scriptori consentaneum est. Neque enim curiositati simplex ortus et originis commemoratio sufficit, sed quantum cognoscere potuit, manumissiones et varios casus, quibus iam a pueris viri illustres iactati sint, amore et studio enarrat:

p. 26, 4: *serviit Romae Terentio Lucano senatori, a quo ob ingenium et formam non institutus modo liberaliter sed et mature manumissus est; quidam captum esse existimant (Terentium).*

p. 105, 12: *Gnipho ingenuus in Gallia natus sed expositus, a nutritore suo manumissus institutusque Alexandriae.*

p. 109, 5: *Valerius Cato ut nonnulli tradiderunt Burseni cuiusdam libertus ex Gallia; ipse libello, cui est titulus indignatio, ingenuum se natum ait et pupillum relictum eoque facilius licentia Sullani temporis exutum patrimonio.*

p. 110, 21: *Staberius Eros emptus de catasta et propter litterarum studium manumissus docuit inter ceteros Brutum et Cassium.*

p. 114, 16: *Scribonius Aphrodisius Orbili servus atque discipulus mox a Scribonia Libonis filia redemptus et manumissus.*

p. 115, 3: *Hyginus ... nonnulli Alexandrinum putant et a Caesare puerum Romam adductum Alexandria capta.*

p. 115, 14: *Melissus Spoleti natus sed ob discordiam parentum expositus cura et industria educatoris sui altiora studia*

*percepit ac Maecenati pro grammatico muneri datus est e. q. s. usque ad p. 116, 1.*

p. 116, 22: *Palaemon Vicetinus mulieris verna primo ut ferunt textrinum, deinde, herilem filium dum comitatur in scholam, litteras didicit.*

p. 124, 1: *Plotus servisse dicitur atque etiam ostiarius vetere more in catena fuisse, donec ob ingenium et studium litterarum manumissus.*

p. 106, 17: *Orbilius Pupillus Beneventanus morte parentum una atque eadem die inimicorum dolo interemptorum destitutus.*

p. 112, 12: *Lenaeus ... traditur autem puer adhuc Athenis subreptus refugisse in patriam, perceptisque liberalibus disciplinis pretium suum retulisse, verum ob ingenium atque doctrinam gratis manumissus.*

IV. Studio et muneri, cui praecipue viri operam dederunt, haud raro praemittuntur a biographo nonnulla de officiis et negotiis, quibus sive ante artem suam peculiarem sive iuxta eam perfuncti sint:

p. 106, 19: *Orbilius ... primo apparituram magistratibus fecit; deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit, functusque militia studia repetit.*

p. 114, 4: *L. Crassitius .... hic initio circa scenam versatus est, dum mimographos adiuvat; deinde in pergula docuit.*

p. 116, 22: *Palaemon .... primo ut ferunt textrinum, deinde litteras didicit.*

p. 116, 18: *Pomponius Marcellus .... pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit.*

p. 118, 6: *Probus .... diu centuriatum petiit, donec taedio ad studia se contulit.*

p. 92, 7: *Plinius Secundus ... procurationes quoque splendidissimas et continuas summa integritate administravit; et tamen liberalibus studiis tantam operam dedit, ut non temere quis plura in otio scripserit.*

109, 14: *Cato .... is scripsit praeter grammaticos libellos etiam poemata.*

p. 116, 6: *Melissus .... fecit et novum genus togatarum inscripsitque trabeatas.*

p. 116, 9: *Marcellus ... nam interdum et causas agebat.*

p. 117, 7: *Palaemon .... nec non etiam poemata faciebat ex tempore.*

V. Deinde commercium, quod habuerint homines litterati cum nobilissimis potissimum viris libenter commemorat neque sibi temperare potest quin insolentiae et audaciae, qua se gesserint nonnulli adversus principes quosdam viros, curiose mentionem faciat:

p. 27, 2: *Terentius ... hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano et C. Laelio.*

p. 44, 9: *Horatius: ac primo Maecenati, mox Augusto insinuatus non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit.*

p. 51, 1: *Lucanus revocatus Athenis a Nerone cohortique amicorum additus atque etiam quaestura honoratus.*

p. 89, 5: *Passienus Crispus .... omnium principum gratiam adpetivit, sed praecipue C. Caesaris, quem iter facientem secutus est pedibus.*

p. 101, 16: *Aelius Stilo ... tantum optimatium fautor, ut Metellum Numidicum in exilium comitatus sit.*

p. 105, 23: *Gnipho ... scholam eius claros quoque viros frequentasse aiunt, in his M. Ciceronem, etiam cum praetura fungeretur.*

p. 108, 11: *Ateius Philologus ... praecepisse autem multis et claris iuvenibus, in quis Appio quoque et Pulchro Claudiis fratribus, quorum etiam comes in provincia fuerit.*

p. 109, 8: *Valerius Cato ... docuit multos et nobiles.*

p. 111, 1: *Staberius Eros ... docuit inter ceteros Brutum et Cassium.*

p. 114, 12: *L. Crassitius ... et doceret iam multos ac nobiles, in his Iullum Antonium triumviri filium.*

p. 124, 10: *Epidius ... docuitque inter ceteros M. Antonium et Augustum.*

p. 51, 6—12: *Lucanus ... neque verbis adversus principem neque factis extantibus post haec temperavit, adeo ut quondam ... sed et famoso carmine cum ipsum tum potentissimos amicorum gravissime proscidit.*

p. 107, 10: *Orbilius ... ac ne principum quidem virorum insectatione abstinuit; siquidem ignotus adhuc ... respondit, quod Murena gibber erat.*

VI. Amores et luxuriam quomodo tractaverit, haec illustrent exempla:

p. 27, 4: *Terentius ... quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur.*

p. 47, 12: *Horatius ... ad res Venerias intemperantior traditur.*

p. 89, 7: *hic nullo audiente a Caesare interrogatus, haberetne sicut ipse cum sorore germana consuetudinem (Passienus Crispus).*

p. 111, 6: *sed cum codicillos Memmi ad Pompei uxorem de stupro pertulisset (Curtius Nicia) ...*

p. 112,18: *Caecilius Epirota ... cum filiam patroni nuptam M. Agrippae doceret, suspectus in ea et ob hoc remotus.*

p. 117, 14: *Remmius Palaemon ... luxuriae ita indulsit, ut saepius in die lavaret, nec sufficeret sumptibus, quamquam ex schola quadringena annua caperet ac non multo minus ex re familiari.*

p. 118, 1: *idem ... sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres, usque ad infamiam oris.*

VII. De statura et corpore, de moribus et animi virtutibus

p. 33,3: *Terentius ... fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco.*

p. 47, 5: *habitu corporis fuit brevis atque obesus, qualis et a semet ipso in satiris describitur et ab Augusto hac epistula (Horatius).*

p. 105, 16: *Gnipho ... fuisse dicitur ingenii magni, memoriae singularis; praeterea comi facilique natura.*

p. 107, 4: *Orbilius ... fuit autem naturae acerbae.*

p. 117, 6: *Palaemon ... sed capiebat homines cum memoria rerum tum facilitate sermonis.*

VIII. Domicilia ac sedes, ubi docuerint viri illustres, adnotantur:

p. 47, 15: *Horatius ... vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini, domusque eius ostenditur circa Tiburni luculum.*

p. 105, 20: *docuit primum in Divi Iulii domo pueri adhuc, deinde in sua privata (Gnipho).*

p. 112, 6: *Lenaeus ... docuitque in Carinis ad Telluris, in qua regione Pompeiorum domus fuerat.*

p. 113, 17: *Verrius Flaccus ... docuitque in atrio Catulinae domus, quae pars Palati tunc erat.*

IX. Pretia, mercedes, census ad assem paene accurate saepenumero proferuntur:

p. 29, 8: *Eunuchus ... meruitque pretium quantum nulla antea cuiusquam comoedia, octo milia nummum.*

p. 33, 5: *reliquit ... hortulos XX iugerum.*

p. 89, 4: *Passienus Crispus ... possedit bis milia sestertia.*

p. 102, 9: *pretia vero grammaticorum tanta mercedesque tam magnae, ut constet Lutatium Daphnidem septingentis milibus nummum a Q. Catulo emptum, L. Apuleium ab Eficio Calvino equite Romano praedivite quadringenis annuis conductum.*

p. 106, 12: *Pompilius Andronicus . . . verum adeo inops atque egens ut coactus sit praecipuum illud opusculum suum annalium Enni elenchorum sedecim milibus nummum cuidam vendere.*

p. 113, 18: *Verrius Flaccus ... centena sestertia in annum accepit.*

p. 117, 16: *Palaemon ... quamquam ex schola quadringena annua caperet ac non multo minus ex re familiari ...... et agros adeo coleret, ut vitem manu eius institutam satis constet CCCLX uvas edidisse.*

X. Quam gravem inopiam toleraverint quidam non supersedet memoriae prodere:

p. 28, 1: *Terentius . . . suis postlatis rebus ad summam inopiam redactus est.*

p. 28, 6: *eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam.*

p. 106, 12: *Pompilius Andronicus . . . verum adeo inops atque egens, ut coactus sit . . . . vendere.*

p. 107, 1: *Orbilius: namque iam persenex pauperem se et habitare sub tegulis quodam scripto fatetur.*

p. 109, 20: *Valerius Cato ... vixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie et paene inopia, abditus modico gurgustio, postquam Tusculana villa creditoribus cesserat.*

p. 115, 9: *Hyginus ... fuitque familiarissimus Ovidio poetae et Clodio Licino consulari historico, qui eum admodum pauperem decessisse tradit et liberalitate sua quoad vixerit sustentatum.*

XI. Rerum ordinem, quem exhibet Suetonius in vitarum descriptionibus, in universum adhuc secuti iam ad obitum, quo modo a biographo tractatus sit, illustrandum pervenimus. Ac primum quidem conspicuum est, quanto studio de morbis ac vitiis corporis disputet:

p. 100, 16: *Crates Mallotes .... cum regione Palatii prolapsus in cloacae foramen crus fregisset.*

p. 102, 2: *Servius Clodius ... et ob hoc repudiatus pudore ac taedio secessisset ab urbe, in podagrae morbum incidit; cuius impatiens veneno sibi perunxit pedes et enecuit ita, ut parte ea corporis quasi praemortua viveret.*

p. 103, 3: *Oppius Chares: hic quidem ad ultimam aetatem et cum iam non ingressu modo deficeretur sed et visu.*

p. 107, 15: *Orbilius: vixit prope ad centesimum aetatis annum, amissa iam pridem memoria.*

p. 124, 19: *Sex. Clodius male oculatus ... eiusdem uxorem Fulviam, cui altera bucca inflatior erat.*

p. 127, 5: *Albucius Silus ... iam autem senior ob vitium vomicae Novariam rediit.*

XII. Deinde et quam ob causam et qua ratione viri defuncti sint nonnumquam adnotat:

p. 33, 1: *Terentius ... morbo implicatum ex dolore ac taedio amissarum sarcinarum quas in nave praemiserat, ac simul fabularum quas novas fecerat.*

p. 48, 7: *Horatius ... cum urgente vi valitudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas.*

p. 51, 20: *Lucanus ... impetrato autem mortis arbitrio libero ... epulatusque largiter brachia ad secandas venas praebuit medico.*

p. 89, 11: *Passienus Crispus ... periit per fraudem Agrippinae.*

p. 93, 6: *Plinius ... vi pulveris ac favillae oppressus est, vel ut quidam existimant a servo suo occisus, quem aestu deficiens, ut necem sibi maturaret, oraverit.*

p. 127, 5: *Albucius Silus .... convocataque plebe causis propter quas mori destinasset diu ac more contionantis redditis abstinuit cibo.*

XIII. Uno loco, in vita Horatii, sepulcri mentionem facit, quod quidem in grammaticis et rhetoribus humili loco plerumque natis supervacuum censuit commemorare neque facile poterat inveniri:

p. 48, 8: *humatus et conditus est extremis Esquiliis iuxta Maecenatis tumulum.*

XIV. Statuae nonnullis propter merita positae complures enumerantur:

p. 89, 1: *Passienus Crispus ... pro qua re in basilica Iulia eius statua posita est.*

p. 107, 18: *Orbilius ... statua eius Beneventi ostenditur in Capitolio ad sinistrum latus marmorea habitu sedentis ac palliati appositis duobus scriniis.*

p. 113, 20: *Verrius Flaccus ... statuam habet Praeneste in inferiore fori parte circa hemicyclium, in quo fastos a se ordinatos et marmoreo parieti incisos publicarat.*

XV. Testamenta et hereditates:

p. 33, 4: *Terentius ... reliquit filiam, quae post equiti Romano nupsit: item hortulos XX iugerum via Appia ad Martis.*

p. 48, 6: *Horatius ... herede Augusto palam nuncupato, cum urgente vi valitudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas.*

p. 89, 11: *Passienus Crispus ... periit per fraudem Agrippinae, quam heredem reliquerat.*

XVI. Ne verba faciam de ratione, qua genuina virorum illustrium scripta tractat, cuius imaginem dilucidam — hiat enim et in Terentii et in Horatii vita hoc praecipue loco magna lacuna — e reliquiis informare non possumus, Suetonium ambiguorum operum et auctoris nomen falso praeferentium censuram egisse nonnulla demonstrant exempla:

p. 47, 17 in vita Horatii: *venerunt in manus meas et elegi sub titulo eius et epistola prosa oratione quasi commendantis se Maecenati, sed utraque falsa puto; nam elegi vulgares, epistola etiam obscura, quo vitio minime tenebatur.*

p. 106, 1: *Gnipho: scripsit multa, quamvis annum aetatis quinquagesimum non excesserit. etsi Ateius Philologus duo tantum volumina de Latino sermone reliquisse eum tradit e. q. s.*

XVII. Temporum adnotationes quemadmodum a Suetonio factae sint, permagni sane ponderis est quaestio. Itaque plenius rationem eius habere liceat. Virorum, qui vivi etiamtum toto in orbe terrarum omnium ora atque oculos ad se converterant, aetates accuratius quam qui Romae modo in honore erant, a scriptoribus esse notatas apparet. Neque aliter res se habet apud Suetonium, siquidem multum interest hac in re inter deperditarum partium reliquias et librum, qui integer fere aetatem tulit, de grammaticis et rhetoribus. Nempe cum poetarum et ortus et obitus anni diligentissime afferantur (A), grammaticorum aetates et rhetorum exceptis duobus locis (B, a) nisi ex aequalium vel hominum vel rerum gestarum mentionibus patefacere non possumus (B, b). Quibus hoc confirmentur, exempla composui:

A: p. 26, 8 de Terentio: *cum inter finem secundi Punici belli et initium tertii et natus sit et mortuus.*

p. 32, 15 de eiusdem morte: *ceteri mortuum esse Cn. Cornelio Dolabella M. Fulvio Nobiliore consulibus.*

p. 48, 3 de Horatio: *natus est VI. idus Decembris L. Cotta et L. Torquato consulibus, decessit V. Kl. Decembris C. Marcio Censorino et C. Asinio Gallo consulibus* (quae sequitur nota corrupta est).

B: a) p. 106, 21: *Orbilius Pupillus ... ac professus diu in patria quinquagesimo demum anno Romam consule Cicerone transiit.*

p. 119, 13: *Fannio Strabone M. Valerio Messalla consulibus M. Pomponius praetor senatum consuluit ... de eisdem interiecto tempore Cn. Domitius Aenobarbus L. Licinius Crassus censores ita edixerunt* (hoc vero ad grammaticorum vitas non pertinet).

b) p. 100, 14: *Crates Mallotes Aristarchi aequalis, qui missus ad senatum ab Attalo rege inter secundum ac tertium Punicum bellum sub ipsam Enni mortem.*

p. 105, 14: *et quidem ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysi Scytobrachionis; quod equidem non temere crediderim, cum temporum ratio vix congruat.*

p. 105, 20: *docuit primum in Divi Julii domo pueri adhuc.*

p. 105, 23: *scholam eius claros quoque viros frequentasse aiunt, in his M. Ciceronem etiam cum praetura fungeretur.*

p. 108, 20: *coluit postea familiarissime C. Sallustium et eo defuncto Asinium Pollionem.*

p. 111, 5: *Curtius Nicia adhaesit Cn. Pompeio et C. Memmio ... fuit et M. Ciceronis familiaris.*

p. 113, 14: *quare ab Augusto quoque nepotibus eius praeceptor electus ... decessit sub Tiberio.*

p. 114, 16: *Scribonius Aphrodisius ... docuit quo Verrius tempore.*

p. 115, 3: *Hyginus Augusti libertus — nonnulli Alexandrinum putant et a Caesare puerum Romam adductum Alexandria capta.*

p. 123, 5: *L. Plotius Gallus. de hoc Cicero refert: equidem memoria teneo pueris nobis primum Latine docere coepisse Plotium quendam.*

Haec exempla sufficiant.

XVIII. Libentissime veterum scriptorum et poetarum testimonia ad verbum excerpta orationi immiscet:

*pp: 27, 9; 29, 6; 30, 5; 30, 15; 31, 9; 32, 9; 33, 10; 34, 3; 34, 7; 45, 3; 45, 6; 45, 9. 15. 18; 46, 9; 47, 1; 47, 6;*

*50,7; 51,9; 104,17; 107,7; 107,16; 108,4; 108,18; 109,11; 109,16; 109,18; 109,23—110,15; 111,14; 113,8; 114,7; 116,19; 119,13; 120,4; 122,13; 123,6; 125,4.*

XIX. Iam de curiositate Suetonii paulo plenius et uberius dicere mihi proposui, siqnidem nulla fere alia est res, in qua magis sui similis fuerit vitarum scriptor, quam in studio requirendi nova atque inaudita eaque proferendi. Raro enim simplici rerum memoria contentus est, sed quam maxime potest omnia curiose in medium proponit, quae alicunde vel ex aliorum scriptis vel audiendo comperta habet. Qua cum ratione artissime cohaerere mihi videtur, quod in deperditorum librorum reliquiis neque minus in libro de grammaticis et rhetoribus tribus vel quattuor tantum locis certam sententiam pronuntiat (A), cum plerumque aliorum iudicia conferat neque eorum censuram agat. Neque enim eius videtur interesse vera et quibus credatur digna memoriae tradere, sed mira atque inaudita enarrando lectores delectare.

A: Loci, quibus rerum ab aliis narratarum censuram agit:

p. 26, 7: de Terentio: *quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet, cum inter finem* e. q. s., ubi Fenestellae opinioni assentitur.

p. 29, 4: *et hanc autem et quinque reliquas aequaliter populo probavit: quamvis Volcacius ... ita scribat.*

p. 33, 6: *quo magis miror Porcium scribere: Scipio nihil ei profuit* e. q. s.

p. 105, 14: *et quidem ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysi Scytobrachionis, quod equidem non temere crediderim, cum temporum ratio vix congruat.*

B: Curiositatis exempla:

p. 30, 2: *non obscura fama est adiutum Terentium ...... eamque ipse auxit ..... in prologo Adelphorum: videtur autem levius se defendisse quia sciebat Laelio et Scipioni non ingratam esse hanc opinionem ... C. Memmius ... inquit ... Nepos auctore certo comperisse se ait.*

p. 33, 8: *hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert Volcacius autem .... Cicero in Limone hactenus laudat .... item C. Caesar.*

p. 93, 6: *Plinius vi pulveris ac favillae oppressus est, vel ut quidam existimant a servo suo occisus.*

p. 104, 20: *sunt qui tradant, ob infamiam...*

p. 105, 14: *et quidem, ut aliqui tradunt...*

p. 109, 5: *ut nonnulli tradiderunt... ipse.*

p. 112, 12: *traditur autem puer adhuc Athenis subreptus ...*

p. 117, 1: *primo ut ferunt textrinum, deinde ...*

Porro huc spectat magnus fabellarum numerus, quae curiositatis Suetonii diserta testimonia sunt: cf. e. g. p. 28, 9—29,4; p. 31, 2—9; p. 51,7; p. 89,7—11; p. 107,10—14; p. 111,6; p. 116,8—18; p. 117,9—14: p. 118,2—5; p. 124,10—17; p. 125,13—14 quacum cf. Claud. c. 15.

Quibus explicatis ad summam huius capitis quaestionem transire licet solvendam, quatenus memoria, quae est in Donati vita Vergilii et in Vaccae vita Lucani redeat ad Suetonium. Ac primum quidem Donatianae rationem habeamus:

*P. Vergilius Maro Mantuanus*α) *parentibus modicis fuit ac praecipue patre,*β) *quem quidam opificem figulum, plures Magi cuiusdam viatoris initio mercennarium mox ob industriam*γ) *generum tradiderunt.*

α) cf. p. 23 I exempla.

β) cf. vita Hor. p. 44, 3—4.

γ) Reiff. p. 109,5: *nonnulli—ipse;* p. 111, 1; 112, 15; 114, 16—19; 116, 22—117, 2.

*natus est Cn. Pompeio Magno et M. Licinio Crasso primum coss. iduum Octobrium die in pago qui Andes dicitur et abest a Mantua non procul.*

cf. excerptum Hieronymianum Reiff. p. 43, 5—6.

*praegnans eo mater somniavit, enixam se laureum ramum quem contacta terra coaluisse et excrevisse ilico in speciem maturae arboris refertaeque variis pomis et floribus*α)....... *ferunt infantem cum sit editus neque vagisse et adeo miti vultu*β) *fuisse ... accessit aliud praesagium: siquidem virga populea ... quae arbor Vergilii ex eo dicta*γ)...

α) prodigia apud Suetonium enarrantur e. g. p. 117, 13—14; Div. Iul. c. 81: ceterum tota pars a ratione Suetoniana non abhorret.

β) cf. p. 105, 16 Reiff., in universum supra p. 28 VII.

γ) cf. p. 24 II.

*initia aetatis Cremonae egit usque ad virilem togam, quam XV. anno natali suo accepit iisdem illis consulibus iterum duobus, quibus erat natus,α) evenitque ut eo ipso die Lucretius poeta decederet.β) Cremona Mediolanum et inde paulo post transiit in urbem.*

α) Suetonianam huius particulae originem produnt Hieronymi excerpta p. 43.

β) neque aliunde sumpta mihi videtur nota de Lucretii morte, siquidem p. 100, 16 legimus: *primus ... studium grammaticae in urbem intulit Crates Mallotes ... sub ipsam Enni mortem* atque similem Suetonii usum iam p. 33 XVII B constituimus.

*corpore et statura fuit grandis, aquilo colore, facie rusticana, valetudine varia:α) nam plerumque a stomacho et et a faucibus ac dolore capitis laborabat, sanguinem etiam saepe reiecit.β)*

α) cf. p. 28 VII.

β) cf. p. 30 XI.

*cibi vinique minimi, libidinis in pueros pronior,α) quorum maxime dilexit Cebetem et Alexandrum, quem secunda bucolicorum ecloga Alexim appellatβ) ... vulgatum est consuesse eum ... sed Asconius Pedianus adfirmatγ) ... recusasse.*

α) cf. p. 28 VI.

β) Suetonio notum fuisse sub pastorum nominibus latere homines aequales poetae consentaneum est, cf. p. 117, 11 Reiff.;

γ) *vulgatum est — sed adfirmat* cf. p. 34 sq. XIX.

*cetera sane vitae et ore et animo tam probum constat,α) ut Neapoli Parthenias vulgo appellatus sit,β) ac si quando Romae, quo rarissime commeabat,γ) viseretur in publico, sectantis demonstrantisque se effugeret in proximum tectum. bona autem cuiusdam exulantis offerente Augustoδ) non sustinuit accipere. possedit prope centies sestertiumε) ex liberalitatibus amicorum habuitque domum Romae Esquiliis iuxta hortos Maecenatis, quamquam secessu Campaniae Siciliaeque plurimum uteretur.ζ)*

*α*) cf. p. 28 VII.

*β*) cf. p. 24 II.

*γ* et *ζ*) cf. p. 47, 15—16: *vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini, domusque eius ostenditur circa Tiburni luculum;* p. 48, 9: *extremis Esquiliis iuxta Maecenatis tumulum;* p. 33, 5: *item hortulos XX iugerum via Appia ad Martis.*

*δ*) haud scio an epistulae Augusti ad Vergilium datae haec nota debeatur, quarum copiose a vitarum scriptore rationem habitam esse scimus, cf. in vita Horatii exempla et vide p. 61, 16 Reiff.: *Augustus vero supplicibus ... litteris efflagitaret, ut sibi de Aeneide, ut ipsius verba sunt.*

*ε*) cf. p. 29 IX.

*parentes iam grandis amisit, ex quibus patrem captum oculis,* α) *et duos fratres germanos, Silonem impuberem, Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet.* β)

*α*) cf. p. 30 XI.

*β*) cf. p. 36.

*inter cetera studia medicinae quoque ac maxime mathematicae operam dedit. egit et causam apud iudices unam omnino nec amplius quam semel;* α) *nam et in sermone tardissimum ac paene indocto similem fuisse Melissus tradidit.* β)

*α*) cf. p. 26, IV.

*β*) cf. p. 28 VII; Melissi testimonium Tranquillo iam deberi eo veri fit simillimum, quod cum Melissi praecipue notitiam habet exquisitam — cf. p. 116, 3—7 — tum auctorem eum alibi quoque profert, p. 102, 11.

*poeticam puer adhuc auspicatus in Balistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit tale* (epigramma sequitur).

De origine Suetoniana dubitari non potest: cf. in Lucani vita p. 50, 3: *prima ingenii experimenta in Neronis laudibus edidit.*

*deinde catalecton et priapia ... et culicem,* α) *cum esset annorum XVI.* β)

*α*) cf. Luc. vit. p. 50: *prima ingenii experimenta — dein civile bellum ... recitavit.*

16*

*β*) cf. p. 116, 3: *sexagesimum aetatis annum agens libellos ineptiarum ... componere instituit.*

*scripsit etiam de qua ambigitur Aetnam.*

cf. p. 32 XVI.

*mox cum res Romanas inchoasset offensus materia ad bucolica transiit ... Augusti origo contineretur.*

Quod a Suetonio esse conscriptum exterioribus quidem indiciis confirmari non potest; sed in enumerandis poetae carminibus clarissima quaeque scriptorem praetermisisse quis est, qui putet?

*cum georgica scriberet traditur cotidie ... donec solidae columnae advenirent.*

Quae ad illustrandam Vergilii rationem afferuntur fabellas amori ac studio biographi bene convenire supra probare conatus sum. Neque desunt vestigia dictionis Suetonianae: cf. *non absurde carmen se informe more ursae parere dicens* cum p. 105, 7: *non absurde et fecisse et inscripsisse se ait;* et *digestamque in XII libros particulatim componere instituit* cum p. 116, 4: *libellos ineptiarum componere instituit.*

*bucolica triennio georgica VII Aeneida XI perfecit annis.*

Quod quamquam exemplis similibus confirmare non possum, Suetonio vindicare non dubito.

*bucolica eo successu edidit, ut in scena quoque per cantores crebro pronuntiarentur ... atque aegre focillata est* p. 62, 4.

Auctorem esse Suetonium pro certo stat per analogiam vitae Terentianae, p. 28—29: in utraque de successu carminum narratiunculis immixtis disputatur. Certissima vero Suetonianae originis indicia haec sunt: p. 61, 2 *reficiendarum faucium causa* cf. p. 30 XI. 36. 37; — p. 61, 5: *pronuntiabat autem cum suavitate tum lenociniis miris* cf. p. 28 VII — p. 61, 16: *ut ipsius (Augusti) verba sunt* cf. p. 37.

*recitavit et pluribus, sed neque frequenter et ea fere de quibus ambigebat α) ... Erotem librarium et libertum β) eius exactae iam senectutis γ) tradunt referre solitum, δ) quondam eum in recitando duos dimidiatos versus complesse ex tempore:*

*nam . . . statimque sibi imperasse, ut utrumque volumini adscriberet.*

α) cf. Reiff. p. 113, 3; 119, 3.

β) cf. Reiff. p. 110, 16: *libertus calatorque.*

γ) cf. Reiff. p. 113, 19: *decessit aetatis exactae sub Tiberio.*

δ) cf. Reiff. p. 61, 5: *et Seneca tradidit Iulium Montanum poetam solitum dicere* — vit. Ter. p. 31, 2: *Nepos comperisse se ait C. Laelium quondam ... petisse ab ea.* unum atque eundem scriptorem omnes tres sententias confecisse in propatulo est.

*anno aetatis quinquagesimo secundo ... ex reliqua L. Varium et Plotium Tuccam.*

Per analogiam vitae Terentianae totam hanc partem Suetonio licet vindicare; nimirum in utraque vita hoc schema invenitur: a) de anno aetatis, b) de causis, quae poetam ad faciendum iter incitaverunt, c) de reditu et morte, d) de funere et sepulcro — quod quidem in Terentio fieri non potuit ut commemoraretur, quia in mari perisse traditur — e) de heredibus. Porro Suetonium auctorem prodit: *dum Megara vicinum oppidum ferventissimo sole cognoscit, languorem nactus est*, quocum cf. p. 30, XII. Cum praeterea ne Hieronymi quidem — cum grano salis videlicet intellegas — excerptorum consensus desideretur, non est cur Suetonio huius loci particulam quamvis minutam denegemus.

Epigramma quod in fine p. 63 positum est dubito num Suetonio restitui debeat, siquidem Iuvenalem nusquam in libris de viris illustribus a biographo commemoratum esse vidimus neque alia est Sulpicii Carthaginiensis condicio ipsius quoque Tranquilli aequalis. Haud dubie etiam sententia quae antecedit *qui eius Aeneida post obitum iussu Caesaris emendarunt*, Donati additamentum est, quod conspicue apparet, si p. 63, 12 conferimus cum p. 64, 7, ubi idem repetitur: *qui eius Aeneida post obitum iussu Caesaris emendarunt — edidit autem auctore Augusto Varius.*

Neque vero dubito quin extrema totius vitae particula, in qua de editione carminum et obtrectatoribus Vergilii verba fiunt, magna ex parte a Suetonio originem trahat. Similis enim est condicio vitae Terentianae, ubi de huius poetae virtutibus et vitiis scrip-

torum sententiae in utramque partem disputatae afferuntur. Quatenus vero quae narrantur, ad Suetonium revocare liceat, in medio relinquere cogimur. Vestigia rationis Suetonianae haec esse videntur: *prolatis bucolicis innominatus quidam rescripsit antibucolica, duas modo eclogas, sed insulsissime παρῳδήσας* cf. p. 115, 1: *cuius etiam libris de orthographia rescripsit non sine insectatione studiorum morumque eius.* Quod carminum initia ad verbum citantur, fabellae immiscentur, complurium scriptorum testimonia simpliciter enumerantur, haec Suetonii propria esse reperimus. Verum tamen non contendam Suetonium omnia exarasse, siquidem ipsi Donato ea tribuere eodem iure licet. Illud Asconii, quod finem facit, Suetonio videtur deberi: cf. Hieron. praef. hebr. quaest. in Genes. III p. 301 Vall.: *hoc idem passus est ab aemulis et Mantuanus vates, ut cum quosdam versus Homeri transtulisset ad verbum, compilator veterum diceretur. quibus ille respondit, magnarum esse virium clavam Herculi extorquere de manu.*

Restant duo loci, qui additamenti suspicionem movent, nempe p. 54, 10:[1]) *egregieque substantiae silvis coëmendis et apibus curandis auxisse reculam* et p. 58, 12 — 19, ubi Culicis argumentum — a Donato, ut suspicor, — breviter enarratur. Fortasse haud inutile visum est grammatico, huius praecipue carminis mentionem facere, quod in Lucani vita summum tamquam Vergilii adulescentis admodum opus citatur, cf. Reiff. p. 50, 7.

Plane alia est condicio vitae Lucani, in qua ira et studio cum Suetonii tum Vaccae res valde obscuratae sunt. Itaque permagnam debemus gratiam compilatori illi, quem grammatici vitae priore loco positae de Suetonii opusculo nihil nisi discrepantias addidisse vidimus; neque dubito contendere omnes temporum adnotationes aliaque eiusmodi, quae commutare vel depravare non intererat, Suetonio utique esse restituenda. Quibus praemissis antiquam quatenus equidem suspicor stirpem Suetonianam exarare conabor:

*M. Annaeus Lucanus patrem habuit M. Annaeum Melam ex provincia Baetica Hispaniae interioris Cordubensem equitem Romanum, matrem et regionis eiusdem et urbis Aciliam nomine Acilii Lucani filiam, cuius cognomen huic inditum apparet.*

---

[1]) Reifferscheid., Quaest. Suet. p. 401.

*natus est III. Nonas Novembris C. Caesare Germanico II L. Apronio Caesiano coss. octavum mensem agens Romam translatus est. periit pridie kalendas Maias Attico Vestino et Nerva Siliano coss., XXVI aetatis annum agens.*

Amplius nihil Suetonio tribuam, verum haec sine ulla dubitatione. Quo magis miror, quod Reifferscheidius p. 50 adnotat: *annum mortis Hieronymus e vita Senecae sumpsit, sed ut Scaliger indicavit, anni prochronismo.* Minime, sed pleniorem quam quae nobis extat, Lucani vitam Suetonianam Hieronymo ad manum fuisse in propatulo est. Praeterea a Suetonio certe originem trahunt nonnullae aliae res, ita vero, ut grammaticus in gloriam Lucani eas commutaverit. Mera Vaccae additamenta haec sunt:

p. 76, 3: *notum Romae et propter Senecam fratrem, clarum per omnes virtutes virum* — cf. Nero c. 52: *a cognitione veterum oratorum Seneca praeceptor (Neronem avertit), quo diutius in admiratione sui detineret.*

p. 76, 13: *sed in patria sua non valuit educari, fatorum credo decretis, ut id ingenium, quod orbem fama sui impleturum cresceret, et in domina mundi aleretur urbe.*

p. 76, 16 — 77, 3: narratiuncula, quam iam in Focae vita Vergilii invenimus, de apibus, quae editi modo infantis os insederint; Suetonio, cum vitas conscriberet, non in mentem venisse huius fabellae in universum satis notae inde efficitur, quod ne Vergilio quidem eam tribuit, nedum quem invidia et odio persequitur, Lucano.

p. 78, 8 — 14: *non sine iactura utilitatis cum patriae, quae tantam immature amisit indolem, tum studiorum quoque. reliqui enim VII belli civilis libri locum calumniantibus tamquam mendosi non darent... emendaturus si licuisset erat.*

A. Persii Flacci vitam e commentario M. Valerii Probi excerptam num ad Berytium iure revocemus, non ita difficilis est diiudicatio. Ea quidem forma, quam nunc habet, nullo pacto a Probo originem trahit, cum e duabus partibus a grammatico ignoto composita sit, quarum alteram inde ab initio usque ad p. 75, 5 *decessit autem vitio stomachi anno aetatis XXVIII* Probi, alteram Suetonii esse Reifferscheidius suspicatur.[1]) Quid

[1]) Reifferscheid., Quaest. Suet. p. 394 sq.

quod verba in fine vitae posita *Neronem, illius temporis principem,* quae compilatori quidem compluribus saeculis Nerone posteriori bene conveniunt, sed a Suetonio vel Probo scripta esse non possunt, demonstrant memoriae fidem esse abrogandam? M. Valerium Probum quominus vitis poetarum scribendis omnino operam dedisse opinemur, maxime impedit, quod Suetonius in libro de grammaticis et rhetoribus c. 24 ne uno quidem verbo istius negotii mentionem facit, quod, si Berytius re vera vitas scripsisset, ut biographus minime praetermisisset. Persii igitur vita, si ad Probum revocare eam non licet, cui auctori debeatur, iam quaestio est. De vita poetae quae tradita legimus, non potuisse scribi nisi a viro docto et egregii iudicii eoque a poetae aetate haud ita longe remoto O. Jahn bene docuit.[1]) Quae omnia cadunt in Suetonium Tranquillum, biographum apud Romanos illustrissimum et qui Persii aetatem paene attigerit. Itaque si in vita satirici poetae vestigia rationis Suetonianae patefacere contiuget, non erit, quod novum deperditi libri fragmentum felici fortuna servatum in lucem emersisse non valde gaudeamus.

*Aulus Persius Flaccus natus est pridie Nonas Decembris Fabio Persico L. Vitellio coss., decessit VIII kalendas Decembris Rubrio Mario Asinio Gallo coss.*

cf. p. 32 XVII; p. 35; p. 39; p. 41.

*natus in Etruria Volaterris* α) *eques Romanus, sanguine et affinitate primi ordinis viris coniunctus.* β)

α) cf. p. 23 I.

β) cf. p. 27 V.

*decessit ad octavum miliarium via Appia in praediis suis.*

cf. Reiff. 33, 6: *item hortulos XX iugerum via Appia ad Martis* et p. 63, 5: *qui est via Puteolana intra lapidem secundum.*

*pater eum Flaccus pupillum reliquit moriens annorum fere sex.* α) *Fulvia Sisennia nupsit posteo Fuscio equiti Romano.* β)

α) Saepissime quae pueri admodum viri illustres passi sunt a Suetonio enarrantur cf. p. 25 III.

---

[1]) O. Jahn, Prolegomena ad Persium p. 136.

β) cf. Reiff. p. 33, 4—5: *reliquit filiam (Terentius), quae post equiti Romano nupsit*; p. 89, 3—4; 114, 17.

*studuit Flaccus usque ad annum XII. aetatis suae Volaterris, inde Romae apud grammaticum Remmium Palaemonem et apud rhetorem Verginium Flavum*α). *cum esset annorum XVI,*β) *amicitia coepit uti Annaei Cornuti... inductus aliquatenus in philosophiam est.*γ)

α) cf. p. 55, 13—17: *initia aetatis Cremonae egit usque ad virilem togam, quam XV anno natali suo accepit... Cremona Mediolanum et inde paulo post transiit in urbem*; p. 50, 10—51, 2; p. 44, 9—10.

β) cf. Reiff. p. 58, 12: *cum esset annorum XVI.*

γ) cf. p. 26 IV.

*amicos habuit a prima adulescentia ... cognatam eius Arriam uxorem habente.*

Viri illustres quam arte amicitiae vinculis coniuncti fuerint, uberius et copiosius saepe a vitarum scriptore enarratur; cf. Terentii, Horatii, Vergilii vitas, in universum p. 27 V.

*Lucanus adeo mirabatur scripta Flacci, ut vix retineret se recitante eo cum clamore, quin illa esse vera poemata diceret, sua ipse ludos faceret.*

cf. praecipue quae de Terentio narratur fabellam Reiff. p. 28, 10 sq., de Lucano p. 51, 4 sq.

*fuit morum lenissimorum, verecundiae virginalis, formae pulchrae, pietatis erga matrem et sororem et amitam exemplo sufficientis. fuit frugi, pudicus.*

cf. p. 28 VII; Reiff. p. 56, 1—2; p. 57, 7—11.

*reliquit circa HS XX matri et sorori; scriptis tamen ad matrem codicillis Cornuto rogavit, ut daret sestertia ut quidam centum*α) *ut alii volunt*, et argenti facti pondo viginti, et libros circa septingentos sive bibliothecam suam omnem... reliquit.*β)

α) cf. p. 29 IX; Reiff. p. 51, 20; p. 53, 13.

β) cf. p. 31 XV; Reiff. p. 63, 9.

*et raro et tarde scripsit*α). *hunc ipsum librum imperfectum reliquit. versus aliqui dempti sunt ultimo libro, ut quasi finitus esset.*β) *leviter retractavit Cornutus et Caesio Basso petenti, ut ipsi cederet, tradidit edendum*γ).

α) cf. Reiff. p. 59, 12.

β) cf. p. 65, 2: *etiam primi libri correxisse principium* ***his versibus demptis.***

γ) de operum editionibns cf. p. 51, 20; p. 64.

*scripserat in pueritia Flaccus etiam praetextam et ὁδοιπορικῶν librum unum et paucos in socrum Thraseae in Arriam matrem versus, quae se ante virum occiderat.*

cf. p. 47, 17; p. 50, 3; p. 58, 6—20; p. 78, 14—79,1.

*omnia ea auctor fuit Cornutus matri eius, ut aboleret.*

cf. Verg. vit. p. 64, 1 sq.

*decessit autem vitio stomachi anno aetatis XXVIII.*

cf. p. 30—31 XI. XII.

Adde qnod ne Hieronymi quidem excerptorum consensns desideratnr. Quae cnm ita sint, tam perspicua est huins vitae origo, ut amplius de Suetonio auctore non possit dubitari. Altera vero particula inde a p. 75, 5, quam ad Suetonium redire Reifferscheidius suspicatns est, nnm eidem scriptori debeatnr, non difficile mihi videtur esse iudicinm. Equidem hanc quoque partem — excepto uno loco *illius temporis principem* — Tranquillo vindicare non dubito. Dictionis enim et rationis Snetonianae non solum vestigia non desnnt — *componere instituit* cf. p. 116, 4; 59, 17 *cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione, ut etiam Neronem culpaverit:* cf. p. 27 V; Reiff. p. 115, 1 — verum etiam, qnod a Cornuto versum quendam emendatnm esse legimus, id optime qnadrat ad antecedentia p. 74, 18: *leviter retractavit Cornutus et Caesio Basso petenti, ut ipsi cederet, tradidit edendum*; p. 75, 3: *omnia ea auctor fuit Cornutus matri eius ut aboleret.* Itaqne unum atque eundem grammaticum et hoc et illud scripsisse contendo. Nempe sicuti in tota vita imperiti breviatoris manus deprehenditur, ita non est quod ab excerptore Snetonianae vitae dispositionem mntatam, sno arbitrio hanc notam e sententiarum conexn evulsam esse negemus, imprimis cnm qno res conficiatur, exemplum afferre possimus Diomedis artem grammaticam.[1] Fortasse tota particnla ante verba *hunc ipsum librum imperfectum reliquit* inseri debet.

---

[1]) cf. supra p. 5.

Iam excerpta Hieronymiana breviter examinemus, quatenus notae temporum rationibus plerumque a chronographo adiectae Suetonianam prodant originem. Quodsi eas vitarum scriptori deberi — quod quidem ad viros in litteris illustres attinet — per se iam veri est simillimum, ne Hieronymi ipsius quidem testimonium deest: praef. in chron. VIII p. 7 Vall.: *a Troia usque ad vicesimum Constantini annum nunc addita nunc mixta sunt plurima, quae de Tranquillo et ceteris illustribus historicis excerpsimus.* Qui fuerint illi ceteri illustres historici, Mommsenus in commentatione p. 20 citata ita constituit:

a) Eusebii canon et series regum,
b) Breviarium Eutropii,
c) Breviarium Sex. Rufi,
d) Latina historia de origine gentis Romanae,
e) Item origo gentis Romanorum ex quo primum in Italia regnare coeperunt,
f) Ignoti auctoris opusculum de aetate quae fuit inde a morte Pompei usque ad pugnam Actiacam.

Praeterea chronographo erudito etiam alios scriptores, quorum vestigia propter memoriae tenuitatem difficillimum est patefacere, ad manum fuisse apparet: cf. e. g. Olymp. 115, 2; Olymp. 180, 1; Olymp. 258, 1. Neque vero horum auctorum quisquam in censum venit, cum quaerimus, unde sumpserit de viris in litteris illustribus adnotationes. Singillatim nunc fragmenta exquiramus:

frg. 5: *qui ob ingenii meritum a Livio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est.*

cf. p. 25 sq. III.

frg. 6: *pulsus Roma factione nobilium ac praecipue Metelli.*

cf. p. 27 V; p. 44.

frg. 7: *qui propter annonae difficultatem ad molas manuarias pistori se locaverat, ibi quotiens ab opere vacaret scribere fabulas solitus ac vendere.* cf. p. 29 sq. X; frg. 12; frg. 69.

frg. 8: *qui a Catone quaestore Romam translatus* α) *habitavit in monte Aventino,* β) *parco admodum sumptu contentus et unius ancillae ministerio* γ).

α) cf. p. 115, 4 Reiff.

β) cf. p. 28 VIII; Reiff. p. 57, 15.

γ) contrarium p. 117, 14 sq.

frg. 9: *Ennius poeta septuagenario maior* α) *articulari morbo perit* β) *sepultusque in Scipionis monumento via Appia intra primum ab urbe miliarium* γ).

α) cf. Reiff. p. 48, 6; 78, 8; 107, 15; frg. 31. 46. 78. 84.

β) cf. p. 30 sq. XI. XII; frg. 62. 65. 72. 92. 79.

γ) cf. p. 31 XIII; Reiff. p. 33, 5; 63, 4; 72, 19; frg. 10. 17. 37. 43. 59. 78.

frg. 10: *natione Insuber Gallus* α) *et Enni primum contubernalis; quidam Mediolanensem ferunt.* β) *Mortuus est anno post mortem Ennii.* γ)

α) cf. p. 23 I.

β) cf. p. 34 sq. XIX.

γ) cf. Reiff. p. 48, 5; 55, 16; 100, 16; 114, 18; frg. 25.

frg. 13: *natus Mancino et Serrano coss.* α) *parentibus libertinis,* β) *et seni iam Pacuvio Tarenti sua scripta recitavit* γ). *a quo et fundus Accianus iuxta Pisaurum dicitur* δ).

α) cf. p. 32 XVII.

β) cf. Reiff. p. 44, 4.

γ) cf. Reiff. p. 28, 9; 50, 6.

δ) cf. p. 24 II; Reiff. p. 55, 11.

frg. 16: *ac publico funere effertur.* cf. p. 89, 12.

frg. 21: *M. Furius poeta cognomento Bibaculus.* cf. p. 24 II; frg. 27.

frg. 29: *de quo Domitius in Cicuta refert* (sequitur epigramma) cf. p. 33 XVIII.

frg. 31: *propria se manu interfecit.*

cf. p. 30 sq. XI. XII; frg. 57. 62. 65. 67. 92. 86.

frg. 54: *Ciceronis caput cum manu dextra pro rostris positum iuxtaque coronata imago Popili militis, qui eum occiderat:*

cf. p. 31 XIV.

frg. 62: *ita memoriam ac sensum amisit ut vix pauca verba coniungeret: et ad extremum ulcere sibi circa sacram spinam nato inedia se confecit* α) *anno aetatis LXXII* β).

α) cf. p. 30 sq. XI. XII.

β) cf. frg. 9α; p. 62, 13; 58, 12; 73, 6; 73, 3; 75, 5.

frg. 65: *heredem reliquit Augustum.*

cf. p. 31 XV; Reiff. p. 63, 9; 74, 10.

frg. 87: *quasi conscius adulteriorum Iuliae:*
cf. p. 28 VI.

Restat, de quo ambigitur, vigesimum de Lucretio fragmentum; verum ne id quidem a ratione Suetoniana abhorrere videatur:

*qui postea amatorio poculo in furorem versus, cum aliquot libros per intervalla insaniae conscribsisset,*α) *quos postea Cicero emendavit,*β) *propria se manu interfecit anno aetatis XLIV*γ).

α) cf. Calig. c. 50.

β) cf. p. 52, I; 63, 7; 74, 17.

γ) cf. frg. 31.

Opinionum vero discrepantia est inter viros doctos, utrum haec Hieronymi adnotatio hausta sit e Suetonio, an ignoto auctori debeatur, siquidem apud Lactantium, illum doctrinae Epicureae inimicissimum, nullum notitiae huius loci vestigium invenimus. Lactantius enim, quamquam aliquot locis Lucretium notat ut insanum — de opif. dei 6, 1: *illius (Epicuri) sunt omnia quae delirat Lucretius,* de ira 10, 17 ad Lucr. I 159 sq. et 205—207: *quis hunc putet habuisse cerebrum, cum haec diceret?* — tamen fabellam de insania Lucretii et morte voluntaria certe ignoravit, cum et isdem dictis in adversarios alios utatur — instit. III, 3, 16; 8, 1; 8, 29: *quidquid de caelo physici delirant*; 23, 11: *non minor in aliis (philosophis) dementia*; VII, 12, 31: *quae sententia deliri hominis (Pythagorae)* — neque inst. III, 18, 5—6, ubi de eis loquitur, qui propria manu se interfecerunt, mentionem faciat Lucretii. Atque hoc pro certo stat: Lactantius, si notitiam narratiunculae habuisset, ad castigandum poetam Epicureae doctrinae perosissimae propagatorem et ad refutandam doctrinam ipsam sine dubio eam adhibuisset. Verum cum haec nota rationi Suetonianae scribendi bene conveniat — Suet. Calig. 50: *creditur potionatus a Caesonia uxore amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit* — Samuel Brandt[1]) auctorem illius fuisse Suetonium iudicavit, sed eius librum exeunte tertio p. Chr. n. saeculo nondum usque in Afri-

---

[1]) S. Brandt, Lactantius u. Lucretius. Neue Jahrb. f. Phil. u. Paedag. vol. CXLIII 1891 p. 247.

cam propagatnm fuisse. Cui opinioni sese opponit Briegerus,[1]) Snetoninm, qui haud dubie ut biographns illustrissimns toto in orbe terrarnm exennte tertio saecnlo notus fuerit, nondum hanc memoriam exhibnisse, sed alinnde eam manasse sospicatus.

Vernm utcnmqne res se habet, hoc ante omnia tenendnm est, Hieronymum ant totnm illud fragmentnm ant nihil e Suetonio snmpsisse. Nam qnae ad Olymp. 171, 4 legimus, ea non e fontibus duobus secum discrepantibus conglntinata esse sed qui de insania narravit, eum etiam voluntariam mortem poetae tradidisse nemo non intellegit. Qnae cum ita sint qnis est qni chronographum, qui ceteroqnin de viris in litteris illustribns nullius nisi Suetonii rationem habnit, de Lncretio solo biographi memoriam neglexisse pntet? Atque Hieronymus, si Suetonii memoriam utique reiecisset, certe mea sententia mentionem quidem eius rei fecisset, praesertim cum aliis locis haud raro et fontes et memoriae discrepantias adnotet: cf. e. g.

Hieron. p. 59 (Schoene): *in alia historia repperimus.*

Hieron. p. 69: *in latina historia repperimus.*

Olymp. VI, 1: *nonnulli Romanorum scribtores Romam conditam ferunt.*

Hieron. pag. 105: *ea quae de Hester et Mardoceo scribta sunt, quidam adfirmant sub hoc rege gesta; quod ego non puto. Numquam enim Ezras de Hester siluisset* e. q. s.

Lactantius vero, qnomodo factnm sit, nt fabellae istius notitiam non haberet, equidem Brandtio probabilius explicare nequeo.

---

[1]) Brieger, Bericht über die Lucrezlitteratur, 1890—95 umfassend. Jahresbericht über die Fortschr. d. class. Altertumswiss. vol. 89 p. 185 sqq.

## Caput II.

Hoc in capite de M. Valerii Probi qui dicitur commentario in Vergilii Bucolica et Georgica, num re vera auctor huius opusculi ille Berytius existimandus sit, de Servii quae aetatem tulit vita Vergilii, num iure grammatici nomen prae se ferat, de Iuvenalis vitarum condicione haud inutile esse putavi nonnulla in medium proponere, siquidem ad recte diiudicandum memoriae pretium magni sane ponderis est scire, quantum distet ab ipsius, cuius vitam describit, aetate biographus.

Atque in commentario Probiano causa, quae, ut codicum scripturae fidem abrogarent, viros doctissimos incitaret, haec fuit, quod Suetonius in libro de grammaticis et rhetoribus c. 24, quo disputatur de Probo, ne uno quidem verbo istius commentarii mentionem facit. Legimus enim apud Suetonium: *multaque exemplaria contracta emendare ac distinguere et adnotare curavit soli huic nec ulli praeterea grammaticae parti deditus. hic non tam discipulos quam sectatores aliquot habuit... nimis pauca et exigua de quibusdam minutis quaestiunculis edidit. reliquit autem non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui.*

Quorum verborum interpretatio eruditissimorum hominum sagacitatem et ingenium exercuit, quorum alteri genuinam commentarii stirpem multis interpolationibus depravatam esse censent, alteri, ut Bernhardus Kuebler,[1] omnino totum opusculum ab ignoto grammatico tertii vel quarti p. Chr. n. saeculi originem trahere. Mediam viam ingreditur Steupius,[2] cum Probo cuidam minori, qui paulo post Berytium floruerit, commentarium vindicet. Quam

[1]) Bernh. Kuebler, De M. Valerii Probi Berytii commentariis Vergilianis, diss. Berol. 1881.

[2]) J. Steup, De Probis grammaticis, Jen. 1871.

opinionem, probatam quidem nonnullis hominibus doctis,[1] optime Kueblerus refutavit haec dicens:[2] *nam is* (Gellius) *qui maxime delectabatur si doctrinae ostendendae occasionem acceperat, ideoque quam plurimos librorum titulos in Noctibus Atticis enumeravit, sive libros ipsos legerat sive titulos eorum ab aliis descripsit, certe si ei Probi minoris aut commentarii aut libri grammatici praesto fuissent, uno quoque loco accuratissime nos docuisset, ex quo commentariorum libro hausisset.*[3])

Verum utcumque res se habet, mea sententia ita tantum huic quaestioni probabiliter solvendae operam dare possumus, ut tres illas commentarii particulas, vitam, commentationem de bucolicorum carminum primordiis ac proprietatibus, eclogarum et georgicon interpretationem et singillatim et quo pacto inter se cohaereant examinemus. Ac primum quidem quaeritur, num quae initio totius opusculi posita est P. Vergilii Maronis vita ab eodem scriptore, quo commentatio, quae sequitur, videatur composita esse. Quod equidem negaverim, quia nonnulla inveniuntur in vitae descriptione, quae plane pugnent vel discrepent cum quibusdam rebus, quae narrantur in quaestiuncula consequente.

vita p. 53, 3 (Reifferscheid):

*primumque post Mutinense bellum veteranis agri eius distributi sunt, postea restitutus beneficio Alpheni Vari, Asinii Pollionis et Cornelii Galli, quibus in Bucolicis adulatur, deinde per gratiam Maecenatis in amicitiam Caesaris ductus est.*

Prob. comm. p. 5, 28 (Keil):

*Quem* (Antonium) *persecuturus Augustus exercitus in orientem ducebat eumque bello superavit apud Actiacum Apollinem ... sed hoc Augustus indignatus veteranis agros Cremonensium dividi iussit et si non suffecissent, Mantuanos adiungi ... sed insinuatus Augusto per Cornelium Gallum promeruit, ut agros suos reciperet.*

---

[1]) A. Weidner in prooemio edit. Iuvenalis 1889.

[2]) Kuebler l. c. p. 7, in universum de hac re p. 1—12.

[3]) Iam ante Kueblerum, minore autem successu, Steupii opinionem impugnaverat Teuffel Mus. Rhen. vol. XXVI p. 488 sqq.

Quae cum ita sint, vita et commentatio tantum abest, ut ad eundem auctorem redeant, ut compilatori alicui ignoto fons, unde notas de poetae vita hausit, e minuta quidem parte fuisse videatur quaestio de bucolicorum carminum primordiis ac proprietatibus. Aliam opinionem protulit Georgius Thilo,[1]) qui notas in vita Pseudoprobiana de aetatis anno, quo Vergilius bucolica composuisse dicitur, de Theocrito, Hesiodo, Varrone, quos in conscribendis bucolicis et georgicis secutus sit, sublatas esse e Servio vel Donato iudicavit. Verum hoc haud in magno pono discrimine. Vetustiore quam quo Servius commentarios scripsit tempore notam p. 7, 7: *cum certum sit eum, ut Asconius Pedianus dicit, XXVIII annos natum Bucolica edidisse* ideoque totam, in qua posita est, commentationis particulam exaratam esse mihi persuasi. Siquidem alio loco[2]) de prima particula haec verba facit: „Zuverlässigeren Anhalt giebt die Bemerkung über das carmen *ἀστραβικόν* u. die Anführung der drei Bruchstücke des Varro, Cato und Lucilius. Darin zeigt sich ein Interesse an gelehrter Forschung, wie wir es bei Scholiasten des 4. und 5. Jh., bei Servius z. B., nicht mehr finden" id plane quadrat ad locum supradictum, ubi primi p. Chr. n. saeculi scriptor, quem Suetonius quoque magni aestimat, affertur. Uno loco praecipue mihi luce clarius videtur esse Pseudoprobum aetate priorem, Donatum et Servium posteriores debere existimari. Conferamus, quae grammatici de tempore, quo Cremonensium et Mantuanorum agri divisi sint, tradiderunt:

Prob. p. 5, 28: *Quem (Antonium) persecuturus Augustus exercitus in orientem ducebat eumque bello superavit apud Actiacum Apollinem. Italiae ergo civitatibus diversas partes sequentibus Cremonenses et Mantuani neutri sunt auxiliati: sed hoc Augustus indignatus ...... dividi iussit.*

Donat. praef. buc. pag. 5 (Mueller): *exorto civili bello Cremonenses cum ceteris eiusdem studii adversarios Augusti Caesaris adiuverunt; unde factum est, ut cum victor Augustus in eorum agros veteranos deduci iussisset ...*

---

[1]) G. Thilo, Ueber Probus Commentar zu Vergils Bucolica und Georgica. Neue Jahrb. f. Phil. u. Pädag., Bd. 149, p. 292.

[2]) G. Thilo, l. c. p. 296.

Douat. vit. Verg. p. 59, 2 (Reifferscheid): *quia in distributione agrorum, qui post Philippensem victoriam veteranis triumvirorum iussu trans Padum dividebantur.*

Serv. praef. buc. p. 2, 25 (Thilo): *cum post occisum III iduum Maiarum die in senatu Caesarem Augustus eius filius contra percussores patris et Antonium civilia bella movisset . . .*

Serv. vit. Verg. p. 2, 1: *ortis bellis civilibus inter Antonium et Augustum, Augustus victor Cremonensium agros . . . . . dedit militibus suis.*

Probianae narrationis auctori, qni sine nlla ambiguitate sententiam profitetur, quin neque Douatus ueque Servius uotus fuerit, iam dubium esse non potest. Nempe si Donatianae vel Servianae memoriae tam ambignae notitiam habuisset, nullo pacto tauta cnm confidentia post Actiacum proelinm agros divisos esse edixisset. Vice versa Servium comparet Pseudoprobi et Donati discrepantias conatum esse conglntinare.

De commentationis origine hanc fere senteutiam Georgius Tbilo[1]) profert, eam uou ad unum auctorem redire, sed particulas diversis temporibus conscriptas a compilatore aliquo exeuntis fortasse saeculi quiuti in unam esse coniunctas, quam mibi quidem non comprobavit.

Primum enim mea senteutia ratio prava est ac via, qua nsus est, cum errores temporum, qnibns libri couscripti sint, indicia esse censuit. Summum vero viri docti vitium eo continetnr quod sno arbitrio totam commentationem in quattuor paunos discidit, quos diversis temporibus ortos esse uon satis gravibus confirmavit argumentis. Qnattnor particulas — I p. 2, 8—4, 19: II p. 4, 20 — 5, 22; III p. 5, 22 — 6, 21; IV p. 6, 21 — 7, 18 — qnominus singillatim umquam confectas esse putemns obstat praecipue quod certum nnius disputatiouis consilium cognoscitur neque intellegi potest, unde, quibus ex commentariorum locis compilator quaestiuncnlas dispositioni propositae tam beue accomodatas sumere potnerit. Totam nimirum Servii aevo vetustiorem esse id quoque tcstatnr quod schema efficitur demum uecdum, quamquam res ipsae eodem fere ordiue quo apud Donatum et

[1]) Thilo, l. c. p. 304.

Servium proferuntur, disputationi praemittitur — Serv. praef. Aen. p. 1, 1: *in exponendis auctoribus haec consideranda sunt: poetae vita, titulus operis, qualitas carminis, scribentis intentio, numerus librorum, explanatio* idemque apud Donatum — Quod si Servii demum temporibus disputatio compilata esset, minime compilator praetermisisset. Revera ea genuina totius opusculi stirps Probiana esse videatur. Neque enim Suetonii testimonium impedimento est — cf. *nimis pauca et exigua de quibusdam minutis quaestiunculis edidit* — et e commentatione ipsa elucet auctorem litteris antiquis satis bene imbutum fuisse, cum nonnullis locis auctores appellet: p. 4, 1: *Varro meminit Humanarum XI sic*; p. 4, 7: *item Cato Originum III*; p. 4, 15; *Facelitis autem Dianae Lucilius quoque in tertio satirarum meminit sic*; p. 7, 7: *ut Asconius Pedianus dicit.* — Sed quamquam ab erudito homine conscripta, quominus ad Probum tamen referatur, impediunt aliquot impurae dictionis vestigia Augusteo aevo indigna.[1])

Quo magis laetor quod de fontibus vitae Pseudoprobianae Thilo disputavit, eius mihi quoque in mentem venisse. Nempe quae sive e Pseudoprobi commentatione supradicta sive e Servio vel Donato non manarunt, cui auctori debeantur, non est dubium, cum in quibusdam rebus Suetonius vel potius Donati recensio vitae Suetonianae ad verbum fere consentiat cum Pseudoprobiana Vergilii vitae descriptione ita quidem, ut non numquam ea quae Suetonius tradidit, a vitae scriptore ignoto depravata sint. Nam quod iam Riese[2]) cognovit postque eum Thilo docuit[3]) pro certo habere licet vitae compilatorem e memoria omnia descripsisse:

cf. p. 53, 10: *Aeneida (scripsit) ingressus bello Cantabrico ... hoc quoque magna industria. ab Augusto usque ad sestertium centies honestatus est*

cum Suet.-Don. p. 57, 13: *possedit prope centies sestertium ex liberalitatibus amicorum* et p. 61, 14: *Augustus vero,*

---

[1]) Thilo, l. c. p. 296.

[2]) A. Riese, De commentario Vergiliano qui M. Valerii Probi dicitur, 1862, p. 25.

[3]) Thilo, l. c. p. 294.

*nam forte expeditione Cantabrica aberat, ... efflagitaret, ut sibi de Aeneide ... vel prima carminis hypographa vel quodlibet colon mitteret.*[1]).

cf. p. 53, 4: *restitutus beneficio Alpheni Vari, Asinii Pollionis et Cornelii Galli, quibus in Bucolicis adulatur* cum Suet.-Don. p. 59, 1: *ad Bucolica transiit maxime ut Asinium Pollionem Alfenum Varum et Cornelium Gallum celebraret:* cf. Prob. p. 6, 1.

cf. p. 53, 5: *deinde per gratiam Maecenatis in amicitiam Caesaris ductus est* cum Donati praef. buc. § 63: *sed postea et per Maecenatem et per tres viros agris dividendis .... fama carminum commendatus Augusto et agros recepit et deinceps imperatoris familiari amicitia perfruitus est.*

Quomodo factum sit, ut totum, quem nos habemus, commentarium posteriores Probo Berytio tribuerent, supervacuum est quaerere. Quod interpolandi studium, quo genuinis clarorum virorum operibus nova atque nova immisci solent, quantopere omnibus temporibus et praecipue ultimis imperii Romani saeculis floruerit, vix exponi opus est.

Iam ad vitam P. Vergilii Maronis tractandam transeamus, quae in principio commentarii a Servio grammatico in Aeneidem conscripti posita est.

Reifferscheidius[2]) istam vitam censet grammatici nomen ementitam esse primum quod ea, quae in fine vitae Pseudoprobianae extant, nempe: *quod et Servius Varus hoc testatur epigrammate: iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis e. q. s.* in vita Servii quae aetatem tulerit, omnino non legantur. Deinde vero aperta noviciae originis indicia inesse, veluti: *periit autem Tarenti in Apuliae civitate. nam dum Metapontum cupit videre, valetudinem ex solis ardore contraxit.*

Hactenus Reifferscheidius, cuius argumenta Hagen[3]) bene refutavit. Suspectam enim illam sententiam *periit autem e. q. s.* abesse ab optimorum codicum memoria, Bern. 363 et 167, quo interpolatoris opera eam genuinae stirpi immixtam esse

[1]) Thilo, l. c. p. 292.

[2]) Reifferscheid, Quaest. Suet. p. 398—399.

[3]) H. Hagen, In adnot. ad scholl. Bern. p. 682.

plane indicetur. Quod vero attinet ad versus in Pseudoprobiana vita Servii testimonio prolatas non esse dubium, quin interpolator pro ingenioli sui natura aut commutaverit Servii et Donati[1]) nomina aut Donati vitam re vera a Servio profectam esse crediderit, praecipue quod Donati vita Vergiliana in veteribus codicibus excepto Parisino non Donati nomen prae se ferat sed nullo titulo praemisso in Servii libris manuscriptis subiuncta sit.[2])

Quid? quod Servius ipse in prolegomenis commentarii in Bucolica loquitur de vita Vergilii, quam Aeneidis interpretationi praemiserit:

p. 3, 25: *poetae vitam in Aeneide diximus . . . et dicit Donatus, quod etiam in poetae memoravimus vita, in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Vergilium: primo enim pastoralis fuit in montibus vita, post agriculturae amor, inde bellorum cura successit*[3]) — apparet Vergilii vitam a Servio scriptam eo loco ab initio positam fuisse quo ea, quae aetatem tulit. Si quaerimus, num veri simile sit alteram genuina amissa ab interpolatore confectam genuinae locum occupasse, equidem respondeo: minime! Vita enim servata cum in universum Servium auctorem prodit quippe qui Donatum utique imitatus sit et excerpserit,[4]) tum legimus III p. 2, 25 (Thilo):

*causa scribendorum bucolicorum haec est: cum post occisum III. iduum Maiarum die in senatu Caesarem Augustus eius filius contra percussores patris et Antonium civilia bella movisset,*

---

[1]) cf. Suet.-Don. vita Vergilii (Reifferscheid) p. 63, 12 sqq.

[2]) Aliter rem exponit Thilo, l. c. p. 293: derjenige, von dem der Zusatz herrührt, hat wahrscheinlich nur sagen wollen, dass er das Epigramm aus Servius kenne, der es in der Vorrede zum Commentar der Aeneis angeführt haben wird; denn nach den s. 2,22 meiner Ausgabe angeführten Versen aus dem 2. Buch (567—588) ist in allen Handschriften eine Lücke.

[3]) cf. apud Donatum (Burm. Verg. I p. XII): *et merito Vergilium, processurum ad alia carmina, non aliunde coepisse nisi ab ea vita, quae prima in terris fuit. nam postea rura culta; et ad postremum pro cultis et feracibus terris bella suscepta. Quod videtur Vergilius in ipso ordine operum suorum voluisse monstrare, cum pastores primo, deinde agricolas canit, et ad ultimum bellatores.*

[4]) cf. supra p. 21.

*victoria potitus Cremonensium agros, qui contra eum senserant, militibus suis dedit, qui cum non sufficerent, etiam Mantuanorum iussit distribui non propter culpam, sed propter vicinitatem, unde est: IX, 28: Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae. perdito ergo agro Vergilius Romam venit ...*

quocum cf. vit. I p. 2:

*postea ortis bellis civilibus inter Antonium et Augustum Augustus victor Cremonensium agros, quia pro Antonio senserant, dedit militibus suis. qui cum non sufficerent, his addidit agros Mantuanos, sublatos non propter civium culpam, sed propter vicinitatem Cremonensium: unde ipse in bucolicis: Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae. amissis ergo agris Romam venit ...*

Utrinsque loci consensus tam perspicuus est, ut de Vergilii vita, quin Servii sit, non videatnr amplins posse dubitari. Unnm vero argumentum gravissimnm impedit, quominus temere genninam Servii vitam nobis adhnc praesto esse contendamns, nempe, quod in vita servata expressis quidem verbis, nt Servius dicit, Vergilium in scribendis carminibus secntum esse naturalem ordinem non commemoratur, sed carmina ipsa tantum secundum hunc ordinem enumerantur.[1]) Fortasse factnm est, nt grammatico, cum in Bucolica et Georgica commentarium scriberet, tum istius cogitationis a Donato derivatae in mentem veniret, cuius in vita iam Aeneidi praemissa a se mentionem factam esse per errorem putabat. Maiorem autem probabilitatem haec mihi suspicio habere videtur. Omnes difficultates commode solvuntur, si non integram servatam esse Servii vitam opinamur, sed valde truncatam ab excerptore aliquo et mutilatam.

Initium vitae e. g.: *patre Vergilio, matre Magia fuit, civis Mantuanus ... diversis in locis operam litteris dedit; nam et Cremonae et Mediolani et Neapoli studuit* nullo modo Servius ita scripsit. Deinde postquam de moribus poetae et primis ingenii experimentis pauca exarata sunt, qnod subito multo copiosius quamquam non eodem ambitu quo in praefatione Bucolicon de carminum bucolicorum ortu agitur, verum tamen

[1]) O. Ribbeck, edit. Verg. p. VI: de vita et scriptis P. Vergilii Maronis narratio.

non pariter de Georgicis et Aeneide, quae fuerit causa, in aperto est. Diligenter enim vitam perlegenti occurrit quod nihil amplius fere excerptoris interest quam quae pertinent ad exteriores vitae Vergilii condiciones breviter adumbrare. Quam ob causam Bucolicon quidem originis, quod artissime cohaeret cum graviore poetae casu, uberius mentionem fecit, Aeneidis et Georgicon non item. Itaque quod gravissimum erat impedimentum, illam naturalis ordinis commemorationem tamquam aliquid supervacui ab excerptore omissam esse iure censebimus. Versus etiam, qui in Pseudoprobiana vita Vergilii ut de Servii descriptione sublati referuntur, eadem ratione excidisse videntur.

Restat ut de Iuvenalis vitarum et memoria et fide nonnulla proponam. Extant in libris manuscriptis satis multae Iuvenalis vitae, ex quibus O. Jahn [1]) septem, Julius Dürr [2]) duodecim expressit, quae ad unam omnes ab eadem stirpe originem trahere aperte produnt. G. Valla, qui earum vetustissimam ideoque optimam Probo vindicavit, quin de Berytio in errore versatus sit, iam nemo est qui dubitet. Neque quisquam hodie de Suetonio auctore cogitat, quamquam prioribus temporibus, qui ad Suetonium eam redire consererent, non defuerunt. [3]) Sicuti enim Suetonius in conscribendis Caesarum vitis imperatoris Domitiani tempora non excessit, ita in libro de viris illustribus hunc terminum non migratum esse ab auctore colligitur inde quod ne in praefatione quidem inter poetas satiricos affertur Iuvenalis neque describitur a Suetonio familiarissimi sui Plinii minoris vita. [4])

Neque vero sine veri specie viri docti ad Suetonium Iuvenalis vitam revocarunt. Nempe verba: *deinde paucorum versuum satura non absurde composita in Paridem pantomimum poetamque eius semenstribus militiolis tumentem genus scripturae industriose excoluit* ad exemplum Suetonianae vitae Vergilii conscripta esse quis est quin intellegat?

---

[1]) O. Jahn, ed. Iuven. I p. 386—390.

[2]) Julius Dürr, Das Leben Juvenals. Ulmer Programm 1888 p. 22—25.

[3]) Reifferscheid, Quaest. Suet. p. 371. 404.

[4]) cf. Plin. epp. I, 18; III, 8; V, 10; IX, 34 ad Suetonium Tranquillum datas.

cf. Reiff. p. 58, 6: *Poeticam puer adhuc auspicatus in Balistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit:*

*Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus;*
*nocte die tutum carpe viator iter.*
*deinde ...*

cf. Reiff. p. 50, 3 de Lucano: *prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine, dein civile bellum ...*

Vitae Iuvenalis scriptor, quantopere Tranquillum imitatus sit, et hac ex re apparet et compluribus aliis confirmatur. Nempe quod biographus Iuvenalem antequam ad poeticem se applicaret ad mediam fere aetatem declamasse refert, simile apud Suetonium saepe invenimus, cf. p. 26 IV.

Deinde cum in suspicionem venisset quasi tempora figurate notasset, in exilium missus est: Similia in vita Lucani p. 51 traduntur. Denique Suetonii utique propria sunt ultima verba: *verum intra brevissimum tempus angore et taedio periit:* cf. p. 30/31 XI. XII.

Reiff. p. 33, 1: *morbo implicatum ex dolore ac taedio amissarum sarcinarum.*

p. 102, 2: *et ob hoc repudiatus pudore ac taedio secessisset ab urbe.*

p. 82, 6: *qui deinceps in Africa pudore amissi exercitus mori maluit quam evadere.*

p. 84, 6: *et ad extremum morborum taedio in balneo voluntate exanimatus.*

Ne dictionis quidem Suetonianae vestigia desiderantur: *paucorum versuum satura non absurde composita* cf. Reiff. p. 59, 15: *non absurde carmen se informe more ursae parere dicens;* p. 105, 7: *aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis ... non absurde et fecisse et inscripsisse se ait...*

Quapropter quin profitear magna cum probabilitate Strackium [1]) suspicatum esse a grammatico aliquo tertii vel quarti p. Chr. n.

[1]) Chr. Strack, De Iuvenalis exilio: Laubach, Progr. 1880.

saeculi tamqnam appendicem ad Suetonii librum Iuvenalis vitam originem ducere, retineri non possum.

De fide earum, quae in Iuvenalis vitis narrantnr, rerum magna intercedit inter viros doctos opinionum discrepantia. Strackinm enim, qni totam vitam e Iuvenalis ipsius notis dispersis derivare conatus est ideoqne memoriam de poetae vita moribus ac studiis quamvis adumbratam eo tempore, qno vita archetypa scripta esset, nllam iam fuisse negavit, vehementissime impngnat J. Dürr, cnm dicit[1]): „Die uns erhaltenen vitae sind mehr oder minder verkürzte, vielfach dnrch Missverständnisse und Interpolationen entstellte Anszüge aus einer einzigen, ihrerseits anf gnter alter Ueberlieferung bernhenden Darstellung von Juvenals Leben“ atque[2]): „Der Biograph hat zwar vielleicht manches aus dem Dichter selbst entnommen, in der Hanptsache aber seine Nachrichten aus guter alter Ueberlieferung geschöpft.“

Quam sententiam quatenus probare liceat iam examinandnm est:[3])

*Iunius Iuvenalis, libertini locupletis incertum filius an alumnus, ad mediam fere aetatem declamavit animi magis causa quam quod scholae se aut foro praepararet.*

Friedlaender[4]) de hoc initio sic iudicat: „doch die ersten dnrch den Druck hervorgehobenen Zeilen stammen nach Ausdruck und Inhalt offenbar aus einer gnten alten Quelle.“ Ne mihi qnidem Strackii opinio, qni e satira I, 99 sqq. notam de poetae ordine derivare conatur, comprobatur. Argumenta viri docti debiliora sunt, qnam nt rationem eorum habere oporteat. Memoria quamvis minuta, qnin usque ad archetypae vitae scriptorem penetraverit, dubitari non potest. Non eadem vero fidncia, qnod ad mediam fere aetatem Invenalis declamasse dicitur, Strackii suspicionem ausim reicere, cum in vita V (Dürr), IV (Jahn) expressis verbis satirae primae versus 15. citetur: *declamavit non mediocri fama, ut ipse scribit: et nos consilium*

[1]) J. Dürr, l. c. p. 5.

[2]) J. Dürr. l. c. p. 9.

[3]) Vitae archetypae formam vetustissimam Duerrius restituere instituit p. 26 ne uno quidem, quantum video, viro docto assentiente: cf. Weidner: edit. Iuven. 1889.

[4]) Friedlaender, Juvenals Leben, edit. p. 2.

*dedimus Syllae,* qui una cum versu 25: *quo tondente gravis iuveni mihi barba sonabat* perfacile sane eiusmodi coniecturae causa fieri potuit. Neque veri simile est certiora de Iuvenalis studiis comperta habuisse illum, qui de gente nihil nisi ambigua tradit, qui ea tantum nomina affert, quae sine magna difficultate e satiris derivantur, ut Paridis et Aegypti, neque vero vel imperatoris, qui eum in exilium miserit, vel histrionis in deliciis aulae habiti.

Nihil amplius quam quod praebet de hac re vita Ia in archetypa exaratum fuisse inde colligitur, quod reliquae, quamquam de Neronis temporibus verba faciunt, tamen tantopere inter se discrepant, ut nihil nisi recentium coniecturas in iis praesto esse compareat:

Ib (II): *oriundus temporibus Claudii Neronis.*

IIb (VII): *ideo autem hanc materiam scribere voluit, quia Claudii Neronis tempore numerositas omnium vitiorum plurimum viguit.*

IIc: *unde cum notasset tempora Augusti Claudii Neronis et quosdam versus in Paridem pantomimum scripsisset.*

IIIc et IIId: *qui prima aetate tacuit, media vero declamavit temporibus Claudii Neronis imperatoris.*

Quae de exilio referuntur, quominus e fonte antiquo ea hausta esse credamus, vehementer praeter Strackium obsistit J. Vahlen.[1])

Conferamus versus satirarum cum singulis rebus de exilio narratis:

a) VII, 82—92:

*curritur ad vocem iucundam et carmen amicae*
*Thebaidos, laetam cum fecit Statius urbem*
*promisitque diem: tanta dulcedine captos*
*adficit ille animos tantaque libidine volgi*
*auditur; sed cum fregit subsellia versu,*
*esurit, intactam Paridi nisi vendit Agaven.*
*ille et militiae multis largitus honorem*

[1]) J. Vahlen, Juvenal u. Paris: Sitzungsberichte d. Königl. Akad. d. Wiss. zu Berl. 1883, p. 1175—1192, imprimis p. 1182—1192.

*semenstri vatum digitos circumligat auro.*
*quod non dant proceres, dabit histrio. tu Camerinos*
*et Baream, tu nobilium magna atria curas?*
*praefectos Pelopea facit, Philomela tribunos.*

Ia (I): *in Paridem pantomimum poetamque semenstribus militiolis emitantem.*

Ib (II): *dehinc paucorum versuum satura non absurde in Paridem Domitiani pantomimum et aulae histrionem semestribus tumentem vibrata poetamque P. Statium composita.*

Ia et Ib: *Multique fautorum eius cotidie provehebantur.*

b) I, 1:

*Semper ego auditor tantum? numquamne reponam?*

Ia (I): *tamen diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus.*

Ib (II): *et postquam diu tacuit, uberiori vitiorum iam gliscente contagione ab indignatione incepit: semper ego auditor tantum?* idemque in IId, IIIa.

De versibus omnibus in vitis citatis, qui a Iuvenale iuvene admodum exarati postea novis scriptis inserti dicuntur, quin iniuria diu biographo fidem habuerimus, non iam dubium est, ex quo Vahlenus de hac quaestione acute disputavit. Qua vero de causa vitarum scriptor hanc fabellam finxisset Vahlenus non patefecit,[1] quamquam mea sententia hoc luce clarius est, siquidem biographum Suetonium imitatum esse comprobavi.[2]

c) VII, 92:

*praefectos Pelopea facit, Philomela tribunos.*

Ia: *ac statim per honorem militiae ... missusque ad praefecturam cohortis.*

IV (V. VI): *in codicillis suis ad eum in exercitu mittendis inseruit: et te philomela promovit.*

[1]) Vahlen, l. c. p. 1183: den verschiedenen Motiven nachzugehen, welche diese Kombinationen eingegeben haben, kann ich unterlassen.

[2]) cf. supra p. 57 sqq.

Ratio fictionis perspicua est.

Memoriae discrepantia de exilii loco, quem alii Aegyptum alii Britanniam fuisse tradunt, inde profecta est, quod vitarum scriptores archetypa posteriores partim Iuvenalis sat. XV, 1—2:

*Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens*
*Aegyptus portenta colat?*

partim sat. II, 159—161:

*arma quidem ultra*
*litora Iubernae promovimus et modo captas*
*Orcadas ac minima contentos nocte Britannos*

fundamento usi sunt. Nam suspicor verba quidem: *ac statim per honorem militiae quamquam octogenarius urbe summotus est* in vita archetypa iam exarata fuisse, proxima vero: *missusque ad praefecturam cohortis in extremam Aegypti partem tendentis* a vitae Ia auctore demum esse addita, cum ita tantum declaretur, quomodo IV (V. VI) tantopere cum aliis discrepare potuerit, neque probabile videatur esse, quod Duerrius in restituendae conatu vitae archetypae proposuit.

Poeta num redierit in urbem, plane in dubio relictum est ab archetypae scriptore, cum singulae vitarum descriptiones valde inter se differant. Itaque elocutio in vita Ia usitata: *id supplicii genus placuit, ut levi atque ioculari delicto par esset. verum intra brevissimum tempus angore ac taedio periit,* cum ad expromendam sententiam ambiguam bene quadret, purissime archetypae stirpem conservasse videtur.

Quae cum ita sint, quamquam tantopere de quibusdam rebus vitae secum discrepant, hoc pro certo stat memoriam exilii ipsius quamvis obscuratam usque ad archetypae vitae auctorem penetrasse. Gravissimum testimonium id quoque est, quod excepto parco principio in tota vita de nulla re nisi vel de exilio vel de iis disputatur, quae artissime cum eo cohaereant, quod si mera scriptoris coniectura niteretur, sane explicari non posset. Itaque archetypae vitae scriptorem e memoria vulgata tamquam ossa, quibus propria coniectura circumdedit quae in universum hodie in Ia legimus, haec fere recepisse censeo: *Iuvenalis octogenarius in exilium missus est auctore histrione quodam in deliciis aulae habito.*

Apud Sidonium enim Apollinarem, cum eandem inveniamus de histrione potentissimo notam:

IX, 259 sqq.: *Non Gaetulicus hic tibi legetur ...*
*non qui tempore Caesaris secundi*
*aeterno incoluit Tomos reatu;*
*non qui consimili deinde casu*
*ad vulgi tenuem strepentis auram*
*irati fuit histrionis exul.*

quam archetypae vitae scriptori iam praesto fuisse non est verisimile, utrumque apparet ex antiquiore memoria hausisse.

De titulo nostris demum temporibus in Aquinati municipio invento[1]) supervacuum est verba facere, cum scriptores antiqui notitiam eius habere non potuerint.

Relinquitur ut de vitae panno nuper Romae in bibliotheca Barberina a Iulio Duerr reperto pauca proponam:

*Iunius Iuvenalis Aquinas Iunio Iuvenale patre, 'matre vero Septumuleia ex Aquinati municipio Claudio Nerone et L. Antistio consulibus natus est. Sororem habuit Septumuleiam, quae Fuscino nupsit.*

Primo obtutu hoc opusculum, quod initium vitae renascentium litterarum demum aetate conscriptae efficit, magni ponderis esse, ad antiquam originem redire videatur. Matris enim poetae nomen Septumuleia, accuratissima anni quo natus sit memoria e satiris derivari non potuerunt. Quam ob causam Duerrius non dubitavit ad antiquissimam vitae stirpem hunc pannum referre. Quem conatum num comprobare liceat, examinandum est.

Omnes quae adhuc extant vitae Iuvenalis ex uno fonte manarunt si missum facimus quod alii hinc alii illinc nonnulla suo arbitrio vel addiderunt vel non numquam omiserunt. Ne prima quidem, quam G. Valla Probo vindicavit, vetustissimam formam exhibet integram, sed ipsa quoque a vetustiore pendet. Quae cum ita sint quis est qui credat ad unum omnes vitarum scriptores illam gravissimam notam in vita archetypa de patre, matre, sorore, sororis marito, anno natali poetae non casu, sed ut opinari oporteret, ratione et consilio omisisse? Nimirum non

[1]) cf. C. I. L. X, 5382.

intellegitur, unde ille exeuntis medii aevi homo doctissimus notitiam panni sumpserit, quem nisi in vitae descriptione aliqua nusquam inveniri potuisse in propatulo est, nisi forte alteram vetustissimam memoriam, plane alienam illam quidem ab eis, quae in superstitibus vitis legimus, renascentium litterarum aetate etiamtum praesto fuisse putamus. Quod equidem, quamvis Duerrius[1]) contendat, non temere crediderim.

Nam sane mirum esset, si vita aliqua ante reliquarum stirpem conscripta non modo Pseudoprobianae vitae scriptori, verum etiam omnibus aliis per totum medium aevum viris doctis excepto uno ignota mansisset, si memoria gravissima, postquam ab uno homine opusculo suo inserta esset, statim evanuisset.

Quae si reputaverimus non iam opus esse censebimus, quid veri in rebus traditis insit, quaerere, sed quomodo res ipsae videantur ortae esse. Nihil fere in hac scheda commentario eget nisi matris Septumuleiae et anni natalis memoria accuratissima. Quod attinet ad matris nomen, quam ob causam illud rarissime usitatum electum sit, non iam perspici potest. Fortasse, si Weidneri suspicionem comprobamus, sub nomine latet nescio quis verborum ludus.[2]) Annus, quo poeta natus sit, quod obiter quadrat ad reliquas, quae in vitis traduntur, temporum rationes, nempe quod Iuvenalis octogenarius in exilium missus altero et octogesimo aetatis suae anno perisse dicitur, hoc non tam memoriae huius vitae auctoritati favet quam fraudis auctorem ostendit e vitis servatis annum natalem computasse:

I: *ac statim per honorem militiae quamquam octogenarius urbe summotus est ... verum intra brevissimum tempus angore ac taedio periit.*

III: *Iuvenalis iste Aquinatis fuit ... temporibus Neronis Claudii imperatoris ... sic obtentu militiae pulsus urbe ... ita tristitia et angore periit anno aetatis suae altero et octogesimo.*

IV: *decessit longo senio confectus exul Antonino Pio imperatore.*

Opuscula eius modi supposititia, quae pro genuinis edi solebant, renascentium litterarum aetate innumerabilia conficta sunt,

[1]) J. Dürr, l. c. p. 30.

[2]) Weidner, edit. Iuven. prooem. p. X.

non eo quidem consilio, ut homines deciperent, sed ut memoriae lacunam implerent: e. g.

*L. Fenestellae de magistratibus sacerdotiisque Romanorum libellus, iam primum nitori restitutus,* in quo non solum (cap. V: de flamine Diali) A. Gellius commemoratur, verum etiam paulo inferius id legitur: *et praeterea complures, qui, ut nostrum inter sacerdotium gradus nonnihil interest, ut episcopum, archiepiscopum, cardinalem, patriarcham et metropolitanum.* cf. etiam Lucretii vitam recentiorem a Masson[1]) prolatam, tamquam veterem memoriam praestaret: *Lucretius Carus nascitur Licinio Crasso oratore et Q. Mutio Scevola coss.*

[1]) cf. Brieger, l. c. p. 188.

## Caput III.

Per duo capita usque adhuc quatenus vitarum scriptores Suetonio posteriores vel ad verbum e libro de viris illustribus hausissent vel ad exemplum vitarum Suetonianarum suas conscripsissent, non sine fructu inquisivisse nobis videmur. Dehinc de ipsius Suetonii auctoribus quaestio instituenda, denique Suetonii ratio biographica quam arte cum peripateticorum et Alexandrinorum cohaereat examinandum est.

Iam si quaerimus qui fuerint auctores primarii, quibus usus sit Suetonius, praecipue videlicet, quod iam Reifferscheidius[1]) monuit, nominandi sunt Varronis liber de poetis librique XV imaginum non solum, verum etiam multa alia scripta: *de poematis, de actis scenicis, de originibus scenicis, de scenicis actionibus, de personis*, *quaestiones Plautinae* huc spectant. Deinde reliqui illustrium virorum scriptores, qui primo Reifferscheidii fragmento citantur, Santra, Nepos, Hyginus. Porro qui in annalibus suis litterarum quoque Romanarum rationem habuit, Fenestella, denique vitae a grammaticis, praecipue ab Asconio Pediano commentariis praepositae eiusque liber contra obtrectatores Vergilii.[2]) E toto vitarum Suetonii corpusculo quae ad auctores supra enumeratos redire videntur, prima huius capitis particula exarare mihi proposui.

---

[1]) Reifferscheid, Quaest. Suet. 423—424.

[2]) O. Jahn, Mus. Rhen. IX, 629.

Fr. Leo, Varro und die Satire, Herm. XXIV, 1889, p. 67—84, imprimis p. 69—71.

Varro.

Alterum fragmentum, quominus a Varrone repetamus, nihil obstat, quamquam Isidorus, qui Origg. VIII, 7, 1. 3 expressis verbis Suetonium distinguit a Varrone, contrarium videatur demonstrare. Apud Varronem vero de lingua lat. VII, 36 p. 323 Sp. legimus: *antiquos poetas vates appellabant a versibus viendis, ut de poematis cum scribam ostendam*, unde apparet diligentissimum antiquitatis investigatorem in libro de poematis in universum de poesis primordiis disputasse. Itaque mihi probabile videtur esse, quod Reifferscheidius Suetonio vindicare non ausus est ideoque in adnotatione posuit: *vates a vi mentis appellatos Varro auctor est e. q. s.*, id quoque Tranquillum iam exhibuisse, qui Varronem auctorem citaret. Unde totum tractatum ad verbum Isidorus in opus suum recepit. Quod re vera ita se habere quo melius intellegatur Teuffelii[1]) sententiam subieci: „Dass Isidor die 36 Stellen, an denen er den Varro nennt, nicht aus diesem selbst, sondern erst mittelbar durch andere Gewährsmänner aus ihm geschöpft hat, ist teils wahrscheinlich, teils gewiss gemacht worden durch H. Kettner: varronische Studien 1865, 2—37. Daraus ist mit ziemlicher Sicherheit zu entnehmen, dass dem Zeitalter des Isidor von dem varronischen Nachlass nicht mehr vorlag als uns."

Fragmenti tertii fundamentum haud dubie Varroni debetur, quod Suetonius aliquot locis supplevit atque amplificavit ex Horatii epistula quae dicitur de arte poetica. Varro citatur:

p. 6, 5: *quia, ut Varro ait, depascunt vitem.*

p. 7, 14: *itaque iuventus Attica, ut ait Varro, circum vicos ire solita fuerat.*

p. 13, 12: *sicut Graecas fabulas ab habitu aeque palliatas Varro ait nominari.*

p. 21, 1: *satura autem dicta ... sive quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum saturam dicit Varro vocitatum. est autem hoc positum in secundo libro Plautinarum quaestionum: „satura est uva passa et polenta et nuclei pini ex mulso consparsi. ad haec alii addunt et de malo punico grana."*

---

[1]) Teuffel, Röm. Litt. Gesch. § 169, 1.

Suetonii additamenta:

a) ex Horatii libro de arte poetica.

p. 6, 6—8, versus 220—221.
p. 6, 17—7, 3, versus 275—277.
p. 10, 8—10, versus 179.
p. 10, 12—14, versus 192.
p. 12, 15—21, versus 220—224.
p. 13, 15—16, versns 288.

b) varii generis snpplemeuta:

p. 6, 9—12: *Vergilius in georgicon secundo* (v. 380—381).

p. 5, 5: *quo genere scripta est prima bucolicon et ea, cuius initium est: quo te Moeri pedes?*

p. 5, 8: *ut se habent tres georgici et prima pars quarti.*

p. 5, 12: *et Aeneis Vergilii et cetera his similia.*

p. 16, 11: *et georgica Vergilii et his similia;* p. 16, 14: *Aeneidos.*

p. 18, 18—12: Tibnlli eleg. I, 1—2: *quod genus carminis praecipue scripserunt apud Romanos Propertius et Tibullus et Gallus imitati Graecos Callimachum et Euphoriona.*

p. 19, 2—6: *cui opinioni consentire videtur Horatius, cum ad Albium Tibullum elegiarum auctorem scribens ab ea quam diximus miseratione elegos miserabiles dicit hoc modo:* seqnitur carm. I, 33, 2—3.

p. 19, 16—17: Horat. epod X, 1—2.

p. 20, 13—17: Vergilii georg. II, 194 et 394.

p. 20, 6: Horatius et Persius.

Omuia qnae praeterea afferuutnr, Thcophrasti definitiones tragoediae, comoediae, mimi, epici carmiuis, Susarionis comici versus duo, Lucilii satnrarum libri duodecimus et primus, Attae togatarum scriptoris ex Aedilicia fabula versus, Sallustii Ingurthae c. 29, 5, quiu a Varrone iam exarata fuerint, nemini dubium esse potest.

In libello de poetis, si qnaerimns, qnid e Varrone, quid ex aliis scriptoribus Trauquillus hauserit, censurae uormam praestare debet, quae iutegra fere aetatem tnlit, Terentii vita. Uude

apparet biographnm, quamquam in universum Varrouem anctorem sequatur, mnltifariam Reatini memoriam supplesse. Hoc vero pro certo stat, de temporum rationibns quae ille habet, ea e Varronis quaestiouibns chrouologicis mauasse neque est, si Hierouymi aduotationes temporum haud raro cum Varrouianis, quantum quidem apud Ciceronem et Gellinm servatae sunt, discrepare videmus, quod Suetouium Varrouis computos refutasse putemus.[1]) Varronis memoriae Suetonins non videtur censuram egisse, sed quantum potuit, supplesse tantnm et auxisse, siquidem hoc factum esse in Tereutii vita invenimus, neque discrepat cnm fragmento vitae Plautinae, qnod Gellius III, 3, 14 auctore Varrone uarrat. Itaque e Varronis libro de poetis quod Cicero et Gellius excerpserunt, componam, cum Suetonii fontis priucipalis imaginem quamvis disiectam nobis quod praestet aptissimnm videatur esse.

Cic. Brut. 18, 72: *atqui hic Livius primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus dedit, anno ipso ante quam natus est Ennius, post Romam conditam autem quarto decumo et quingentesumo, ut hic ait, quem nos sequimur. est enim inter scriptores de numero annorum controversia. Accius autem a Q. Maxumo quintum consule captum Tarento scripsit Livium, annis XXX postquam eum fabulam docuisse et Atticus scribit et nos in antiquis commentariis invenimus, docuisse autem fabulam annis post XI, C. Cornelio Q. Minucio consulibus, ludis Iuventatis, quos Salinator Senensi proelio voverat. in quo tantus error Acci fuit, ut his consulibus XXXX annos natus Ennius fuerit: cui si aequalis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is qui primus fabulam dedit quam ei qui multas docuerant aute hos consules et Plautus et Naevius.*

Qui tractatus quiu totns ad Varronem redeat, nemo dubitabit, cum argnmeuta cousideraverit, quae Leo[2]) protulit. Quod

[1]) Neglegentiam Hieronymi bene notat Reifferscheidii adnot. p. 23 de Livio Andronico: „nisi mavis statuere a Suetonio errore Acci commemorato Hieronymum, quae erat eius negligentia, Acci notationem cum Suetoniana commntasse;“ in universum cf. snpra p. 20 sqq.

[2]) Fr. Leo, Plaut. Forschungen p. 57—58.

plane apparet e Gellii nota XVII, 21, 43: *Claudium et Tuditanum consules secuntur Q. Valerius et C. Mamilius, quibus natus esse Q. Ennium poetam M. Varro in primo de poetis libro scripsit eumque, cum septimum et sexagesimum annum haberet, duodecimum annalem scripsisse, idque ipsum Ennium in eodem libro dicere.*

Gell. XVII, 21, 45: . . . *eodemque anno (post Romam conditam quingentesimo unde vicesimo) Cn. Naevius poeta fabulas apud populum dedit, quem M. Varro in libro de poetis primo stipendia fecisse ait bello Poenico primo, idque ipsum Naevium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. Porcius autem Licinus serius poeticam Romae coepisse dicit his versibus.*

Cic. Brut. 15, 60: *his (Cethego et Tuditano) consulibus, ut in veteribus commentariis scriptum est, Naevius est mortuus. quamquam Varro noster diligentissimus investigator antiquitatis putat in hoc erratum vitamque Naevi producit longius.*[1])

Gell. III, 3, 14: *sed enim Saturionem et Addictum et tertiam quandam, cuius nunc mihi nomen non subpetit, in pistrino eum scripsisse (Plautum), Varro et plerique alii memoriae tradiderunt, cum pecunia omni quam in operis artificum scaenicorum pepererat in mercatibus perdita, inops Romam redisset et ob quaerendum victum ad circumagendas molas, quae trusatiles appellantur, operam pistori locasset.* Quae sequitur narratiunculam de Naevio, qui in carcere duas fabulas, Hariolum et Leontem, scripserit, num ad eundem Varronem revocare liceat, non audeo diiudicare, quamquam veri simile est. Pergit enim Gellius: Sicuti de Naevio quoque accepimus e. q. s.

Gell. I, 24, 3: *epigramma Plauti, quod dubitassemus an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum esset in libro de poetis primo.*

Haec hactenus. Fortasse etiam librorum XV imaginum Suetonius rationem habuit, quamquam equidem puto eum de poetis e libro Varronis eodem nomine appellato praecipue atque

[1]) Fr. Leo, l. c. p. 59—60.

ut ita dicam uuice hausisse. Qui in vita Tereutiana citautur, scriptores et poetas usque ad Varronis aevum omnes Tranqnillus uou ipse evolvit, sed e Varrone, qui eorum sive versus sive notas iam exhibuit, iu librum suum recepit. Peculiaria igitur Suetonii additamenta hacc tantum suut:

p. 26, 7—27, 2 Fenestella.

p. 27, 5—7 Fenestella et Cornelius Nepos.

p. 31,2—32, 3 Cornelius Nepos et Santra.

Apud Varronem iam citati crant: Porcius Licinus, Volcacius Sedigitus, C. Memmius orator, Q. Cosconius, Afranius, Cicero in Limone, C. Julius Caesar.

Vitarum, quae in libro de poetis Terentianam excipiunt, quanta pars ad Varronem quanta ad alios redeat, diiudicari uou potest. Vergilii et Horatii vitae huc uon spectaut, cum uterque poeta ultra Varrouis mortem vixerit.

In libris de oratoribus, de historicis, de philosophis certa conclusio de stirpe Varroniana non conceditur propter nimis exilem et parcam memoriam, quamquam virum Romanorum eruditissimum iu imaginum libris de iis quoque quaestionem instituisse nemo uegabit. Sed ex hoc geuere ne uuum quidem imaginum Varrouis fragmentum superest. De Sallustio Crispo nota Varroniana apud Gellium servata est, verum non ex imaginum libris, sed e libro qui iuscribitur: Pius aut de pace:

Gell. XVII, 18: *M. Varro in libro, quem scripsit Pius aut de pace, C. Sallustium ... in adulterio deprehensum ab Annio Milone loris bene caesum dicit et, cum dedisset pecuniam, dimissum.*

Certiora de prooemio libri de grammaticis et rhetoribus praedicari videntur, siquidem apud Plinium nat. hist. XXV, 7, 24 legimus: ... *tradatque M. Varro Servium Clodium equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum veneno crura perunxisse et postea caruisse sensu omni aeque quam dolore in ea parte corporis,* quibus cum verbis cf., quod Suetonius p. 102, 1—5 de eodem narrat: *Servius ... in podagrae morbum incidit; cuius impatiens veneno sibi perunxit pedes et enecuit ita, ut parte ea corporis quasi praemortua viveret,* unde mea sententia iure concludere licet totum prooemium, quantum temporum ratioues non impediunt, a Varrone Tran-

quillum esse mutuatum, praesertim cum ne scriptum quidem Varronis desideretur aptum, e quo Suetonius hunc tractatum excerpere potuerit. Disciplinarum libros novem dico, in quibus de artibus liberalibus, grammatica, dialectica, rhetorica, geometria etc. ab auctore verba facta fuisse constat.

Iam ad reliquos tres, qui primo fragmento nominantur, illustrium virorum scriptores tractandos transeamus, Cornelium Nepotem, Santram, Hyginum, quorum alterum et tertium, quamquam eorum quoque biographus haud dubie rationem habuit, silentio praeterire licebit. Santra enim duobus tantum locis commemoratur:

p. 31, 10: *Santra Terentium existimat, si modo in scribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione et Laelio uti potuisse, qui tunc adulescentuli fuerint, quam C. Sulpicio Gallo, homine docto, quo consule Megalensibus ludis initium fabularum dandarum fecerit, vel Q. Fabio Labeone et M. Popillio, consulari utroque ac poeta. ideo ipsum non iuvenes designare, qui se adiutare dicantur, sed viros, quorum operam et in bello et in negotio populus sit expertus.*

p. 112, 3: *huius (Curtii Niciae) de Lucillo libros etiam Santra comprobat,* cum Hygini nusquam — casu videlicet — mentionem faciat.

Imaginem rationis, qua in adhibendis Nepotis scriptis Suetonius usus est, beneficio felicis fortunae, quae aliquot notas e Nepote haustas servavit, paulo distinctiorem deformare possumus. In vita Terentii duobus locis Nepotis testimonium affertur.

p. 27, 6: *quamvis et Nepos aequales omnes fuisse tradat.*

p. 31, 2: *Nepos auctore certo comperisse se ait* C. Laelium quondam in Puteolano Kalendis Martiis admonitum ab uxore, temperius ut discumberet, petisse ab ea ne se interpellaret, seroque tandem ingressum triclinium dixisse non saepe in scribendo magis sibi successisse: deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronuntiasse versus qui sunt in Heautontimorumeno.

De Ciceronis vita, quamquam in libro de viris illustribus oratores quoque locum tenuisse in propatulo est, proprio opusculo quaestionem instituit. Gellius enim XV, 28, 1—5 narrat:

*Cornelius Nepos et rerum memoriae non indiligens et*

*M. Ciceronis ut qui maxime amicus familiaris fuit. atque is tamen in librorum primo, quos de vita illius composuit, errasse videtur, cum eum scripsit tres et viginti annos natum primum causam iudicii publici egisse Sextumque Roscium parricidii reum defendisse...... in qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus Asconius animadvertit, quod eum scripserit sexto vicesimo aetatis anno pro Sex. Roscio dixisse. Longior autem Nepotis quam Fenestellae error est.* Quod Gellianum caput Suetonio deberi, qui Nepotis et Fenestellae errores retulerit, non sine veri specie Reifferscheidius suspicatur.[1])

Tertium Cornelii Nepotis opusculum citatur in prooemio libri de grammaticis et rhetoribus p. 103,6: Cornelius quoque Nepos libello, quo distinguit litteratum ab erudito, *litteratos vulgo quidem appellari ait eos qui diligenter aliquid et acute scienterque possint aut dicere aut scribere, ceterum proprie sic appellandos poetarum interpretes, qui a Graecis grammatici nominentur.*

Denique vestigium istius de viris illustribus librorum particulae videtur superesse, in qua de rhetoribus actum erat, nisi e prooemio libelli de historicis hanc notam haustam esse malumus. In L. Voltacilii enim Ploti vita legimus p. 124,6: *primus omnium libertinorum, ut Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, nonnisi ab honestissimo quoque scribi solitam ad id tempus.*

Fenestella: Expressis verbis duobus locis in vita Terentiana testimonia eius afferuntur, quae diligentiam et sagacitatem produnt:

p. 26,7: *quidam captum esse existimant. quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet, cum inter finem secundi Punici belli et initium tertii et natus sit et mortuus. nec si a Numidis aut Gaetulis captus sit, ad dominum Romanum pervenire potuisse, nullo commercio inter Italicos et Afros nisi post deletam Karthaginem coepto.*

p. 27,2: *hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano et C. Laelio, quibus etiam cor-*

---

1) Reifferscheid, Quaest. Suet. p. 424.

*poris gratia conciliatus existimatur. quod et ipsum Fenestella arguit, contendens utroque maiorem natu fuisse.*

Vernm si Reifferscheidii coniectnra supra ad Gell. XV, 28, 1—5 prolata probabilis videtnr esse, tertinm Fenestellae fragmentum a Suetonio exscriptum aetatem tulisse gandebimus. Hoc propterea memorabile est, quod Snetonius, cum ceteroqniu cum Fenestella consentiat, hoc loco Asconii compntos illis annalinm scriptoris Corneliique Nepotis praefert. Quo simnl clariorem et certiorem scribendi rationis Suetonii imaginem animo concipimus.

Asconins Pediauns: scripsit — ne cnncta afferam — librnm contra obtrectatores Vergilii et commentarios in Cicerouis orationes. Bis in vita Vergilii Ascouius auctor citatur:

p. 57, 5: *sed Asconius Pedianus adfirmat, ipsam postea maiorem natu narrare solitam, invitatum quidem a Vario ad communionem sui verum pertinacissime recusasse.*

p. 66, 2: *Asconius Pedianus libro, quem contra obtrectatores Vergilii scripsit, pauca admodum obiecta ei proponit eaque circa historiam fere e. q. s.*

Sed Suetonium e libro eius accnratissime conscripto mnltas alias notas hausisse quis est qui neget? Cuins rei testimonium est illud Pseudoprobi p. 7, 7 (Keil):

*cum certum sit eum, ut Asconius Pedianus dicit, XXVIII annos natum Bucolica edidisse*, quod et ipsum ad librum contra obtrectatores Vergilii redire in propatnlo est. Neqne audacis hominis videatur longius progredi et totam particulam in fine vitae inde a p. 65, 8: *obtrectatores Vergilio numquam defuerunt* usque ad p. 66, 9 *decideret* Asconii opusculo deberi censere. Iam si reputabimns, quanta diligentia Suetonius Asconii praecipue scriptorum lectioni operam dederit, Reifferscheidii suspicionem de Gelliano illo capite magnam sane veri speciem habere concedemus.

Suetonius qnippe cum per complures anuos imperatori Hadriano ab epistulis fncrit, accuratissimam notitiam omninm, quae in tabulario imperiali reservabantur, scriptorum sibi comparare potuit. Inde apparet qnomodo fieri potuerit, nt tam ampla Augnsti epistularum fragmenta exscriberet,

In vita Horatii:

p. 45, 8: *ut hoc ad Maecenatem scripto significat.*

p. 45, 14: *extant epistolae (Augusti), e quibus argumenti gratia pauca subieci.*

p. 46, 9: *post sermones vero quosdam lectos nullam sui mentionem habitam ita sit questus.*

p. 47, 5: *habitu corporis fuit brevis atque obesus, qualis et a semet ipso in satiris describitur et ab Augusto hac epistula.*

In vita Vergilii:

p. 61, 15: *Augustus vero ... supplicibus atque etiam minacibus per iocum litteris ... ut ipsius verba sunt.*

In vita Caecilii Epirotae:

p. 113, 1: *Epirota ... ad Cornelium Gallum se contulit vixitque una familiarissime, quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto obicitur* nisi forte hanc notam ad acta senatus redire malumus.

In appendice:

p. 137, 1—7: *Caesar quoque Augustus ad filium.*

Quae praeterea fontium locum tenent in libro de viris illustribus aliorum hominum clarorum epistulae, quamquam cum illo officio Tranquilli nihil rationis habere videntur — quod quidem plane cadit in Ciceronis et Atei Philologi epistulas — hic breviter commemorentur:

Maecenas: p. 45, 1: *Maecenas quantopere eum dilexerit satis testatur illo epigrammate, sed multo magis extremis iudiciis tali ad Augustum elogio.*

Messalla Corvinus: p. 103, 11: *eosdem litteratores vocitatos Messalla Corvinus in quadam epistula ostendit, non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo, ne cum Ticida quidem aut litteratore Catone.*

Cicero: p. 111, 8: *fuit et M. Ciceronis familiaris, in cuius epistola ad Dolabellam haec de eo legimus.*

p. 111, 15: *item ad Atticum.*

p. 123, 5: *L. Plotius Gallus: de hoc Cicero in epistola ad M. Titinnium sic refert.*

Ateius Philologus: p. 108, 8: *ipse ad Laelium Hermam scripsit.*

p. 108, 17: *de quorum tamen copia altera ad eundem Hermam epistula significat.*

Restat denique, ut de actis senatus et urbis, num Suetonius ea consuluerit, quid sentiam, aperiam. Quod et per se veri est simillimum, cum in Caesarum vitis compluribus locis acta senatus afferantur, et vestigiis obscuris videtur confirmari. Legimus enim p. 88, 3 in vita Passieni Crispi: *tirocinio suo in senatu ita coepit: patres conscripti et tu Caesar,* quod ex actis senatus haustum esse potest. Senatus consultum vetus de philosophis et rhetoribus citatur in prooemio libelli de rhetoribus p. 119, 12, ibidemque censorium edictum. Deinde quae de claris oratoribus, de Lucano operae pretium erat narrare, commode hic reperiri potuerunt. Quam ob causam non nimis in errore me versari puto, si Lucani vitam, cuius auctorem ne unum quidem scriptor appellat, ex parte quidem ad acta senatus populique diurna redire censeo, siquidem de coniuratione Pisoniana, quae amplum in vita Lucani spatium implet, in senatu actum esse constat.

Iam ad eorum scriptorum legionem pervenimus, qui semel atque iterum afferuntur, sed magis vitarum scriptorem litteris Romanorum bene imbutum fuisse testantur quam eius auctores re vera appellari merentur. Hoc cadit praecipue in libellum de grammaticis et rhetoribus. Quae de hominibus hic enumeratis narrantur, cuncta fere sive e grammatici ipsius, cuius vitam describit, sive e collegarum aliorumque, qui priorum mentionem fecerunt, notis dispersis manarunt: cf. e. g. vitt. 6, 7, 8, 9, 10, 11, 15, 21, 26, 29.

Qui toto libro citantur, scriptores et poetas ordinatim componere supervacuum esse puto, cum in indice editionis Reifferscheidii collecti atque dispositi sint.

Duobus locis narrat quae adulescens admodum ipse vidit:

p. 52, 2: *poemata eius (Lucani) etiam praelegi memini.*

p. 104, 6: *me quidem adolescentulo repeto quendam Principem nomine alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis vero mane disserere, post meridiem remoto pulpito declamare solitum.*

Secundum naturae ordinem nunc quaerendum esset, quem admodum Suetonius auctorum suorum rationem habuerit, nisi huic muneri iam satisfecisse me putarem in primo capite, ubi de biographi curiositate verba feci. Unde apparet vitarum scriptoris praecipue interfuisse mira atque inaudita enarrando lectores delectare, quamquam eum interdum acutum iudicem se praestitisse negari non potest. Hoc vero saepius fit in Caesarum vitis quam in libro de viris illustribus.

In extrema dissertationis particula quomodo Suetonii vel potius Romanorum ratio biographica pendeat a Graecorum, explicetur. Cuius muneris partem haud exiguam iam absolvit Guilelmus Schmidt,[1]) cum Suetonium in disponenda materie, omnino quod ad artem biographicam attinet, Graecorum scriptores imitatum esse comprobavit. Apud Graecos, si quaerimus, quo tempore primum de viris in litteris illustribus quaestio instituta videatur esse, ultra Alexandri Magni aetatem vix licebit ascendere, si quidem, quantum scimus, initium utique artis investigandi ut in aliis rebus ita in virorum illustrium vitis ab Aristotele factum est, qui primus certaminum musicorum indices ex lapidibus descriptos collegit in libro περὶ διδασκαλιῶν inscripto. De vitae cursu, de vivendi ratione, de moribus nihil fere exaravit. Studia quae versantur in βίων investigatione, a Theophrasto demum aliisque peripateticis incipiunt. Duo igitur indagandi genera Alexandrinorum aevo distinguenda sunt, quorum alterius viri doctissimi Eratosthenes, Callimachus, Apollodorus Atheniensis operam dederunt, alterius peripatetici Dicaearchus, Aristoxenus, Clearchus, Antigonus Carystius, Hermippus, Satyrus alii,[2]) ita quidem, ut cum fabellas et narratiunculas de viris illustribus quam poterant plurimas curiosissimasque comportabant, biographi muneri suffecisse se putarent. Verum ne id quidem lucro et usu careret, si homines illi quae de illustribus viris tradiderunt, ex auctoribus fide dignis hausissent. Qui quam procul ab accurata et diligenti doctrina afuerint, bene docet Marcellini quae dicitur vita Thucydidia, quae, quamquam in

---

[1]) G. Schmidt, de Romanorum imprimis Suetonii arte biographica, diss. Marp. 1891.

[2]) Fr. Leo, Plaut. Forschungen p. 56 sqq.

formam, qnam nunc habet, quarto demnm p. Chr. n. saecnlo redacta est, primam originem haud dubie trahit a peripateticis biographis. Qua vita nihil fere fide dignum continetur, nisi qnod e Thucydidis ipsius notis dispersis et columna in sepulcro historici reperta derivari poterat.[1]) Neque aliter rem se habere in ceterornm vitis inde conclnditur quod memoria de moribus, victu eius modi rebus aliis, quae fide digna esset, omnino nulla extabat de hominibus quarti saecnli priorumqne illnstribus.[2]) Itaque peripatetici ex cuiusque libris aliqnid de vitis enncleare stndebant[3]) ac, si quando talia prorsus deficiebant, supplebant atqne compensabant fabellis eo consilio excogitatis.[4]) Haec hactenus. Neque enim id spectamus, sed quibus in rebus Suetonius a Graecis pendeat.

Primo Reifferscheidii fragmento legimus: *Fecerunt hoc idem apud Graecos Hermippus peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus doctus vir et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus,* qui quamqnam Tranquilli exempla principalia fuerunt, non sufficiunt, e qnibus certam scribendi rationis peripateticorum imaginem nobis comparare possimus. Accedit qnod Suetonius non ita Graecos ut praecipne Varronem imitatus est, qui ipse iam ad exemplum Graecorum — aliorum fortasse qnam quos Tranquillus secutus est — librum de poetis, imaginum libros conscripsit. Exempla illa Varronis omnino ignoramus. Quam ob causam si apud Suetonium scribendi rationis proprietates invenimus, quarum exempla in magno graecarum vitarum quamvis recentium thesauro non desiderantur, ea ad peripateticos biographos, quos Varro et Suetonius imitati sunt, revocare licebit, cum vitas posteriores ad unam omnes e diversis peripateticorum vitarum descriptionibus compilatas esse appareat.

Memoria de vitarum scriptoribus peripateticis, quamquam tenuissima aetatem tulit, minime nos debet deterrere, quominus conatum quidem scribendi rationis viaeque imaginem cuiusque

[1]) Wilamowitz, Die Thukydideslegende, Herm. XII, 326—367. R. Hirzel, Die Thukydideslegende, Herm. XIII, 46—49. R. Schoell, Zur Thukydidesbiographie, Herm. XIII, 433/51.

[2]) Wilamowitz, Antigonus von Carystos p. 147.

[3]) Fr. Leo, l. c. p. 64.

[4]) cf. Hermippi frg. 21: Joseph. contra Apionem I, 22.

informandi animo faciamus. Ordinem, quem supra secutus sum in enumerandis peripateticis, servabo.

Dicaearchus Messenius.[1])

Ut in libro celeberrimo *βίος Ἑλλάδος* inscripto ita in vitis philosophorum, Alcaei, poetarum scaenicorum, quarum excerpta minuta apud Diogenem, Plutarchum, Athenaeum alios afferuntur, praecipue Dicaearchi interest quod ad mores, usus, consuetudines, cultum pertinet memoriae tradere.

Librorum duobus locis censuram agit:

frg. 25 Diog. Laert. III, 38: *λόγος δὲ πρῶτον γράψαι αὐτὸν (Πλάτωνα) τὸν Φαῖδρον. Καὶ γὰρ ἔχει μειρακιῶδές τι τὸ πρόβλημα. Δικαίαρχος δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς γραφῆς ὅλον ἐπιμέμφεται ὡς φορτικόν.*

frg. 33 a Schol. Hom. Od. *α*, 333 e cod. Harl. 5674 in Crameri Anecd. Paris. III, p. 422: *αἰτιᾶται ἐκ τῶν ἐπῶν τούτων Δικαίαρχος τὴν παρ' Ὁμήρῳ Πηνελόπην*: sequuntur versus tres: *οὐδαμῶς γὰρ εὔτακτον εἶναί φησι τὴν Πηνελόπην πρῶτα μὲν ὅτι πρὸς τὴν θύραν τῆς αὐλῆς παραγίνεται νεανίσκοις, ἔπειτα τῷ κρηδέμνῳ τὰ κάλλιστα μέρη τοῦ προσώπου καλύψασα τοὺς ὀφθαλμοὺς μόνους ἀπολείπει θεωρεῖσθαι. περίεργος γὰρ ἡ τοιαύτη σχηματοποιία καὶ προσποίητος, ἥ τε παράστασις τῶν θεραπαινίδων ἑκάτερθεν εἰς τὸ κατ' ἐξοχὴν φαίνεσθαι καλήν, οὐκ ἀνεπιτήδευτον δείκνυσι.*

De statura et indole Pythagorae frg. 29 Porph. Vit. Pyth. p. 34 verba facit: *φησὶν ὁ Δικαίαρχος ...... τήν τε γὰρ ἰδέαν εἶναι ἐλευθέριον καὶ μέγαν, χάριν τε πλείστην καὶ κόσμον ἐπί τε τῆς φωνῆς καὶ τοῦ ἤθους καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἔχειν.*

Qua ratione e vita decesserit frg. 32 Diog. VIII, 40: *φησὶ δὲ Δικαίαρχος τὸν Πυθαγόραν ἀποθανεῖν καταφυγόντα εἰς τὸ ἐν Μεταποντίῳ ἱερὸν τῶν Μουσῶν, τετταράκοντα ἡμέρας ἀσιτήσαντα*, quod Hermippi praecipue proprium esse videbimus.

Fabellae tres frg. 30 narratae num certam conclusionem de Dicaearchi animi inclinatione fieri sinant, diiudicare non

[1]) Fragmenta collecta sunt apud Muellerum: F. H. Gr. II, 243—248

audeo. Quod de Aristoxeno e. g. luce clarius est eum libentissime amores commemorare et luxuriam, de Dicaearcho in dubio relinquitur.

Aristoxenus Tarentinus.[1])

Suetonius quanti eum aestimaverit satis testatur in prooemio libri de poetis: *fecerunt hoc idem apud Graecos ..... et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus.* Quo magis dolendum est, quod vitarum nobilissimi musici fragmenta tenuiora sunt, quam ut accurate et distincte, quemadmodum Tranquillus earum rationem habuerit, dispici possit. Hoc vero e reliquiis apparere videtur Aristoxenum in philosophorum vitis id potissimum spectasse, ut doctrinam explicaret, quam quo magis perspicue intellegeretur, fabellis idoneis sententiisque condiit: cf. frg. 2, 6, 7, 8, 9 cum fabula de Damone et Phintia, qua quod de amicitia Pythagorei docuerunt, illustretur, 15, 17—23 *Πυθαγορικαὶ ἀποφάσεις*.

De libidinibus, quibus viri illustres se dederint, quantopere Aristoxenum verba facere iuverit iam monui: cf. frg. 15: in quo Archytas philosophus et Polyarchus de voluptatibus corporeis disputant:

frg. 25 Suid. s. v. *Σωκράτης*: *Ἀριστόξενος δ'Ἀρχελάου πρῶτον αὐτὸν διακοῦσαι λέγει. γεγονέναι δ'αὐτοῦ καὶ παιδικά. σφοδρότατόν τε περὶ τὰ ἀφροδίσια.*

frg. 28: *ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν βίον τὰ μὲν ἄλλα εὔκολον, καὶ μικρᾶς δεόμενον παρασκευῆς εἰς τὰ καθ'ἡμέραν γεγενῆσθαι. πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν σφοδρότερον μὲν εἶναι, ἀδικίαν δὲ μὴ προσεῖναι. ἢ γὰρ ταῖς γαμεταῖς ἢ ταῖς κοιναῖς χρῆσθαι μόναις.* Fortasse huc spectant etiam frg. 27, 29, 30.

Sepulcra bis accurate afferuntur:

frg. 3 Diog. I, 118: *Ἀριστόξενος δ'ἐν τῷ περὶ Πυθαγόρου καὶ τῶν γνωρίμων αὐτοῦ φησὶ νοσήσαντα αὐτὸν (τὸν Φερεκύδη) ὑπὸ Πυθαγόρου ταφῆναι ἐν Δήλῳ.*

frg. 37 Plut. Lycurg. c. 31, 6: *τελευτῆσαι τὸν Λυκοῦργον.... Τίμαιος καὶ Ἀριστόξενος (φασὶν) ἐν Κρήτῃ καταβιώσαντα.*

[1]) Vitarum fragmenta Mueller F. H. G. II, 272—283.

*καὶ τάφον Ἀριστόξενος αὐτοῖ δείκνυσθαί φησιν ὑπὸ Κρητῶν τῆς Περγαμίας περὶ τὴν ξενικὴν ὁδόν.*

Descriptioni morum et indolis num in universum Aristoxenus operam dederit, e fragmento 28, ubi de iis Socratis verba fiunt, non satis efficitur.

Clearchus Solensis.[1])

Clearchi quae supersunt vitarum fragmenta omnia videntur comprobare illum eo potissimum consilio libros suos conscripsisse, ut vim salutarem, quam sobrietatis studium, et perniciosam, quam luxuria aliaeque pravae cupiditates in fortunam cum singulorum hominum tum universorum populorum exerceant, ostenderet ac sic vitae optime instituendae viam monstraret. Quam ob causam non *βίους ἐνδόξων ἀνδρῶν*, sed de diversis vitae generibus Clearchus scripsisse videtur. Quod fragmenta non solum docent, verum etiam Athenaeus, qui saepenumero libros citat *περὶ βίων*, non *βίοι*, unde iure colligitur eos non virorum vitas sed considerationes de diversis vivendi rationibus continuisse:

Athen. XV p. 687 a: *ὥς φησι Κλέαρχος ἐν τρίτῳ περὶ βίων.*
XII p. 515 e: *Κλέαρχος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ περὶ βίων.*
VIII p. 344 c: *Κλέαρχος δὲ ἐν τοῖς περὶ βίων.*
IX p. 396 e: *Κλέαρχος δ' ἐν τοῖς περὶ βίων.*
Etiam apud Zenobium libri citantur *περὶ βίων*.

Veterum luxuriam carpere quantopere scriptores Alexandrinorum aevi iuverit, satis testatur incerti auctoris liber *Ἀρίστιππος περὶ παλαιᾶς τρυφῆς*,[2]) quem Diogenes Laertius IV, 3, 6 commemorat: *καὶ ἐρασθῆναι αὐτοῦ φησιν Ἀρίστιππος ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς.*

Itaque quae in magno vitarum graecarum thesauro inveniuntur fabellae ad luxuriam illustrium virorum et amores pertinentes, quin magna ex parte ad illa peripateticorum scripta redeant, dubitari non potest.[3]) Nonnulla exempla, quae illustrent Clearchi rationem, sufficiant:

---

[1]) Vitarum fragmenta Mueller II, 303—310.

[2]) cf. Wilamowitz, Antig. v. Karystos p. 47 sqq.

[3]) Wilamowitz: Antigonus v. Karystos p. 48 sqq. p. 53: „dieser Aristipp ist ein rechter Bruder des Hermippus und die *τρυφή* anderer

frg. 4: οὕτω δὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὰ τῆς τρυφῆς καὶ τῆς πολυτελείας ἤσκεῖτο, ὡς καὶ Παρράσιον τὸν ζωγράφον πορφύραν ἀμπέχεσθαι, χρυσοῦν στέφανον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα, ὡς ἱστορεῖ Κλέαρχος ἐν τοῖς Βίοις.

frg. 5: Κλέαρχος δ' ὁ Σολεὺς ἐν τετάρτῳ βίων προειπὼν περὶ τῆς Μήδων τρυφῆς, καὶ ὅτι διὰ ταύτην πολλοὺς εὐνουχίσαιεν τῶν περικτιόνων, ἐπιφέρει . . .

frg. 6: Κλέαρχος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ περὶβίων. Λυδοὶ (φησί) διὰ τρυφὴν παραδείσους κατασκευασάμενοι, καὶ κηπαίους αὐτοὺς ποιήσαντες ἐσκιατροφοῦντο, τρυφερώτερον ἡγησάμενοι τὸ μηδ' αὐτοῖς ὅλως ἐπιπίπτειν τὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς.

frg. 9: Ταραντίνους δέ φησι Κλέαρχος ἐν τετάρτῳ βίων, ἀλκὴν καὶ δύναμιν κτησαμένους, εἰς τοσοῦτον τρυφῆς προελθεῖν, ὥστε τὸν ὅλον χρῶτα παραλεαίνεσθαι, καὶ τῆς ψιλώσεως ταύτης τοῖς λοιποῖς κατάρξαι.

### Antigonus Carystius.[1]

Antigono Carystio non philosophorum doctrinae curae fuerunt neque exteriorum vitae condicionum enarrationi ita magnam operam dedit.[2] Naturam vero et indolem et mores virorum, praeceptores et exempla, quae ante alios secuti sint,[3] quin memoriae summa cum diligentia traderet, non praetermisit. Quam ob causam, quod aequalis fuit omnium virorum, quorum vitas descripsit, quod nihil fere alicuius ponderis enarravit nisi quod ipse compertum habebat, quod ipse viderat, permagna sane fide dignus est. Itaque, quamquam ne apud Antigonum quidem fabellae desunt narrationi immixtae,[4] condicio eius plane alia est ac reliquorum peripateticorum neque habemus, cur memoriae Carystii in universum diffidamus.

---

παλαιοί, der grossen Staatsmänner u. Dichter verarbeiteten von Geistesverwandten eben damals der Peripatetitter Hieronymus u. der Epikureer Idomeneus.“

[1]) Wilamowitz: Antigonus von Karystos, qui Antigoni fragmenta composuit atque illustravit.

[2]) Wilamowitz: l. c. p. 33.

[3]) cf. e. g. Wilam. p. 72, 97.

[4]) cf. Wilamowitz: l. c. p. 34.

Apud Wilamowitzium[1]) legimus: „auch das ist von Belang zu wissen, wer den Antigonus nicht gelesen hat, wie z. B. die Römer und Plutarch“, quod equidem non temere crediderim. Suetonius enim non solum Antigonum commemorat, verum etiam res ipsae huic opinioni plane repugnant, quae, quantopere biographus nihilo secius communi peripateticorum studio obtemperaverit et amori, ostendunt.

Nam luxuriae et amorum[2]) compluribus locis mentionem facit:

Wil. p. 63 Diog. Laert. IV, 17: *φυγεῖν δὲ τὸν Πολέμωνα καὶ δίκην κακώσεως ὑπὸ τῆς γυναικός, ὡς μειρακίοις συνόντα. νέος δ᾽ὢν ἀκόλαστός τε καὶ διακεχυμένος ἦν οὕτως, ὥστε καὶ περιφέρειν ἀργύριον πρὸς τὰς ἑτοίμους λύσεις τῶν ἐπιθυμιῶν. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς στενωποῖς διέκρυπτεν. καὶ ἐν Ἀκαδημείᾳ πρὸς κίονί τινι τριώβολον εὑρέθη προσπεπλασμένον αὐτοῦ διὰ τὴν ὁμοίαν τῇ προειρημένῃ πρόφασιν.*

p. 84 Athen. XII p. 547 d: *καὶ Λύκων δὲ ὁ περιπατητικός, ὥς φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος, κατ᾽ ἀρχὰς ἐπιδημήσας παιδείας ἕνεκα ταῖς Ἀθήναις περὶ συμβολικοῦ κώθωνος καὶ πόσον ἑκάστη τῶν ἑταιρουσῶν ἐπράττετο μίσθωμα ἀκριβῶς ἠπίστατο.*

p. 117 Diog. VII, 13: *Ζήνων: παιδαρίοις δ᾽ἐχρῆτο σπανίως, καὶ ἅπαξ ἢ δίς που παιδισκαρίῳ τινί, ἵνα μὴ δοκοίη μισογύνης εἶναι.*

Athen. XIII p. 607 c: *φησὶ γὰρ Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ Ζήνωνος γράφων ὧδε. Ζήνων ὁ Κιτιεὺς Περσαίου παρὰ πότῳ αὐλητρίδιον πριαμένου διοκνοῦντος εἰσαγαγεῖν πρὸς αὐτὸν διὰ τὸ τὴν αὐτὴν οἰκεῖν οἰκίαν συναισθόμενος συνείλκυσε τὴν παιδίσκην καὶ συγκατέκλεισε τῷ Περσαίῳ.*

praetera cf. Wil. p. 42 Diog. Laert. IX, 110; Diog. II, 139; Diog. VII, 18 (Wil. 119).

p. 126 Athen. X, 537 c: *Ἀντίγονος δὲ ο Καρύστιος ...... φησὶ τὸν Διονύσιον τοῖς οἰκέταις συνεορτάζοντα ἐν τῇ τῶν*

[1]) cf. Wilamowitz: l. c. p. 128.

[2]) cf. quod de Clearcho disputavi.

*Χοῶν ἑορτῇ καὶ μὴ δυνάμενον διὰ γῆρας χρῆσθαι ᾗ παρειλήφεσαν ἑταίρᾳ ὑποστρέψαντα εἰπεῖν πρὸς τοὺς συνδειπνοῦντας· οὐ δύναμαι τανύσαι, λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος.*

Naturae et morum et indolis, quamquam Antigonus maxime in eo versatus est, ut imaginem quam potuit accuratissimam memoriae traderet, nonnulla exempla haud inutile esse puto exarare.

Wil. p. 66: *Πολέμων .... ἀρξάμενος ἀπὸ τριάκοντα ἐτῶν ὑδροπότησε μέχρι θανάτου, ὡς ἔφη Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος.*

p. 74: *Ἀρκεσιλάος: ἦν δὲ καὶ εὑρεσιλογώτατος ἀπαντῆσαι εὐστόχως καὶ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀνενεγκεῖν τὴν περίοδον τῶν λόγων καὶ ἅπαντι συναρμόσασθαι καιρῷ. πειστικός τε ὑπὲρ πάνθ' ὁντινοῦν. παρὸ καὶ πλείους πρὸς αὐτὸν ἀπήντων εἰς τὴν σχολὴν καίπερ ὑπ' ὀξύτητος αὐτοῦ ἐπιπληττόμενοι. ἀλλ' ἔφερον ἡδέως. καὶ γὰρ ἦν ἀγαθὸς σφόδρα καὶ ἐλπίδων ὑποπιμπλὰς τοὺς ἀκούοντας ....... ἔν τε τῷ βίῳ κοινωνικώτατος ἐγένετο καὶ εὐεργετῆσαι πρόχειρος ἦν καὶ λαθεῖν τὴν χάριν ἀτυφότατος.*

p. 75 de eodem: *ἐλευθέριός τε ὢν καὶ ἀφιλαργυρώτατος εἰς τὰς ἀργυρικὰς δείξεις ἀπήντα πρῶτος καὶ ἐπὶ τὴν Ἀρχεκράτους καὶ Καλλικράτους τὰς χρυσαίας παντὸς ἔσπευδε μᾶλλον. συχνοῖς τ' ἐπήρκει καὶ συνηράνιζε.*

De habitu corporis et facie:

p. 85 Diog. V, 67: *Λύκων: ἀλλὰ καὶ γυμναστικώτατος ἐγένετο καὶ εὐέκτης τὸ σῶμα τήν τε πᾶσαν σχέσιν ἀθλητικὴν ἐπιφαίνων, ὠτοθλαδίας καὶ ἐμπινὴς ὤν, καθά φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος. διὰ τοῦτο δὲ καὶ παλαῖσαι λέγεται τά τ' ἐν τῇ πατρίδι Ἰλίεια καὶ σφαιρίσαι.*

p. 97 Diog. II, 132: *Μενέδημος: κατά τε τὴν ἕξιν την σωματικὴν ἤδη καὶ πρεσβύτης ὑπάρχων οὐδὲν ἧττον ἀθλητοῦ στερεός τε καὶ ἐπικεκαυμένος τὸ εἶδος, πίων τε καὶ τετριμμένος. τὸ δὲ μέγεθος σύμμετρος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ εἰκονίου τοῦ ἐν Ἐρετρίᾳ ἐν τῷ ἀρχαίῳ σταδίῳ. ἔστι γὰρ ὡς ἐπίτηδες παράγυμνον, τὰ πλεῖστα μέρη φαῖνον τοῦ σώματος.*

Officia et negotia, quibus ante studium et munus peculiare viri illustres operam dederint, nonnumquam commemorantur:

p. 35 Diog. IX, 62: *Ἀντίγονος δέ φησιν ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ Πύῤῥωνος τάδε περὶ αὐτοῦ, ὅτι τὴν ἀρχὴν ἄδοξός τ' ἦν καὶ πένης καὶ ζωγράφος. σώζεσθαί τ' αὐτοῦ ἐν Ἤλιδι ἐν τῷ γυμνασίῳ λαμπαδιστὰς μετρίως ἔχοντας.*

p. 95 Diog. II, 125: *οἱ δὲ καὶ σκηνογράφον αὐτὸν εἶναί φασι καὶ μαθεῖν ἑκάτερα τὸν Μενέδημον.* Diog. IV, 29; VII, 13; VII, 167; IX, 109; Athen. XII p. 547 d.

Haud raro etiam domicilia ac sedes, quibus officii partes impleverint:

p. 65, 15 Diog. IV, 19: *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκπεπατηκὼς ἦν διατρίβων ἐν τῷ κήπῳ, παρ' ὃν οἱ μαθηταὶ μικρὰ καλύβια ποιησάμενοι κατῴκουν πλησίον τοῦ μουσείου καὶ τῆς ἐξέδρας.*

p. 67 Diog. IV, 22: *συσσίτιον δέ φησιν αὐτῷ ὁ Ἀντίγονος εἶναι παρὰ Κράντορι, ὁμονόως συμβιούντων τούτων τε καὶ Ἀρκεσιλάου. τὴν δὲ οἴκησιν Ἀρκεσίλαον μὲν ἔχειν μετὰ Κράντορος, Πολέμωνα δὲ σὺν Κράτητι μετὰ Λυσικλέους τινὸς τῶν πολιτῶν.*

p. 75 Diog. IV, 39: *τὸ πᾶν δὲ διέτριβεν ἐν τῇ Ἀκαδημείᾳ τὸν πολιτισμὸν ἐκτοπίζων.*

Hermippi frg. 64 Athen. VIII p. 342 c: *καὶ ὁ Ἕρμιππος δέ φησιν ἐν τρίτῳ περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν, ἑωθινὸν τὸν Ὑπερείδην ποιεῖσθαι νῦν τοὺς περιπάτους ἐν τοῖς Ἰχθύσιν.*

Pretia ac census ad assem paene afferuntur:

p. 100 Diog. II, 140: *Μενέδημος: καὶ τῆς πόλεως διακόσια τάλαντα τελούσης πρὸς ἔτος αὐτῷ, τὰ πεντήκοντα ἀφεῖλε.*

p. 116 Diog. VII, 13: *φασὶ δ' αὐτὸν ὑπὲρ τὰ χίλια τάλαντα ἔχοντα (Ζήνωνα) ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ ταῦτα δανείζειν ναυτικῶς.*

p. 68 Diog. IV, 25: *Κράντωρ: λέγεται δὲ καὶ τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν Ἀρκεσιλάῳ, ταλάντων οὖσαν δυοκαίδεκα.* cf. etiam p. 84.

Satyri fragm. 16 Diog. III, 9: *λέγουσι δέ τινες (ὧν ἐστι καὶ Σάτυρος) ὅτι Δίωνι ἐπέστειλεν εἰς Σικελίαν, ὠνήσασθαι τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάου μνῶν ἑκατόν.*

Apud Diogenem Laertium non ita pauca illustrium virorum testamenta ad verbum excripta sunt, quae ad Aristonem sive

Chium sive Ceum magna exparte redire probabiliter Wilamowitz[1]) et Susemihl[2]) suspicantur:

cf. Diog. Laert. V, 64: *τοῦ δ' οὖν φυσικοῦ φέρονται καὶ διαθῆκαι τοῦτον ἔχουσαι τὸν τρόπον. τάδε διατίθεμαι ἐάν τι πάσχω* (sequitur testamentum) .... *καὶ αἵδε μέν εἰσιν αἱ φερόμεναι αὐτοῦ διαθῆκαι, καθά που συνήγαγε καὶ Ἀρίστων ὁ Χῖος.*

Praeterea dempto auctore testamenta citantur e. g. Diog. III, 41; V, 11, 51, 61, 69; X, 16.[3]) Quam consuetudinem Antigonus Carystius videtur secutus esse, siquidem Diog. Laert. IV, 43 (Wil. p. 76) legimus: *περιὼν δὲ οὔτε γύναιον ἐπηγάγετο οὔτ' ἐπαιδοποιήσατο. τρεῖς τε διαθήκας ποιησάμενος ἔθετο τὴν μὲν ἐν Ἐρετρίᾳ παρὰ Ἀμφίκριτον, τὴν δ' Ἀθήνησι παρά τινας τῶν φίλων, τὴν δὲ τρίτην ἀπέστειλεν εἰς οἶκον πρὸς Θαυμασίαν ἕνα τινὰ τῶν ἀναγκαίων ἀξιώσας διατηρῆσαι* e. q. s.

cf. Hermippi frg. 42 Athen. XIII p. 589 c.

### Hermippus Callimachius.[4])

Hermippi vitarum quae supersunt reliquiae de proprietatibus scribendi principalibus satis accurate nos edocent. Nempe cum in libro suo celeberrimo *Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν* Callimachus librorum indices composuerit, temporum praecipue rationem habuerit, cuius vestigia Hermippum pressisse consentaneum est, eiusdem generis adnotationes apud discipulum non desideratum iri iure exspectabimus. Neque desunt in fragmentis vestigia, quae exspectationem nostram non destitutam esse confirmant.

frg. 20: *Εὔδοξος ὁ Κνίδιος: γράψας τοῖς ἰδίοις πολίταις νόμους, ὥς φησιν Ἕρμιππος ἐν τετάρτῃ περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, καὶ ἀστρολογούμενα καὶ γεωμετρούμενα καὶ ἕτερ' ἄττα ἀξιόλογα.*

---

[1]) Wilamowitz: Antigonus p. 78.

[2]) Susemihl: Geschichte der griech. Litteratur in der Alexandrinerzeit I p. 152.

[3]) Wilamowitz: l. c. p. 267/68.

[4]) Vitarum fragmenta apud Muellerum III, p. 35—54.

frg. 42: *Παιὰν δ' ἐστὶ καὶ ὁ εἰς Κράτερον τὸν Μακεδόνα γραφείς, ὃν ἐτεκτήνατο Ἀλεξῖνος ὁ διαλεκτικός, ὥς φησιν Ἕρμιππος ὁ Καλλιμάχειος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ἀριστοτέλους.*

frg. 45: *ἀλλὰ καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου καὶ Ἰσοκράτην φησὶ Τρύλλου ἐγκώμιον γεγραφέναι.*

frg. 56: *ἔγραψε δ' ὁ Ἰσοκράτης τὸν λόγον γέρων ὤν, μικρὸν πρὸ τῆς ἑαυτοῦ καὶ Φιλίππου τελευτῆς, ὥς φησιν Ἕρμιππος.*[1])

Summa vero Hermippi proprietas eo continetur, quod eum diversissima sive morborum sive casuum sive corporis vitiorum genera, quae mortis causae fuisse dicuntur, adnotare iuvat.[2])

frg. 14: *Χείλων· ἐτελεύτησε δ', ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἐν Πίσῃ, τὸν υἱὸν Ὀλυμπιονίκην ἀσπασάμενος πυγμῆς. ἔπαθε δὲ τοῦτο ὑπερβολῇ τε χαρᾶς καὶ ἀσθενείᾳ πολυετίας.*

frg. 28: *Ἕρμιππος δέ φησι λέγειν αὐτὸν (Ἡράκλειτον) τοῖς ἰατροῖς εἴ τις δύναται τὰ ἔντερα πιέσας τὸ ὑγρὸν ἐξερᾶσαι. ἀπειπόντων δέ, θεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν ἥλιον καὶ κελεύειν τοὺς παῖδας βολίτοις καταπλάττειν. οὕτω δὴ κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι.*

frg. 29: *τελευτῆσαι δὲ τὸν Δημόκριτόν φησιν Ἕρμιππος τοῦτον τὸν τρόπον.*

frg. 31: *Ἕρμιππος δ' ἐν τοῖς Βίοις φησὶν ὅτι καθείρχθη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τεθνηξόμενος. Περικλῆς δὲ παρελθὼν εἶπεν .... καὶ ἀφείθη. οὐκ ἐνεγκὼν δὲ τὴν ὕβριν ἑαυτὸν ἐξήγαγεν.*

frg. 33: *Πλάτων· τελευτᾷ δ', ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἐν γάμοις δειπνῶν.*

---

[1]) Wilamowitz: l. c. p. 78: „von dem Ursprung der vier Peripatetikerviten, welche dem Aristoteles folgen, habe ich keine Vorstellung. Das wissen wir ja wohl, dass die Schriftenkataloge hier auf Hermippus zurückgehen, und dass demgemäss diesem wohl grössere Bedeutung als sonst beizumessen ist."

[2]) Wilamowitz: l. c. p. 47: „für die gröbste Lüge, des Arkesilaos delirium tremens, ist Hermippus citiert: ihm auch des Polemon Schwindsucht, des Krantor Wassersucht, des Lykon Podagra zuzuweisen ist jedenfalls das sicherste, obwohl dies alles an sich allerdings auch passiert sein könnte."

cf. etiam Wilamowitz: ad Ernestum Maassium epistula p. 159: Philol. Untersuchungen I 1880.

frg. 34: ἐτελεύτησε δὲ (Ἀρκεσίλας), ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἄκρατον ἐμφορηθεὶς πολὺν καὶ παρακόψας.

frg. 35: ἔπειτα μέντοι νηχόμενον (Ἀλεξῖνον) ἐν τῷ Ἀλφειῷ νυχθῆναι καλάμῳ καὶ οὕτω τελευτῆσαι.

frg. 36: Μενέδημος: ἐντεῦθεν ἀθυμήσας λαθραίως παρεισδὺς εἰς τὴν πατρίδα καὶ τήν τε γυναῖκα καὶ τὰς θυγατέρας παραλαβών, πρὸς Ἀντίγονον ἐλθὼν ἀθυμίᾳ τὸν βίον κατέστρεψε.

frg. 37: Στίλπων: γηραιὸν δὲ τελευτῆσαί φησιν Ἕρμιππος, οἶνον προσενεγκάμενον ὅπως θᾶττον ἀποθάνῃ.

frg. 39: Μένιππος: τέλος δ' ἐπιβουλευθέντα πάντων στερηθῆναι καὶ ὑπ' ἀθυμίας βρόχῳ τὸν βίον μεταλλάξαι.

frg. 40: τελευτῆσαι δ' αὐτὸν λίθῳ τῶν οὔρων ἐπισχεθέντων, ὥς φησι καὶ Ἕρμαρχος ἐν Ἐπιστολαῖς, ἡμέρας νοσήσαντα τεσσαρεσκαίδεκα. Ὅ τε καί φησιν Ἕρμιππος ἐμβάντα αὐτὸν εἰς πύελον χαλκῆν κεκραμένην ὕδατι θερμῷ καὶ αἰτήσαντα ἄκρατον ῥοφῆσαι, τοῖς τε φίλοις παραγγείλαντα τῶν δογμάτων μεμνῆσθαι, οὕτω τελευτῆσαι.

frg. 48: αὐτίκα γὰρ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανούμενος ὁ Ἡρακλείδης ἀπόπληκτος ἐγένετο, οἵ τε θεωροὶ καταλευσθέντες διεφθάρησαν· ἀλλὰ καὶ ἡ Πυθία τὴν αὐτὴν ὥραν κατιοῦσα εἰς τὸ ἄδυτον καὶ ἐπιστᾶσα ἑνὶ τῶν δρακόντων δηχθεῖσα παραχρῆμα ἀπέπνευσε.

frg. 50: καί πως ὑπνώττων ὑπ' ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς τὸν βίον μεθῆκε.

frg. 51: ἔνθα προσενεγκάμενον γλυκὺν ἄκρατον καὶ ἰλιγγιάσαντα πεμπταῖον ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων.

cf. praeterea frg. 19, 62, 65.

Luxuriae et amorum Hermippus quoque saepius mentionem facit:

frg. 42 de Aristotelis consuetudine, quam habuerit cum Herpyllide meretrice.

frg. 47: Λύκων: ἦν δὲ καὶ καθαρώτατος τὴν στολήν, ὡς ἀνυπερβλήτῳ χρῆσθαι μαλακότητι ἱματίων, καθά φησιν Ἕρμιππος.

frg. 55: Ἕρμιππος δ' ἐν τῷ περὶ Ἰσοκράτους προβαίνοντά φησι τῇ ἡλικίᾳ τὸν Ἰσοκράτη ἀναλαβεῖν Λαγίσκαν τὴν ἑταίραν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐξ ἧς καὶ γενέσθαι αὐτῷ θυγάτριον.

frg. 59: *Δημοσθένης . . . . ὡς Ἕρμιππος ἱστορεῖ, καὶ τὰς ηδονὰς ἀκόλαστος, ὡς καὶ τοῦτό φησιν ο αὐτός.*

Doctrinae atque quae cum ea artissime cohaeret, vivendi rationis imaginem satis accuratam Hermippus in philosophorum vitis protulit, quod apparet non solum e fragmentis huc potissimum spectantibus: 12, 13, 18, 21, 22 a, 24, 26, 27, 39, 43, 64, verum etiam e luxuriae, amorum, mortis causarum mentionibus supra exaratis.

Narratiunculae et fabellae ad illustrandum illustrium virorum mores, naturam, rationem vivendi, habitum prolatae, cum nihil fere proprii prae se ferant quippe quae omnibus aliis in vitis peripateticorum ut ita dicam innumerabiles inveniantur, vix commemorari debent.

Pretia et mercedes:

frg. 25: *Φιλόλαος: γέγραφε δὲ βιβλίον ἕν, ὅν φησιν Ἕρμιππος . . . . . Πλάτωνα . . . . ὠνήσασθαι παρὰ τῶν συγγενῶν τοῦ Φιλολάου ἀργυρίου Ἀλεξανδρινῶν μνῶν τετταράκοντα.*

frg. 73 b: *λέγει δὲ καὶ Ἕρμιππος Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Εὐριπίδου τάλαντον τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ πέμψαντα λαβεῖν τὸ ψαλτήριον καὶ τὴν δέλτον καὶ τὸ γραφεῖον.*

Sepulcra:

frg. 28: *Ἡράκλειτος: οὕτω δὴ κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ.*

frg. 50: *καὶ θάπτεται — Δημήτριος ὁ Φαληρεύς — ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ πλησίον Διοσπόλεως.*

Cognomina, ea praecipue, quae ludificationem quandam contineant, quaecumque in peripateticorum vitis mihi occurrerunt, hoc loco omnia composui, quo melius ratio eorum perspiciatur.

frg. 73 a: *Ἕρμιππος ἐν τῷ ε΄ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν ἰατρῶν . . . . ὅτι καὶ ὀξυτόνως λέγεται κυρτός ὡς φοξός διά σωματικὴν ἀσθένειαν, βαρυτόνως δέ ὥς ἵππος πύργος, ἐπεὶ ἐκ μεσογείου πόλεως τῆς Αἰγύπτου λεγομένης Κύρτου ὑπῆρχεν, ἢ ὥς φασί τινες, διὰ τὸ ἁλίσκεσθαι τοὺς ἀντιλέγοντας ὑπ᾽ αὐτοῦ ὥσπερ τοὺς ἰχθῦς ὑπὸ τῶν ἁλιευτικῶν κύρτων: Διονύσιος.*

frg. 73b: διὸ καὶ ξενοφιλώτατον κεκλῆσθαί φησι (ὁ Ἕρμιππος) διὰ τὸ μάλιστα ὑπὸ ξένων φιλεῖσθαι. ὑπὸ γὰρ Ἀθηναίων ἐφθονεῖτο: Εὐριπίδης.

ex Antigoni Carystii fragmentis:

Wilam. p. 83: Λύκων: τοῦτο δὲ ὅτι ἐν μὲν τῷ λέγειν γλυκύτατος ἦν. παρὸ καί τινες τὸ γάμμα αὐτοῦ τῷ ὀνόματι προσετίθεσαν.

p. 100: Μενέδημος: τὰ μὲν οὖν πρῶτα κατεφρονεῖτο, κύων καὶ λῆρος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων ἀκούων.

p. 119: ὅθεν αὐτὸν καὶ λάλον ἀπεκάλει, βραχυλόγος ἄν.

## Satyrus.[1])

De Satyro peripatetico quae scimns, mihi sufficere non videntur, ut hnius scriptoris imaginem certis saltem lineamentis deformemns. Nonnulla tamen e reliquiis apparent. Satyrus non minus quam alii ad nnum omnes peripatetici lnxnriae veterum describendae operam dedisse videtur permagnam, licet dno tantum fragmenta istins usus testimonia sint:

frg. 2: περὶ δὲ τῆς Διονυσίου τοῦ νεωτέρου Σικελίας τυράννου τρυφῆς Σάτυρος ὁ περιπατητικὸς ἱστορῶν ἐν τοῖς Βίοις, πληροῦσθαί φησι παῤ αὐτῷ τριακονταχλίνους οἴκους ὑπὸ τῶν εὐωχουμένων.

frg. 12: ἦν δ' ὁ Παυσανίας, ὥς φησιν Ἀρίστιππος[2]) καὶ Σάτυρος, ἐρώμενος αὐτοῦ.

Hermippi Callimachii aequalem fuisse Satyrum duae mortis causarum mentiones testantur:

frg. 6: Σάτυρος δέ φησι τὴν Ἀντιγόνην ἀναγιγνώσκοντα καὶ ἐμπεσόντα περὶ τὰ τέλη νοήματι μακρῷ καὶ μέσην ἢ ὑποστιγμὴν πρὸς ἀνάπαυσιν μὴ ἔχοντι, ἄγαν ἀποτείναντα τὴν φωνὴν σὺν τῇ φωνῇ καὶ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι.

frg. 7: Δημοσθένης: Σάτυρος δὲ ὁ συγγραφεύς, τὸν κάλαμον πεφαρμάχθαι, ᾧ γράφειν ἤρξατο τὴν ἐπιστολήν, οὗ γευσάμενον ἀποθανεῖν.

Libenter in eo versatus videtur esse, ut victum illustrium virorum et habitum distincte describeret: cf. frg. 1, 2, 3, 5.

---

[1]) Fragmenta apud Muellerum III, p. 160—164.

[2]) cf. supra p. 81.

Ad peripateticorum scribendi rationem viamque illustrandam hoc habui quae conferrem. Nam ex aliorum, qui praeter illos illustrium virorum vitas conscripsisse dicuntur, Heraclidis Pontici, Chamaeleontis, Hieronymi Rhodii, Phaniae reliquiis nihil fere alicuius momenti effici potest.

Primo obtutu apparet, si Suetonianae rationis proprietates in mentem nobis revocamus, vitarum scriptorem Latinum ad easdem fere compositionis species animum convertisse quas apud peripateticos in usu fuisse vidimus. Si nonnulla Suetonii propria praeterea occurrunt, quorum exempla ut patefierent in peripateticorum fragmentis non contigit, haec iactura non tanta est, quanta videatur esse. Nempe ut iam supra monui, optimo iure recentium quoque vitarum, quoniam e veteribus conglutinatae sunt, rationem habere licet.

Peripatetici scriptores et Suetonius, quo magis perspicue eluceat, quantam inter se habuerint necessitudinem, Tranquilli proprietatibus compositis ordinatim quod supra explanavi et in memoriam revocabo et exemplis e recentibus vitis maxime idoneis supplebo:

I: Cognomina:

cf. exempla, quae primo capite p. 24 II exaravi, praeterea enumerentur:

Reiff. p. 36: *a quo (Accio) et fundus Accianus iuxta Pisaurum dicitur, quia illuc inter colonos fuerat ex urbe deductus.*

p. 41: *Cornificius poeta a militibus desertus interiit, quos saepe fugientes galeatos lepores appellarat.*

p. 55, 11: *quae arbor Vergilii ex eo dicta.*

quibuscum cf. exempla, quae p. 89 composui; praeterea mihi idonea visa sunt, quae afferantur:

Diog. Laert. II, 109: *Ἀλεξῖνος ... ἀνὴρ φιλονεικότατος. διὸ καὶ Ἐλεγξῖνος ἐπεκλήθη*: paulo inferius Hermippi testimonium profertur, quem libenter cognomina commemorasse vidimus, ut suspicio suboriatur hoc etiam Hermippo deberi.

II, 66: *ὅθεν καὶ Διογένης βασιλικὸν κύνα ἔλεγεν αὐτόν.*

V, 86: *οὗτος ἐσθῆτί τε μαλακῇ ἐχρῆτο καὶ ὑπέρογκος ἦν τὸ σῶμα, ὥστ' αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν μὴ Ποντικὸν ἀλλὰ Πομπικὸν καλεῖσθαι.*

VI, 13: αὐτός τ' ἐπεκαλεῖτο Ἀπλοκύων.

VI, 86: ἐκαλεῖτο δὲ (Κράτης) καὶ θυρεπανοίκτης διὰ τὸ εἰς πᾶσαν εἰσιέναι οἰκίαν καὶ νουθετεῖν.

Westermann p. 235: εἰς τοσοῦτον προῆλθε δεινότητος (Ἀντιφῶν), ὥστε Νέστωρ ἐπεκαλεῖτο διὰ τὴν ἐν τῷ λέγειν ἡδονήν.

p. 277: ἐπεκαλεῖτο δ' ὁ Λυκοῦργος Ἶβις.

cf. praeterea: Diog. Laert. II, 57; III, 4; IV, 18; V, 76; VII, 168; IX, 60; X, 8:

Westermann: p. 27, 104, 110, 113, 114, 132, 153, 167, 185, 328, 329, 339, 340, 342, 377, 379.

Quae omnia, quamquam unumquodque ab Hermippo ceterisque peripateticis originem trahere non temere contendam, Hermippi tamen usui simillima ideoque iure ad illustrandam Suetonii consuetudinem exarata esse nemo negabit.

II: Manumissionum descriptiones:

quae quidem in Hermippi aliorumque peripateticorum vitis nobis — casu videlicet — non occurrerunt, nihilo minus cum memoria eorum videntur cohaerere, siquidem de Phaedone, Platonis aequali, eodem modo, quem Suetonii proprium esse videmus, verba fiunt. Verum enimvero hoc pro certo stat, Tranquillum si non a peripateticis, attamen a Graecis vitarum scriptoribus hunc usum mutuatum esse:

exempla e Suetonio p. 25 III: porro:

p. 23: *Livius .... qui ob ingenii meritum a Livio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est.*

quibuscum comparentur:

Diog. Laert. IV, 46: ex epistula Bionis: ἔπειτα ὁ πατὴρ παρατελωνησάμενός τι πανοίκιος ἐπράθη μεθ' ἡμῶν. καί με ἀγοράζει τις ῥήτωρ νεώτερον ὄντα καὶ εὔχαριν. ὃς καὶ ἀποθνήσκων κατέλιπέ μοι πάντα.

Westermann p. 110: Παρθένιος: οὗτος ἐλήφθη ὑπὸ Κίννα λάφυρον, ὅτε Μιθριδάτην Ῥωμαῖοι κατεπολέμησαν. εἶτα ἠφείθη διὰ τὴν παίδευσιν.

p. 265: Αἰσχίνης: γεγονέναι δὲ τὸ κατ' ἀρχὰς δοῦλον καὶ πέδας ἔχοντα διδάσκειν γράμματα πρὸς τῷ Θησείῳ καὶ τῷ τοῦ Ἰατροῦ ἡρῴῳ, εἶτα ὕστερον εἰς τὴν πολιτείαν ἐγγραφῆναι διὰ κακουργίας.

p. 359. Ἀλέξανδρος ὁ Μιλήσιος, ὃς Πολύϊστωρ ἐπεκλήθη καὶ Κορνήλιος, διότι Κορνηλίῳ Λεντούλῳ αἰχμαλωτισθεὶς ἐπράθη καὶ αὐτῷ παιδαγωγὸς ἐγένετο (cf.: *cuius liberos erudiebat*), εἶτ' ἠλευθερώθη.

p. 414: ὃν εὐφυᾶ (τὸν Διαγόραν) θεασάμενος Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης ὠνήσατο αὐτὸν δοῦλον ὄντα μυρίων δραχμῶν καὶ μαθητὴν ἐποιήσατο.

p. 445: Φαίδων: τοῦτον συνέβη πρῶτον αἰχμάλωτον ὑπὸ Ἰνδῶν ληφθῆναι, εἶτα πραθεὶς πορνοβοσκῷ τινι προέστη ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἑταίρησιν ἐν Ἀθήναις. ἐντυχὼν δὲ Σωκράτει ..... αἰτεῖ λύσασθαι. ὁ δὲ πείθει Ἀλκιβιάδην πρίασθαι αὐτόν.

eandem fabellam Diogenes narrat II, 31.

praeterea cf. West. p. 116, 356, 367, 379.

III: Officia et negotia, quibus ante studium peculiare viri illustres operam dederunt:

cf. exempla e Suetonio p. 26 IV, quibus cum comparentur quae ex Antigoni Carystii reliquiis p. 84/5 exaravi. Praeter illa huc spectant:

Diog. III, 5: εἰσὶ δ' οἵ καὶ παλαῖσαί φασιν αὐτὸν Ἰσθμοῖ, καθὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων. λέγεται δ' ὅτι καὶ γραφικῆς ἐπεμελήθη καὶ ποιήματα ἔγραψε.

VII, 5: ἔνιοι δέ, διαθέμενον Ἀθήνησι τὰ φορτία, οὕτω τραπῆναι πρὸς φιλοσοφίαν.

VII, 168: οὗτος πρῶτον ἦν πύκτης (cf.: *pugilem olim fuisse* Reiff. p. 116, 18), ὥς φησιν Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς.

VII, 179: οὗτος πρότερον μὲν δόλιχον ἤσκει, ἔπειτ' ἀκούσας Ζήνωνος ἢ Κλεάνθους, ὡς Διοκλῆς καὶ οἱ πλείους .....

IX, 61: ὥς φησι δ' Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, πρότερον ἦν ζωγράφος: Πύρρων.

cf. praeterea Westermann p. 83, 88, 133, 134, 166, 220, 333, 352, 357, 440.

IV: Corpus et statura, mores et animi virtutes:

cf. p. 28 VII: porro:

p. 56, 1: *corpore et statura fuit grandis, aquilo colore, facie rusticana, valetudine varia.*

p. 57, 7: *cetera sane vitae et ore et animo tam probum constat. . . .*

p. 74, 8: *fuit morum lenissimorum, verecundiae virginalis, formae pulchrae, pietatis erga matrem et sororem et amitam exemplo sufficientis. fuit frugi, pudicus.*

Qua in re Antigonum potissimum Carystium videtur imitatus esse Tranquillus, cf. supra p. 84, praeterea:

Diog. II, 25: *Σωκράτης: αὐτάρκης τε ἦν καὶ σεμνός ..... εὔτακτός τε ἦν τὴν δίαιταν οὕτως, ὥστε πολλάκις Ἀθήνησι λοιμῶν γενομένων μόνος οὐκ ἐνόσησε.*

II, 48: *Ξενοφῶν: αἰδήμων δὲ καὶ εὐειδέστατος εἰς ὑπερβολήν.*

III, 5: *ἰσχνόφωνός τε, φασίν, ἦν, ὡς καὶ Τιμόθεός φησιν ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ βίων.*[1])

V, 1: *οὗτος γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος μαθητῶν, τραυλὸς τὴν φωνήν, ὥς φησι Τιμόθεος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ βίων. ἀλλὰ καὶ ἰσχνοσκελής, φασίν, ἦν καὶ μικρόμματος ἐσθῆτί τ' ἐπισήμῳ χρώμενος καὶ δακτυλίοις καὶ κουρᾷ.*

VII, 1: *τὸν τράχηλον ἐπὶ θάτερα νενευκὼς ἦν, ὥς φησι Τιμόθεος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ βίων. καὶ Ἀπολλώνιος δέ φησιν ὁ Τύριος, ὅτι ἰσχνὸς ἦν, ὑπομήκης, μελάγχρους... παχύκνημός τε καὶ ἀπαγὴς καὶ ἀσθενής.*

cf. praeterea: Diog. I, 72; I, 109; III, 26; IV, 6; IV, 62. Westermann: p. 73, 134, 179, 193, 295, 335, 343, 367.

V: Luxuria et amores:

de Suetonii usu cf. p. 28 VI, porro:

p. 56, 4 et 57, 7: *libidinis in pueros pronior . . . . . cetera sane vitae et ore et animo tam probum constat, ut . . . .*, quocum cf. praecipue fragmentum 28. Aristoxeni:

*ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν βίον τὰ μὲν ἄλλα εὔκολον . . . . . πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν σφοδρότατον μὲν εἶναι.*

Nullo fere alio loco tam perspicue quam in amorum mentionibus apparet, quantopere Suetonius peripateticos vitarum scriptores imitatus sit, siquidem sententia supra scripta nihil

---

[1]) cf. Susemihl: l. c. II p. 29.

nisi graecae istius translatio est. Neque aliter res se habet, si, quod de Horatio traditur:

p. 47, 12: *ad res Venerias intemperantior traditur* conferimus cum:

Westermann p. 179: *Μένανδρος: καὶ περὶ γυναῖκας ἐκμανέστατος.*

p. 252: *Ἰσοκράτης: ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια καταφερής.*

p. 309: *Δημοσθένης: καὶ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀκόλαστος.*

p. 314: *Ὑπερείδης: ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια καταφερής.*

p. 441: *Σωκράτης: σφοδρότατόν τε περὶ τὰ ἀφροδίσια.*

cf. in universum exempla, quae ex Aristoxeno, Clearcho, Antigono, Hermippo, Satyro composui: porro Diog. Laert. IV, 40; Westermann p. 103, 106, 164, 261, 267, 289.

VI: Domicilia et auditoria:

cf. de Suetonio p. 28 VIII, praeterea:

p. 24 (Reiff.): *Ennius .... habitavit in monte Aventino.*

p. 57, 14: *Vergilius .... habuitque domum Romae Esquiliis iuxta hortos Maecenatis, quamquam secessu Campaniae Siciliaeque plurimum uteretur.*

cf. Antigoni Carystii et Hermippi fragmenta, quae huc spectant p. 85, porro:

Diog. Laert. IX, 54: *Πρωταγόρας: ἀνέγνω δ' Ἀθήνησιν ἐν τῇ Εὐριπίδου οἰκίᾳ ἤ, ὥς τινες, ἐν τῇ Μεγακλείδου.* Hanc notam peripateticis deberi apparet.

Westermann p. 355, 356, 367.

VII: Corporis vitia, casus, mortis causae:

cf. p. 30/31 XI. XII de Suetonio: huc accedunt:

Reiff. p. 25: *Ennius .... articulari morbo perit.*

p. 39: *Lucretius .... propria se manu interfecit*; idem p. 42 de Cornelio Gallo.

p. 56, 2: *nam plerumque a stomacho et a faucibus ac dolore capitis laborabat, sanguinem etiam saepe reiecit: Vergilius.*

p. 61, 2: *Augusto ... Atellae reficiendarum faucium causa commoranti.*

p. 62, 19: *dum Megara vicinum oppidum ferventissimo sole cognoscit, languorem nactus est.*

p. 75, 5: *decessit autem vitio stomachi.*

p. 83, 7: *Messalla Corvinus orator biennium quam moreretur ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba con iungeret. et ad extremum ulcere sibi circa sacram spinam nato inedia se confecit.*

p. 84, 7: *morborum taedio in balneo voluntate exanimatus.*

p. 90, 1: *qui postea ex cibi redundantia in cena moritur.*

p. 92, 4: *captus luminibus.*

p. 95, 4: *Seneca .... incisione venarum et veneni haustu perit.*

p. 128, 1: *taedio duplicis quartanae semet ipsum interfecit.*

Corporis vitiorum, casuum, mortis causarum, quod a Suetonio in illustrium virorum vitis tot exempla prolata esse videmus, non ita mirabimur, si biographum librum etiam de vitiis corporalibus peculiarem scripsisse reputabimus, cuius fragmenta apud Reifferscheidium p. 272—273 collecta sunt.

cf. exempla apud Dicaearchum, Satyrum, imprimis vero apud Hermippum Callimachium, qui maxime in eo versatus est, ut eius modi res exararet; porro:

Diog. Laert. I, 38; I, 95; I, 118; II, 143; IV, 3; IV, 14; IV, 21; IV, 27; IV, 61; V, 6; V, 68; VI, 76; VI, 92; VI, 95; VII, 28; VII, 164; VII, 166; VII, 176; VIII, 39; VIII, 67; IX, 4; X, 25.

Westermann: p. 3, 25, 28, 165, 172, 218, 249, 318, 323, 341, 349, 356, 361, 362, 367, 368, 379, 421.

VIII: Sepulcra:

cf. p. 31 XIII de Suetonio; porro:

p. 25: *sepultusque in Scipionis monumento via Appia intra primum ab urbe miliarium: quidam ossa eius Rudiam ex Ianiculo translata adfirmant.*

p. 26: *iuxta Ianiculum sepultus.*

p. 38: *sepultusque via Praenestina ad miliarium secundum.*

p. 49: *iuxta oppidum Tomos sepelitur.*

p. 63, 4: *ossa eius Neapolim translata sunt tumuloque condita, qui est via Puteolana intra lapidem secundum.*

p. 72, 19: *decessit ad octavum miliarium via Appia in praediis suis* (memoria corrupta est.).

p. 92: *sepeliturque Cumis.*

quibuscum comparentur exempla in Aristoxeni, Antigoni Carystii, Hermippi vitarum reliquiis, p. 80, 89. Nonnulla praeterea enotavi, quae, quamquam auctoribus demptis proferuntur, a peripateticis videntur originem trahere:

Diog. Laert. III, 41: *Πλάτων: καὶ ἐτάφη ἐν τῇ Ἀκαδημείᾳ, ἔνθα τὸν πλεῖστον χρόνον διετέλεσε φιλοσοφῶν.*

Westerm. p, 113: *Στησίχορος: αὐτὸν ἐλθεῖν φασιν εἰς Κατάνην κἀκεῖ τελευτῆσαι καὶ ταφῆναι πρὸ τῆς πύλης.*

p. 130: *Σοφοκλῆς: καὶ ἐπὶ τὸν πατρῷον τάφον ἐτέθη τὸν ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ κατὰ τὴν Δεκέλειαν φερούσῃ κείμενον πρὸ τοῦ τείχους ιά σταδίων.* Hoc fortasse Satyrus exhibuit.

p. 189: *πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ὀλόρου καὶ Θουκυδίδου τάφος.*

p. 214: *Ἡρόδοτος: κἀκεῖ τελευτήσας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τέθαπται.*

praeterea cf. p. 51, 73, 135, 163, 250, 358, 451, 458.

Neque quod publica virorum de patria vel civibus bene meritorum funera apud Suetonium duobus locis commemorantur —

p. 37: *L. Lucilius publico funere effertur.*

p. 98, 12: *Passienus Crispus ... funere publico elatus est.* — quin peripateticorum usum secutus sit, mihi dubium videtur esse:

Diog. Laert. V, 41: *Θεόφραστος: καὶ αὐτόν, ὡς ὁ λόγος, Ἀθηναῖοι πανδημεὶ παρέπεμψαν ποσί, τὸν ἄνδρα τιμήσαντες:* paulo inferius Hermippi testimonium affertur, quem de morte praecipue virorum iisque, quae artissime cum ea cohaerent, rebus verba fecisse scimus.

Westermann p. 120: *Αἰσχύλος: ἀποθανόντα δὲ Γελῷοι πολυτελῶς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι θάψαντες ἐτίμησαν μεγαλοπρεπῶς.*

p. 259: *Ἰσοκράτης: τελευτήσαντος θαυμάσαντες αὐτοῦ οἱ Ἀθηναῖοι ἣν εἶχε πρὸς τὴν πόλιν εὔνοιαν δημοσίᾳ φιλοτίμως ἔθαψαν.*

p. 274: *Λυκοῦργος: ἐτάφη δ' αὐτὸς καὶ τῶν ἐκγόνων τινὲς δημοσίᾳ.*

IX: Testamenta:

de Suetonii usu cf. p. 31 XV, porro:

Reiff. p. 63, 9: *Vergilius .... heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum fratrem alio patre, ex quarta Augustum, ex duodecima Maecenatem, ex reliqua L. Varium et Plotium Tuccam.*

p. 74, 10: *reliquit circa HSXX matri et sorori. scriptis tamen ad matrem codicillis Cornuto rogavit ut daret sestertia ut quidam centum, ut alii volunt, et argenti facti pondo viginti, et libros circa septingentos sive bibliothecam suam omnem.*

p. 84: *Atratinus .... heredem reliquit Augustum.*

quibuscum comparetur quod p. 85/6 de Antigono Carystio disputavi.

X: Pretia ac census:

Suetonii usum explanavi p. 29 IX, praeterea huc spectant:

p. 57, 12: *Vergilius .... possedit prope centies sestertium.*

p. 74, 10: notam, quae e Persii vita ad hanc rem attinet, sub IX p. 98 exscripsi.

In peripateticorum vitis consuetudo huic similis nobis occurrit apud Antigonum, Hermippum, Satyrum. Praeterea quibus proprietas ista scriptoris Romani illustretur idonea sunt:

Diog. Laert. II, 138: *ὁ μὲν ἑκατέρῳ δοὺς τριάκοντα μνᾶς, ὁ δ' Ἱππόνικος Μενεδήμῳ εἰς ἔκδοσιν τῶν θυγατέρων δισχιλίας δραχμάς. ἦσαν δὲ τρεῖς, καθά φησιν Ἡρακλείδης.*

III, 9: *Πλάτων: καὶ γὰρ ἐν εὐπορίᾳ, φασίν, ἦν, παρὰ Διονυσίου λαβὼν ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα τάλαντα.*

V, 58: *ἀλλὰ καὶ καθηγήσατο Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου καὶ ἔλαβε, φασί, παρ' αὐτοῦ τάλαντα ὀγδοήκοντα.*

porro: VII, 180; III, 20; IX, 39; X, 10.

Westerm. p. 254, 352, 379, 414.

GEORGIO WISSOWA

SACRUM.

## Praefatio.

Confectis Georgicorum libris Vergilius *gracili modulatus avena carmen* alia via incedere coepit atque difficillima laudans *Augustum a parentibus* canensque horrentia Martis arma, quibus muneribus Horatius, ut erat homo versatilis ad omnia, omine haud detestabili solutus est, siquidem non nisi divina quadam vi fabulis illis de Aeneae adventu et de originibus Latinorum vitalis calor moveri poterat.

Atque ordinem rerum a Naevio Vergilium accepisse post alios diligenter ostendit Noack Mus. Rhen. XXVII 435 ss. Etenim adeo vetus Naevii poema hominibus tunc viventibus arridebat, ut vel circa annum 14 Horatius ep. II 1, 53 s. dicere potuerit:

> *Naevius in manibus non est et mentibus haeret*
> *paene recens?*

Deinde notum est Vergilium, ut fabula carminis ample magnificeque exornaretur, multa e poematis epicis priorum temporum imitatione transtulisse et praeter Homeri Ennii Naevii Alexandrinorum imprimis poetarum vestigia pressisse, quorum doctrinae cedere nollet. At non modo ipsam materiem inde sumpsit, sed eodem quoque modo quo Alexandrini poetae argumentum suum uberius reddere studuit, qui ut nova atque inaudita proferentes legentium animos caperent imprimis fabulas certis locis natas, cum „cyclo epico“ nondum coniunctas laboriose scrutabantur. De auctoribus iis, qui has narrationes obscuras collegerint, praeter ceteros Erwin Rohde, Der griechische Roman und seine Vorläufer 1876 p. 113 ss. et F. Susemihl, Geschichte der grie-

chischen Litteratur in der Alexandrinerzeit I 171 docte disseruut. Fabulae illae, qnas incolae nrbinm remotarnm ab avis acceptas bene animo tennerant, vel maximam partem ad origines nrbinm populornmque pertinebant, qnarum auctores hand paucos A. Hecker, Commentationnm Callimachearum capita dno 1842 p. 5 s. e Suida praecipne conqnisivit; apnd qnem non inveni Hellanicnm (*ἐν κτίσεσιν ἐθνῶν καὶ πόλεων*, Steph. Byz. s. *Χαριμάται*) Menecratem (Strabo XIII 621) Ephori librum IV. (G. Bnsolt, Griechische Geschichte I 1893 p. 367). Accednnt etiam ii, qui in libris suis occasione oblata *κτίσεων* mentionem fecernnt.

In nnmero illorum anctornm ii qnoqne poetae fuernnt, a quibus Vergilius exemplnm petebat, Callimachus (cuins libro inscriptum crat *κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίαι* O. Schneider, Callimachea 1870. 1873, II 141) et Apollonins (Steph. Byz. s. v. *Δώτιον*), qni illis libris sine dubio ea publici inris fecerunt, qnae ad sunm usum congesserant. Quibns narrationibus libenter poetae nsi snnt, ex quo expeditiones fabnlares ab Hercule Dionysoque et aliis eo consilio factae esse pntabantnr, nt cnltns hnmanus civilisque pervnlgaretur. Alexandrinos igitur principes secutus similia Vergilins e similibns fontibus hausit.

Qnae omnia si repntamns et si memores snmns Vergilinm etiam anctores Romanos de moribns institntisqne proavornm perscrutatnm esse, nt qnasi theatrnm qnoddam Italicnm construeret, in quo heroes non externi, sed vernacnli et consangninei vero habitu Italico usi partes snas agerent, cognoscemus suo iure haec Augusto poetam scripsisse: *paene vitio mentis tantum opus ingressus mihi videor, cum praesertim . . . alia quoque studia ad id opus multoque potiora impertiar.*

In Aeneide narrationes de originibns nrbinm Italicarum et Graecarnm occnrrnnt. Graecas cum fabulis vetustis et amplis arte cohaerentes hic omittemns. Fabnlae Italicae ant ab ipso poeta conflctae aut ex anctoribus Romanis vel Graecis haustae snnt. Illam sententiam vehementissime defendit C. H. Kindermann, Qnaestiones de fabulis a Vergilio in Aeneide tractatis, spec. lit. inaug. Lugduni-Bat. 1885. At viri diligentioris subtilitatis aliam de hac re sententiam tnlerunt, velut Jos. Rnbino,

Beiträge zur Vorgeschichte Italiens, Leipz. 1868 p. 116 not. 153: „Der Katalog der Städte und Volksstämme ..., welchen das siebente Buch der Aeneide enthält und welcher dem homerischen Schiffskataloge nachgebildet ist, hat zwar nicht überall den Wert der guten Überlieferung, weil der Dichter ... häufig seine besonderen künstlerischen Pläne verfolgt, und weil er überdies den griechischen Traditionen ... durchgehends vor den einheimischen den Vorzug giebt; wo aber solche Rücksichten nicht obwalten, da tritt sein anerkanntes Streben hervor, ein treues durch Forschung gewonnenes Bild der vaterländischen altertümlichen Zustände zu geben." Similia A. Schwegler, Römische Geschichte I 289: „Seine Aeneide ist jedenfalls ... die Frucht sehr ausgebreiteter und gründlicher antiquarischer Studien, und für den Geschichtsforscher eine reiche Quelle ethnographischer und mythologischer Nachrichten." Noack de Vergilio l. c. 435 haec: „Vergil war im Erfinden neuer Sagen und Geschichten nicht gross, sein Talent war, was er vorfand, geeignet und feinsinnig zu verwerten." Ribbeck, Gesch. d. röm. Dichtung, II 82 Vergilii carmen dicit „eine Fundgrube erlesener Kleinode für Altertums- und Spezialforschung." Quid? nonne vehementissime Vergilii poema animos hominum illius aetatis percussit? At recte E. Rohde l. c. 99: „Die Kunst fordert, um überhaupt eine volle Wirkung zu thun, einen gewissen Glauben an die Wirklichkeit und Wahrheit ihrer Darstellung", qui Aristotelis hoc affert de poematis quo ait ἐφ' οἷς δὲ ἀπιστοῦμεν οὐχ ἡδόμεθα. Sane nova atque inaudita poetae Alexandrini proferebant, at semper, si modo fieri poterat, auctoribus pristinis nisi sunt; quare Callimachus his gloriatur Ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδω (fr. 442 Schneider).

Atque nobis propositum est ostendere Vergilium narrationes suas ad urbium populorumque Italiae origines ac fabulas pertinentes[1] longe maiorem partem a Varrone accepisse.

[1]) Bene F. Lenormant, La Grande-Grèce I p. 119 s., observavit idem primis christianae ecclesiae temporibus factum esse in Gallia mediterranea quod in Graecia Magna, nisi quod hic auctores urbium e sacra historia repetebantur. Porro eodem modo „Hérode Antipas à Lyon ... Ponce Pilate à Vienne" (p. 121) quo Aeneas in Latio, Capys in Campania, Antenor Patavii. Polybius has κτίσεις contempsit (X 21, 3); etiam Thucydides plurimas videtur reiecisse (I 12, 4).

Varro vir *undecunque doctissimus* cum aliis de causis has fabulas neglegere non potuit, tum propterea quod etiam Timaeus „nihil antiquius habuit quam ut primordia unius cuiusque gentis vel civitatis et cui quaeque originem deberet summa cum diligentia perscrutaretur." [1]) Hunc libentissime auctorem et saepissime secutum esse Varronem, qui neque in libris mythographicis neque in iis, quibus terrae describerentur, κτίσεις Ἰταλίας silentio praeterire poterat, cum alii comprobaverunt (G. Wissowa Herm. XXII 41, 1) tum Geffcken l. c. 75 ss. luculentis nisus exemplis. Sed libri Varronis doctissimi omnes fere perierunt, obruti fluctu commentariorum in angustum coactorum, quorum optima pars ipsi Varroni debetur, neque sperare licet fore, ut nostra aetate Varroniani aliqui libri retegantur, cum veri simile sit libros Varronianos nullos iam Isidori aetate superfuisse nisi eos, qui nobis quoque manserunt.[2]) Quae cum ita sint, eo magis maeremus dispersa Varronianorum librorum fragmenta nondum accurate in unum locum congesta esse, id quod primus conatus est Ausonius Popma Leid. 1601 (edit. Bip. 1788 I 185—382). Studia Varroniana revixerunt, postquam Fr. Ritschl indicem librorum ab Hieronymo confectum invenit et sagacissime interpretatus est commentatione sua „Die Schriftstellerei des M. Terentius Varro" op. philol. III 1877 p. 419 ss. Disputationes ad Varronianas quaestiones spectantes recensuerunt L. Mercklin et A. Riese Philol. XIII 683 ss., XXVII 286 ss. nec non Paullus Mirsch, De M. Terenti Varronis antiquitatum rerum humanarum libris XXV, ‚Leipz. Studien' vol. V 1882 p. 3—11. Hic post illos laudandi sunt E. Samter, Quaestiones Varronianae, diss. inaug. philol.

---

Geffckenum, Timaios' Geographie des Westens, 1892 [Philologische Untersuchungen herausgegeben von A. Kiessling und U. v. Wilamowitz-Moellendorff vol. XIII] 187 ss. historiae eas propiores putantem vituperat Ed. Meyer, Geschichte des Altertums II 1893 § 306. Cf. Beloch Mus. Rhen. XLV 563 ss. et de fabellis ineptis medio quod nos dicimus aevo confictis A. Schwegler l. c. I 325, 2.

[1]) P. Günther, De ea, quae inter Timaeum et Lycophronem intercedit, ratione, 1889 p. 20. Cf. fragmenta ibi allata et p. 21 haec: „in explicandis locorum appellationibus mirum quantum desudavit." Timaeum temporibus Varronis Caesaris Ciceronis summa admiratione celebratum fuisse Geffcken l. c. 184 demonstrat.

[2]) H. Kettner, Varronische Studien 1865 p. 37.

Berol. 1891, qui a Servii scholiis plerumque profectus est, quod cognoverat „omnium fere scriptorum, apud quos Varronianae doctrinae vestigia exstant, hunc minime exhaustum esse" (p. 1)[1]); Geffcken in libro eo, quem saepius iam laudavimus et R. Agahd, M. Terenti Varronis antiquitatum rerum divinarum libri I, XIV, XV, XVI in supplem. annal. philol. vol. XXIV Lips. 1898. Omnia librorum ant. rer. div. fragmenta collegit et illustravit R. Merkel in edit. fastorum Ovidianorum p. CVI ss. Berolini 1841. De libris geographicis Varronis R. Reitzenstein egit in Herm. vol. XX p. 514—551.

Mirsch l. c. 57 s. de Vergilio Varronis sectatore haec ait: „Vergilium, inter omnes poetas doctissimum antiquitatisque peritissimum, Varronis, qui tum maxima doctrinae auctoritate inter aequales floreret, Antiquitatum secundum tertiumque librum de Aeneae in Italiam adventu eisque populis, ad quos pervenisset, legisse vel per se veri simile est; praeterea eo comprobari potest, quod antiquissimi Vergili commentatores ad enarrandum poetae carmen illis Varronis potissimum libris usi sunt." Geffcken l. c. 80 de Vergilio disserens eam rem, quam nos consectaturi sumus, sic tangit: „Über die Gründer der italischen Städte enthalte ich mich jedes Urteils." Plerumque in his quaestionibus poeta noster plane neglectus est, tametsi ipsa temporum ratione Vergilius Varronianae disciplinae alumnus designatur.

Itaque quaeramus iam, quas narrationes ad urbium populorumque Italiae origines ac fabulas pertinentes Vergilius a Varrone acceperit.

[1]) Cf. Wendling Herm. XXVIII 347.

Quaestio prima.

## De Timaei fabulis per Varronem Vergilio traditis.

### 1. Daunia.

Perlustrantibus κτίσεις Italiae saepissime urbium Italicarum origines ad Graecos Troia redeuntes referri nobis occurrit; quamquam igitur occasio haud raro offerebatur Aeneae expeditionem cum erroribus fatalibus heroum Homericorum coniungendi, Vergilius rivos illos fabularum quam accuratissime discernere studuit, cum poeta modestus ingeniique facultates suas recte aestimans cognosceret viros illos Homericos maiores esse quam qui ab eclogarum scriptore depingerentur.

Quare praeter socium illum Ulixis miserrimum nemo nisi Diomedes in narrationem de Aenea Vergilianam inductus est, in qua eum, quem Aeneas ante muros patriae fugerat, bellum contra Troianos a se removere videmus. Secundum Vergilium Aen. XI 243 ss. Venus a Diomede vulnerata Calydona eum reverti coniugemque optatam videre noluit. Classe Graecorum dispersa Diomedes ad Iapygium litus delatus est ibique hostibus devictis urbem Argyripam condidit, cuius nomen a paterna urbe (Ἄργος Ἵππιον) repetitum est. Socii a Tydide amissi diris suppliciis agitati in aves lacrimosis vocibus scopulos implentes commutati sunt. A Turno per Venulum legatum oratus, ut Rutulis contra Troianos auxilio veniret, deorum poenis monitus Diomedes Troianorumque virtutem admiratus suadet, ut adversarii cum Aenea in foedus coeant.

Fabulae Diomedeae occidentalis auctor videtur fuisse Lycus Reginus (schol. Lycophr. 615), qui etiam de avibus Diomedeis

auctor excitatur (Callim. fr. 100f 45, Sch. II p. 349); uberior vero fabula apud Timaeum inveniebatur, quam a Lycophrone adhibitam esse Geffcken l. c. 5 ss. recte ostendit, qui ad eam restituendam praeter Alexandram schol. Lyc. 630. 615. 592. 601, Ps. Aristot. mir. ausc. 79, Varrone (apud August. de civ. dei XVIII 16), Iuba (apud Plin. nat. hist. X 126) auctoribus utitur. Apud Geffckenum l. c. p. 133 ss. haec legimus: *Ἁλούσης τῆς Ἰλίου Διομήδης ἀντὶ τοῦ ἕρματος ἐκ τοῦ τείχους τῶν Τρώων λίθους εἰς τὴν ναῦν ἐβάλετο· παραγενόμενος δ' εἰς Ἄργος καὶ ἐλαθεὶς ὑπὸ Αἰγιαλείας παρεγένετο εἰς Ἰταλίαν· εὑρὼν δὲ τηνικαῦτα τὸν ἐν τῇ Σκυθίᾳ δράκοντα λυμαινόμενον τὴν Φαιακίδα, διέφθειρε τοῦτον . . . τιμηθεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ σφόδρα, ἀνδριάντα* (ἑαυτοῦ Tzetzes) *κατεσκεύασεν καὶ ἱδρύσατο ἐκ τῶν λίθων τῶν ἐκ τῆς Ἰλίου. ἱστορεῖ δὲ τοῦτο Τίμαιος καὶ Λύκος ἐν τῷ τρίτῳ* (schol. Lyc. 615)[1]. De columnis Diomedeis cf. Timaei fragmenta composita a Geffckeno 134, 19—25, de ipso heroe 134, 7 ss.; adscribamus haec (schol. Lyc. 592): *ὅτι Διομήδης ἀπελαθεὶς ᾤχετο εἰς Ἰταλίαν εἰς τὸ Δαύνιον ἔθνος ἐν βαρβάροις· ὧν ἐβασίλευε Δαῦνος, ὅστις πολιορκούμενος ἐδεήθη Διομήδους βοηθῆσαι αὐτῷ, ὑποσχόμενος αὐτῷ δώσειν τῆς γῆς μέρος. ὁ δὲ βοηθήσας καὶ τὴν νίκην παρασχὼν Δαυνίοις ἔκτισε πόλιν . . . ἥντινα Ἵππιον Ἄργος ἐκάλεσεν.* Enarratis causis inimicitiarum inter Diomedem et Daunum hoc adicitur: *ὕστερον δὲ ὁ Διομήδης παρὰ Δαύνου ἀνῃρέθη,* cuius necis ne vestigium quidem apud Vergilium invenitur, apud quem Diomedem laboribus peractis feliciter terras suas regnare videmus. Sequitur narratio de avibus Diomedeis, e qua haec afferantur ([Aristot.] mir. ausc. 79): *ἐν τῇ Διομηδείᾳ νήσῳ, ἣ κεῖται ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, φασὶν ἱερόν τι εἶναι ἅγιον, περὶ δὲ τὸ ἱερὸν κύκλῳ περικαθῆσθαι ὄρνιθας μεγάλους τοῖς μεγέθεσι, καὶ ῥύγχη ἔχοντας μεγάλα καὶ σκληρά,* quibus Geffcken descriptionem civitatis earum e compluribus auctoribus sumptam addit. E re videtur esse unum tantummodo locum

[1]) Cum hac fabula obscura illa narratio Serv. ampl. ad Aen. I 97 cohaeret: *Tydides Diomedes* etc. . . . *eo tempore statua* (Diomedis sc.) *cum in templo Apollinis Delphici staret, vi quadam divina ad Corcyram migravit (et) visa est muros Corcyreorum defendere: nam eius comminatione hostibus fugatis Corcyra bello exempta est.*

afferre hunc: *Μυθεύεται δὲ τούτους γενέσθαι ἐκ τῶν ἑταίρων τοῦ Διομήδους ναυαγησάντων μὲν αὐτῶν περὶ τὴν νῆσον, τοῦ δὲ Διομήδους δολοφονηθέντος ὑπὸ [τοῦ] Δαύνου.* De Aetolis multo post conatis regiones quasdam Dauniae occupare, vide schol. Lyc. 1056, de templo *Ἀθηνᾶς Ἀχαΐας* et de canibus — similiter atque aves Diomedeae — Graecos adulantibus cf. [Aristot.] mir. ausc. 109. Quae Timaeus de tempore senserit, quo transformatio illa sit facta, concludere licet e Lycophronis versibus 592 ss. hisce:

*Ὁ δ' Ἀργύριππα Δαυνίων παγκληρίαν*
*παρ' Αὐσονίτην Φύλαμον δωμήσεται*
*πικρὰν ἑταίρων ἐκπτερωμένην ἰδὼν*
*οἰωνόμικτον μοῖραν* etc.

Diomedis laborum solam auctorem fuisse Venerem poeta Timaeum secutus his ait:

*Τροιζηνίας δὲ τραῦμα φοιτάδος πλάνης*
*ἔσται κακῶν τε πημάτων παραίτιον,*
*ὅταν θρασεῖα θουρὰς οἰστρήσῃ κύων*
*πρὸς λέκτρα* etc.

Videmus Vergilio multis de rebus cum Timaeo convenire; attamen longe aberraremus a vero iudicantes Timaeo auctore usum Vergilium ea, quae ille tradebat, ut poetam, commutasse.[1]) Nam praeter id quod supra notavimus, discrimen exstat grave, quod tolli nequit: apud Vergilium Diomedes domum non revertit. Forbiger ad Aen. XI 270 adnotat: „Vulgo . . . Diomedem ipsius uxoris adulterae, Aegialeae, scelere patria pulsum esse tradunt. Sed alios hic Vergilius rerum Diomedis auctores secutus est, quod iam Ruhnkenius perspexit." Knschel, Über die Quellen von Vergils Aeneis, Breslau 1858 p. 8 Vergilium hic Stesichori auctoritatem secutum esse suspicatur, sed rationes eius sententiae adicere supersedit. Certe Diomedem „in pulchra Calydone", ut Oeneum tueretur, versatum fuisse Romanis ex Accii tragoedia „Diomedes" notum erat (Ribbeck, Römische Tragödie p. 524 s.). Hicine Diomedis uxor apud Oeneum remansit? Hicine poeta Tydidem ad bellum Troicum proficiscentem uxorem

[1]) Ex ipso Timaeo Vergilium nihil petivisse docet H. Kothe annal. philol. 1889 p. 358 ss.

nunquam revisurum esse praedixit? Quibus de quaestionibus iudicium fieri non potest, quoniam perpauca huius tragoediae fragmenta servata sunt: praestat cogitare apud eum auctorem fabulam sic commutatam fuisse, a quo cetera hic Vergilium accepisse elucet. Recte enim Geffcken l. c. p. 6 haec: „Die Quelle Vergils ist wie oft Varro; das scheint mir Augustins[1]) (de civ. dei XVIII 16) Citat zu zeigen." Tum ipsa Augustini verba ascribit haec: *Nam et Diomedem fecerunt deum,*[2]) *quem poena divinitus inrogata perhibent ad suos non revertisse, eiusque socios in volucres fuisse conversos non fabuloso poeticoque mendacio, sed historica adtestatione confirmant, quibus nec deus, ut putant, factus humanam revocare naturam vel ipse potuit vel certe a Iove suo rege tamquam caelicola novicius impetravit. Quin etiam templum eius esse aiunt in insula Diomedea, non longe a monte Gargano . . . et hoc templum circumvolare atque incolere has alites tam mirabili obsequio, ut aqua impleant et aspergant et eo si Graeci venerint, vel Graecorum stirpe prognati, non solum quietas esse, verum et insuper adulare, si autem alienigenas viderint, subvolare ad capita tamque gravibus ictibus, ut etiam perimant, vulnerare, nam duris et grandibus rostris ad haec proelia perhibentur armatae. Hoc Varro ut astruat* q. s. Addit haec: „Geht auch aus dem Citate nicht zwingend die Reihenfolge der Metamorphosen hervor, so leitet doch die Übereinstimmung Lycophrons mit Vergil einerseits, andererseits die Thatsache, dass Varro die Sage erzählt hat, sicher auf timäisch-varronische Tradition hin."

Praeterea Samter l. c. p. 65 ss. recte ostendit ea, quae apud Serv. Aen. XI 271 leguntur, ad Varronem redire et nisus Plinii testimonio nat. hist. X 127. III 151. 104[3]) Verrianisque

[1]) De Varrone Augustini auctore quaesiverunt E. Schwarz, De M. Terentii Varronis apud sanctos patres vestigiis capita II. Accedit Varronis antiqu. rer. div. l. XVI, annal. phil. suppl. XVI 437 ss., et C. Frick, Die Quellen Augustins im XVIII. Buche seiner Schrift de civ. dei, Höxter 1886.

[2]) De Diomede in deorum numerum recepto verba iam fecit Ibycus fr. 38 Bergk; cf. Pindar. Nem. X 12 cum schol. et Holzinger ad Lycophr. Alex. 630.

[3]) D. Detlefsen, Die Beschreibung Italiens in der Naturalis Historia des Plinius und ihre Quellen (Quellen und Forschungen zur alten Geschichte und Geographie 1) 1901, p. 45.

frustulis a Paulo servatis Servium et ad Aen. XI 246 e Varronianis auctoribus hausisse confirmat et ad VIII 9, quem locum hic adscribimus: *Diomedes revertens de Troia postquam repperit ira Veneris a se vulneratae apud Argos (cum Cylaraba, ut Lucilius, vel Cometa, ut plerique tradunt) turpiter vivere, noluit reverti (ad patriam: vel, ut dicitur, ab adulteris proturbatus)*.[1]) Cum hic accurate discernere non possimus, quae Lucilius, quae „plerique" hac de re tradiderint, totam Lucilianae fabulae summam servatam esse apparet apud Serv. ad Aen. XI 269: *Stheneli filius Cyllarabus* (l. *Cylarabes* conl. Pausan. II 18, 5) *Aegialiam Diomedis uxorem cognovit adulterio: quo comperto Diomedes reverti noluit et in Apuliae partibus sibi condidit sedes. quod Veneris dolo dicitur esse perfectum, quam in bello Troiano vulnerarat*; *unde ait invidisse deos.*

Elucet Varronem praeter narrationes e Timaeo haustas etiam eam fabulae speciem rettulisse, quam Vergilius secutus est.

Quin etiam quo loco Varro de his rebus verba fecerit, hic quidem cognoscere licet; recte enim H. Kettner[2]) l. c. Varronis de gente populi Romani libros IV restituens haec exordio l. III attribuit (p. 73; cf. p. 41 s.): *Troia . . . eversa excidio illo . . . quod . . . insigniter diffamatum atque vulgatum est gestumque regnante iam Latino Fauni filio, ex quo Latinorum regnum dici coepit Laurentumque cessavit, Graeci victores deletam Troiam derelinquentes et ad propria remeantes diversis et horrendis cladibus dilacerati atque contriti sunt . . . Nam et Diomedem fecerunt deum* etc. (Augustin. c. d. XVIII 16). Et vide quam egregie cum his brevissime perstrictis ea conveniant, quae idem Diomedes Latini legatis apud Vergilium respondet (XI 255 ss.):

*quicunque Iliacos ferro violavimus agros*
*. . . . . . . . . . . . infanda per orbem*
*supplicia et scelerum poenas expendimus omnes*
*vel Priamo miseranda manus: scit triste Minervae*
*sidus et Euboicae cautes ultorque Caphareus.*

Deinde Menelai, Ulixis, Idomenei errores perstringuntur.

[1]) Servii ampl. verba uncinis inclusimus.

[2]) cui de hac re assentitur Frick l. c. 44.

Etiam Ovidius eandem fabulam enarrans Varronem videtur secutus esse, licet in l. XIV metamorphoseon Vergilii vestigia premat; velnt Maronis illud *heu dira meorum supplicia* (273) optime narratione Ovidiana illustratur XIV 483 ss. Recte praeterea R. Ehwald in adnot. ad Ovid. metam. XIV 484 ss. monet: „Eine charakteristische Uebereinstimmung mit einer alexandrinischen Quelle enthält v. 509 (vgl. Lycophron Alex. 597 κύκνοισι ἰνδαλθέντες εὐγλήνοις δόμην), da die meisten Quellen von ἐρωδιοί reden, Plin. h. n. X 127 sie *fulicarum similes* nennt [cf. schol. Lyc. 601 εἰσὶ δὲ ὅμοια κύκνοις sc. τὰ ὄρνεα]; auch fällt bei Lycophron wie bei Ovid und Vergil (i. e. apud Varronem) die Verwandlung vor des Diomedes Ankunft in Italien.“ Atque non modo hic Vergilii auctorem Ovidius secutus est, sed etiam paulo supra, ubi Ehwald Varronem similiter rem narrare adnotat et conferre iubet Plin. X 127. De Diomedis reditu Ovidius alteram illam Timaei narrationem a Varrone quoque relatam comprobavit, cf. XIV 476 s. *patriis sed rursus ab Argis pellor.*

Ceteras fabnlas hic a Vergilio tactas Varroni deberi infra confirmabimus; hic iam apparet totam Vergilii de Diomede fabulam cum libri de gente pop. Rom. tertii exordio plane consentire, cui etiam Serviana illa attribuenda sunt, quae e Varrone fluxisse Samter vidit.

Alii quoque Varroniani loci huc pertinent, ubi rationes commemorantur, quae Aeneae cum Diomede fuerint. Varronis ant. rer. hum. libro II hoc Mirsch attribuit fragm. 16 (Serv. Aen. IV 427): *Sciendum sane Varronem dicere Diomedem eruta Anchisae ossa filio reddidisse.* Conferatur Samter l. c. 11 ss., qui Servii verba ad Aen. III 407: (Diomedes) *cum multis casibus adfligeretur, Palladium, quod apud ipsum erat, Troianis oraculo iussus est reddere. quod cum vellet implere, Aeneam invenit sacrificantem: qui ... sacrificii ordinem non rupit et Palladium Nautes accepit: unde Nautarum familia Minervae sacra servabat* conlato Serv. Aen. II 166 Varroni attribuit, e quo etiam Plutarchi quaest. Rom. 10, Thiloni assentiens, necnon Dionys. Halic. (excerpt.) XII 16 et Fest. p. 322b, 30 fluxisse docte ostendit.

Vergilio locum illum Varronis notum fuisse et ex Aen. V 704 s.

*tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas*
*quem docuit multaque insignem reddidit arte,*

cognoscere licet, et inde, quod eam fabulam Vergilius quamvis commutatam carmini suo inseruit Aen. III 403 ss. 545 s. (R. H. Klausen, Aeneas und die Penaten, II 1157 not. 2350).

Quae cum ita sint Vergilius dicens Diomedem desiisse Troianis adversari nova non confinxit, sed Varrone auctore etiam hic usus est.

Quae ad explicandam hanc de Diomede Italico fabulam viri docti protulerint, collecta invenis in Roscheri lexico mythologico I 1025 ss. et a Holzingero ad Lyc. Alex. 592. 616. 620. 630 etc. Cf. Busolt l. c. I 408. Heyne, cuius editione usi sumus anno 1787 publici iuris facta, in exc. 1 ad Aen. l. XI bene cum narrationibus de Diomedeis insulis fabulas de Leuce Achillis insula, de Meleagridibus, de Memnonidibus avibus comparat. De ritu capitis in sacrificio velandi agit Marquardt-Wissowa, Staatsverw. III 179, 7. G. Wissowa, *De Macrobii Saturnaliorum fontibus* capp. III, Diss. Vratisl. 1880 p. 55 s.

## 2. De Etruscorum origine.

Iam de Etruscis quaesituri moneamus errasse J. G. Cunonem, Vorgeschichte Roms II 12, qui aggressus opinionem de Asiatica gentis illius origine testimoniis veterum auctorum haec opponit: „ein weit überwiegendes Gegengewicht bildet die schlagende Widerlegung des Dionysios und das gänzliche Schweigen Vergils und Livius über die ihnen doch ohne Zweifel wohlbekannte Sage, deren zu gedenken sich ihnen so oft Gelegenheit bot." Sane totam fabulam omnibus tunc notam cur Vergilius enarraret, hic non erat, sed multis locis eam tangit; velut Aen. IX 11 *Lydorum manus* pro *Etruscorum* legimus; cf. II 781 *Lydius Thybris.* VIII 479 s. haec poeta ait:

*urbis Agyllinae sedes, ubi Lydia quondam*
*gens, bello praeclara, iugis insedit Etruscis.*

Cf. X 155. XI 759 (*Maeonidae* pro *Etrusci*).

Itaque a Vergilio quoque vetus illa fabula comprobatur, quae iam Herodoto (I 94) innotuit affirmanti Lydos ipsos eam secum communicasse. Herodotus Lydos summa annonae caritate

vexatos tesserarum et talorum ludum adversus famem invenisse narrat; deinde cum magis magisque malum ingravesceret sortitione facta alteram populi partem ducente Tyrseno Atyis regis filio Smyrna profectam in Umbriam pervenisse ibique oppida condidisse. Omissis aliis scriptoribus auctor huius fabulae laudetur Timaeus (Geffcken l. c. 148, 18 ss.): *Lydos ex Asia transvenas in Etruria consedisse, ut Timaeus refert, duce Tyrreno, qui fratri suo cesserat regni contentione* . . (Tertullian. de spect. c. 5), quibuscum Lycophronis versus 1351 s. 1355 ss. coniungendi sunt, qui etiam hic sine dubio Timaeum sequitur:

> Αὖθις δὲ κίρκοι Τμῶλον ἐκλελοιπότες
> Κίμψον τε καὶ χρυσεργὰ Πακτωλοῦ ποτὰ . . .
> Ἄγυλλαν Αὐσονῖτιν εἰσεκώμασαν
> δεινὴν Λιγυστίνοισι τοῖς τ' ἀφ' αἵματος
> ῥίζαν γιγάντων Σιθόνων κεκτημένοις
> λόγχης ἐν ὑσμίναισι μίξαντες πάλην.
> εἷλον δὲ Πῖσαν καὶ δορίκτητον χθόνα
> πᾶσαν κατειργάσαντο τὴν Ὄμβρων πέλας
> καὶ Σαλπίων βεβῶσαν ὀχθηρῶν πάγων.

Ad Varronis doctrinam restituendam multa protulit Geffcken l. c. 76, qui etiam Timaei illud fragmentum supra allatum e Varrone finxisse ostendit (not. 2) auctorem secutus Georgium Wissowa in Herm. XXII 41, 1: „Auch bei Censorin . . sowie bei Tertullian . . stehen die Timaeusfragmente in nächster Nachbarschaft von Varrocitaten, sodass man deutlich sieht, dass die meisten bei lateinischen Autoren erhaltenen Timaeusfragmente durch Varro hindurchgegangen sind." Similiter Mommsen Herm. XVIII 200, 1 ea quae Plinius e Catone, Pisone, Antiate, Alexandro Polyhistore affert, e Varrone repetita esse confirmat.[1]) Eodem

[1]) Quae sententia mihi probabilior esse videtur quam Detlefseni l. c. 31 ss. 40 ss., qui putat Plinio tantummodo res ad populorum Etruriae, Latii, Campaniae, Lucaniae, Bruttiorum descriptionem spectantes ex illis auctoribus per Varronem suppeditatas esse, de ceteris regionibus (praecipue de Gallia Cisalpina) eum libros Cornelii Nepotis geographicos consuluisse, de quibus fere nihil constet. Nepotis chronicis Plinium usum esse ostendit F. Münzer, Beiträge zur Quellenkritik der Naturgeschichte des Plinius 1897, p. 334, qui de Varrone Varronisque auctoribus apud Plinium agit p. 137—295; vide imprimis p. 149 s.

referendns est Festi locus p. 322 M., et secnndum Samterum l. c. 37 s. Serv. ad Aen. II 781: *Lydus et Tyrrhenus duo fratres, cum eos provincia una non ferret, in sortem miserunt, ut divisis copiis proficisceretur unus ad novas sedes quaerendas. Profectus Tyrrhenus est, qui ex suo nomine Tuscos Tyrrhenos vocavit. Lydia autem dicta est in qua frater remanserat ... Tusci autem a frequentia sacrificii dicti sunt, hoc est ἀπὸ τοῦ θύειν*, quod uominis veriloquium etiam apud Isidorum iuvenitur origin. IX 2, 86. XIV 3, 43. 4, 20 et 23 (Reitzensteiu Herm. XX 536. Samter l. c. 67). Etiam Silium Pun. V 10 e Varrone hausisse recte Geffckeu l. c. 80 cognovit, ubi haec poeta ait:

> *Maeoniam quondam in Latias advexerat oras*
> *Tyrrhenus pubem dederatque vocabula terris;*
> *isque insueta tubae monstravit murmura primus*
> *gentibus.*

Plin. nat. hist. III 50 de septima Italiae regione verba faciens haec procul dubio a Varrone accepit: *Umbros inde exegere antiquitus Pelasgi, hos Lydi, a quorum rege Tyrreni, mox a sacrifico ritu lingua Graecorum Thusci sunt cognominati.*

In his Varronianis fragmentis nusquam adhuc Tarchonis illius nomen invenimus, qui apud Vergilium Etruscorum dux est; at cum apud Timaeum et apud Catonem eius mentio facta sit, id casu accidisse putabimus. Timaeum Lycophro expressit inde a v. 1238, ubi narratur Aeneam in Etruriam e Macedonia perventurum esse,

> ἐκ δ' Ἀλμωπίας
> παλιμπλανήτην δέξεται Τυρσηνία
> Λιγγεύς τε etc.
> καὶ Πισ' Ἀγύλλης τ' οἱ πολύρρηνοι νάπαι.
> σὺν δέ σφι μίξει φίλιον — ἐχθρὸς ὢν — στρατὸν
> ὅρκοις κρατήσας καὶ λιταῖς γουνασμάτων
> νάνος, πλάναισι πάντ' ἐρευνήσας μυχὸν
> ἁλός τε καὶ γῆς. σὺν δὲ δίπτυχοι τόκοι
> Μυσῶν ἄνακτος (Telephi sc.)
> Τάρχων τε καὶ Τυρσηνός, αἴθωνες λύκοι
> τῶν Ἡρακλείων ἐκγεγῶτες αἱμάτων.

Cf. Steph. Byz. s. v. *Ταρκυνία* et s. v. *Ταρχώνιον*. De Catone vide Serv. ampl. ad Aen. X 79 *Cato originum* (fr. 45 Peter) *qui Pisas tenuerint ante adventum Etruscorum, negat sibi compertum, sed inveniri Tarchonem Tyrrheno oriundum, postquam + eorundem sermonem ceperit Pisas condidisse* etc. Cf. Strabo V 219 et schol. Veron. Aen. X 200, quod supplendum est e Servii amplioris notis ad eundem versum.

Atque re vera Tarchonis nomen cum Etruscorum origine etiam apud Varronem coniunctum fuisse iam videbimus nisi Lycophronis illo de ‚Nano' loco, ubi Ulixem[1]) significari Holzinger ad Alex. 1244 recte ostendit. Atque Samter plane alia via profectus l. c. 15 hunc Festi locum e Varrone prodiisse ex ipsius Varronis, Dionysii, Plutarchi, Macrobii, Tertulliani consensu colligit (Fest. p. 322b, 30 ss.): *Ubi* [in clivo Capitolino] *ara dicata ei deo* [Saturno sc.] *ante bellum Troianum videtur, quia apud eam supplicant apertis capitibus. Nam Italici auctore Aenea velant capita, quod is, cum rem divinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Ulixe cognitus interrumperet sacrificium, caput adoperuit atque ita conspectum hostis evitavit.*

Videmus igitur etiam apud Varronem Ulixem in agro Laurenti[2]) cum Aenea congressum esse eo nimirum consilio, ut (sicut apud Timaeum) foedus inter Troianos et Etruscos iceret. Quae cum ita sint, Varro procul dubio etiam alteram illam Timaei fabulam de Etruscorum origine[3]) rettulit neque Tarchonis nomen omisit, quod inde a Vergilio repetitum est.

Fabulam de Ulixe Etrusco etiam E. Woerner, Die Sage von den Wanderungen des Aeneas bei Dion. v. Hal. und Vergilius,

---

[1]) De Ulixe Italico et de Nano vide Roscheri lex. myth. III 634 ss.

[2]) qui aliis quoque Reatini locis huc spectantibus commemoratur, sicut apud Serv. ampl. ad Aen. II 801 (cf. Serv. I 382) Varronis ant. rer. hum. II fr. 10 Mirsch: *ex quo de Troia est egressus Aeneas Veneris eum per diem cotidie stellam vidisse, donec ad agrum Laurentum veniret, in quo eam non vidit ulterius: qua re terras cognovit esse fatales.* Vergilio hanc Varronianam narrationem notam esse cognoscimus ex Aen. I 381 s. (*matre dea monstrante viam*). Cf. W. Kroll, Festschrift C. F. W. Müller gewidmet annal. philol. suppl. XXVII 1890 p. 141.

[3]) De Etruscorum originibus cf. A. Schwegler l. c. I 253 ss.

Leipz. 1882, p. 24 tractat laudans Plut. quom. adolesc. poetas audire debeat 8.

Quae de forma rei publicae Etruscorum apud Vergilium O. Müller l. c. I 327 ss. e catalogo poetae concludit argutiora sunt (ut haec: „Sollen dies etwa vier populi vorstellen? Oder denkt sich Vergil die Einrichtung der zwölf populi als später?") Caussas, cur Vergilius Etruscos Aeneae socios faceret, Klausen commentus est satis mysticas (velut hanc: „weil Tages, wie Jupiter indiges, Sohn des Jovialgenius war, weil das tagetische Ceremonialgesetz den Indigitamenten entsprach" II 1212; cf. not. 2036). Re vera Vergilius opibus Latini Turni Mezentii coniunctis praeter Troianos nullam gentem opponere potuit nisi Etruscos ira in Mezentium inflammatos, quod fingens fabulae illam speciem vetustam sequi potuit, quam Lycophronem, Timaeo auctore usum, attingere vidimus. Sed de his rebus infra fusius disputabimus.

### 3. Corythus Pelasgica.

Vergilius Aen. X 719 s. dicens:

*venerat antiquis Corythi de finibus Acron*
*Graius homo*

fabulam de Pelasgis Etruriae attingit, cuius memoria duplex est, cum alii Pelasgos eosdem esse quos Tyrrhenos, alii eos ab Etruscis pulsos ceteris sedibus amissis unam Cortonam sive Crotona diu obtinuisse dicant. Hos Vergilius sequi videtur, illis assentitur Hellanicus fr. 1 M., licet etiam apud hunc Cortona inter Pelasgorum oppida emineat. Contrariae sententiae princeps est Herodotus I 57 *εἰ δὲ χρεόν ἐστι τεκμαιρόμενον λέγειν* (de lingua Pelasgorum) *τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν τῶν ὑπὲρ Τυρσηνῶν Κροτῶνα πόλιν*[1]) *οἰκεόντων, οἳ ὅμουροι κοτὲ ἦσαν τοῖσι νῦν Δωριεῦσι καλεομένοισι . . . ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες . . . καὶ γὰρ δὴ οὔτε οἱ Κροτωνιῆται οὐδαμοῖσι τῶν νῦν σφεας περιοικεόντων εἰσὶ ὁμόγλωσσοι οὔτε οἱ Πλακιηνοὶ* etc.

O. Müller-Deecke, Die Etrusker I, 1877, p. 82. Ed. Meyer, Forschungen I 27 s.; Gesch. des Altertums II §§ 320 s. Holzinger ad Lyc. Alex. 1245 auctoresque ibi laudatos. Nissen, Italische Landeskunde I 497.

[1]) ubi *Κροτῶνα*, non *Κρηστῶνα* legendum esse Ed. Meyer, Forschungen I 24 exponit nisus auctoritate Dionysii Hal. I 29.

Timaeum quoque Pelasgorum expeditionem commemorasse constat; etenim Daedalum ibi legimus (Geffcken 132 s. [Aristot.] mir. ausc. 81) in insulas Electridas pervenisse, ὕστερον δ' ἐπιπλευσάντων ἐπ' αὐτοὺς Πελασγῶν τῶν ἐκπεσόντων ἐξ Ἄργους φυγεῖν τὸν Δαίδαλον etc. Atque etiam pugnae inter Etruscos et Pelasgos factae Timaeus auctor fuit, de qua Lycophr. 1351—1361, imprimis 1355 ss. haec verba faciat:

Ἄγυλλαν Αὐσονῖτιν εἰσεκώμασαν .....
λόγχης ἐν ὑσμίναισι μίξαντες πάλην etc.

Quid de Cortona dixerit nescimus, sed fabulam iam Herodoto notam a Timaeo omissam esse credi vix potest.

Varronem Hellanici opinionem comprobasse, impugnasse alteram illam e Serv. ampl. aduotatione ad Aen. VIII 600 non concludemus, cum multo uberior locus de Varronis sententia apud Macrob. Sat. I 7, 28 ss.[1]) (ant. rer. hum. II fr. 2 Mirsch p. 85) exstet: *Pelăsgi, sicut Varro memorat, cum sedibus suis pulsi diversas terras petissent, confluxerunt plerique Dodonam, et incerti quibus haererent locis eiusmodi accepere responsum:*

στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατούρνιον αἶαν
ἠδ' Ἀβορειγενέων, Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται.
οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκπέμπετε Φοίβῳ
καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

*acceptaque sorte cum Latium post errores plurimos appulissent, in lacu Cutiliensi enatam insulam deprehenderunt ... Hoc .. miraculo deprehenso has sibi sedes praedictas esse didicerunt vastatisque Siciliensibus incolis occupavere regionem, decima praedae secundum responsum Apollini consecrata erectisque Diti sacello et Saturno ara: cuius festum Saturnalia nominaverunt.* Atque cum illo Varroniano loco, ubi ea potissimum a Macrobii auctore excerpta esse putabimus, quae ad Saturnalia spectarent, de quorum origine ille agit, velim conferas Dion. Hal. I 18 ss. οἱ δὲ Πελασγοί (τυγχάνουσι γὰρ ἐν τούτῳ τῷ

[1]) Macrobiani huius capitis doctrina Samtero p. 10 rerum humanarum antiquitatibus maxime convenire videtur, ubi Romanorum origines Varro enarraverat; cf. Mirsch l. X 4, l. XI 4.

χρόνῳ κατὰ δαίμονα περὶ Κοτυλίαν Ἀβοριγίνων αὐλισάμενοι πλησίον τῆς ἱερᾶς λίμνης) ὡς δὲ τήν τε νησῖδα τὴν ἐν αὐτῇ περιδινουμένην κατέμαθον . . . τέλος ἔχειν σφίσι τὸ θεοπρόπιον ὑπέλαβον. ὁ γὰρ ἐν Δωδώνῃ γενόμενος αὐτοῖς χρησμός, ὅν φησι Λεύκιος Μάλλιος ἀνὴρ οὐκ ἄσημος αὐτὸς ἰδεῖν ἐπί τινος τῶν ἐν τῷ τεμένει τοῦ Διὸς κειμένων τριπόδων γράμμασιν ἀρχαίοις ἐγκεχαραγμένον etc.: sequitur oraculum a Varrone quoque relatum, deinde enarratur quomodo Pelasgi cum Aboriginibus foedus inierint πονουμένοις τῷ πρὸς τοὺς Σικελοὺς πολέμῳ.[1]) Pelasgi una cum Aboriginibus στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς Ὀμβρικοὺς καὶ πόλιν αἱροῦσι Κρότωνα ταύτῃ φρουρίῳ καὶ ἐπιτειχίσματι χρώμενοι . . . τοῖς τε Ἀβοριγῖσι τὸν πρὸς τοὺς Σικελοὺς πόλεμον ἔτι συνεστῶτα πολλῇ προθυμίᾳ συνδιέφερον etc. Enumerantur postremo urbes ἃς ἀνὰ χρόνον ὑπὸ Τυρρηνῶν ἀφῃρέθησαν.

Apparet Dionysium hic Varronis eo loco usum esse, quem Macrobius de Saturnalibus agens reddit: quare Varronem non modo de Pelasgorum cum Siculis bello disputasse putabimus, sed etiam Cortonam ab eo (sicut ab Herodoto) praecipuam Pelasgorum urbem dictam esse (Dionys. I 20, 4). Vide etiam A. Kiessling, *De Dionysi Halicarnasei antiquitatum auctoribus Latinis*, diss. Bonn. 1858, imprimis p. 38—42, ubi Dion. Hal. I 14. 15. 16 (cf. Varr. de l. Lat. V 53). 19—21 ad Varronem referuntur. Samter quoque l. c. 4 (et not. 1) quaerens Macrobii Saturnalium libri primi caput septimum quo ex auctore pendeat, de Varrone etiam Lactant. inst. div. I 21, 7 (ant. rer. hum. II 4 M.) laudat, de lacu Cutiliensi Plinium III 109 conferre iubet affirmans amplam quoque Dionysianam descriptionem I 15 e Varrone fluxisse. — Varronis de Pelasgis doctrina a Kettnero l. c. 20 exponitur, qui p. 19 recte monet Isidorum orig. IX 2, 74 non

[1]) Derivationem vocis ‚Velia' a Dionysio I 20, 2 s. prolatam — ἐν οἷς ἦν τὰ πολλὰ ἑλώδη etc. — inter eas fuisse puto quas Varro de lingua Lat. V 54 breviter sic attingit: *Veliae unde essent plures accepi causas*, e cuius uberiore aliquo loco procul dubio Serv. ad Aen. VI 359: *Velia autem dicta est a paludibus, quibus cingitur, quas Graeci ἕλη dicunt. fuit ergo Elia, sed accepit digammon et facta est Velia, ut Enetus-Venetus*; quibuscum Dionys. Hal. de ου syllaba praeposita concinit.

genuinam Varronis sententiam proferre, sed commutatam hanc: *Pelasgi nominati, quia cum velis passis verno tempore advenisse Italiam visi sunt, ut aves. Primo enim eos Varro Italiam appulisse commemorat. Graeci vero Pelasgos a Pelasgo Iovis et Larissae filio perhibent dictos.* Kettner haec addit: „Wie auch sonst Manches in diesem Kapitel aus Servius stammt ... so ist auch diese Stelle in den zwei ersten Dritteilen entnommen aus Serv. in Aen. VIII 600 .. Wiederum ein lehrreiches Beispiel für Isidors Nachlässigkeit im Excerpieren seiner Gewährsmänner: indem er den ihm zu langen Artikel des Servius ins Kurze zu ziehen wünschte ..., schob er diesem (Varroni sc.) eine Ansicht unter, die demselben nach den Worten des Servius wenigstens nicht unmittelbar zuzuschreiben ist.“ E. Servio haec afferantur: (Pelasgi) *hi primi Italiam tenuisse perhibentur.* Atque cum his locis frustula Varronianae doctrinae retinentibus componamus iam Vergilii haec (VIII 597 ss.):

*est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem*
*religione patrum late sacer ...*
*Silvano fama est veteres sacrasse Pelasgos,*
*arborum pecorisque deo, lucumque diemque,*
*qui primi finis aliquando habuere Latinos,*

quem locum totum a Varrone pendere putabimus.

De L. Mallio a Dionysio teste excitato cf. Kiessling l. c. 39. Fabulam de Pelasgis tractaverunt Schwegler l. c. I 156 ss. (qui p. 162 s. de Niebuhrii sententia verba facit); Rubino l. c. p. 25 ss. (not. 29); C. Peter, Geschichte Roms I 281; Ed. Meyer, Forschungen I 6—124; Gesch. des Alt. II § 37. § 300. Fortasse etiam Acron nomen Varroni debetur, quod apud hunc Caeninae oppidi regi videtur inditum fuisse, de quo Cichorius, Pauly-Wissowa I 1199: „Varro wird bereits den Namen Acro gegeben haben, da dieser sich an zwei wahrscheinlich auf Varro zurückgehenden Stellen (Fest. p. 289. Plut. Romul. 16) findet.“

## 4. Pisae.

Pisis apud Vergilium X 172 ss. profectum esse legimus Asilam vatem; oppidum a poeta dicitur *Alpheae Pisae.* De Asila cf. etiam XI 620. XII 127. 550. Troianus Asilas commemoratur IX 571.

E Lycophronis loco supra laudato hoc 1359 s.:

*εἷλον δὲ Πῖσαν καὶ δορίκτητον χθόνα*
*πᾶσαν κατειργάσαντο τὴν Ὄμβρων πέλας*

concludemus apud Timaeum Pisarum iam ante adventum Etruscorum conditarum mentionem factam esse, sed quinam fuerint pristinae urbis conditores, hinc quidem cognoscere non licet. Audiamus Catonis sententiam a Serv. ampl. ad Aen. X 179 prolatam: *Cato originum* (II 13 Jord. 45 Pet.) *qui Pisas tenuerint ante adventum Etruscorum negat sibi compertum; sed inveniri Tarchonem Tyrrheno oriundum postquam + eorundem sermonem ceperit, Pisas condidisse, cum ante regionem eandem Teutanes quidam, graece loquentes, possederint.* Adicitur memoria de Peloponnesiaca origine, quam sequuntur haec, quae mihi cum Catoniano illo fragmento videntur coniungenda esse: *alii incolas eius oppidi Teutas fuisse, et ipsum oppidum Teuta nominatum, quod postea + Pisas Lydia lingua sua singularem portum significare dixerunt.* Idem quod Cato Plin. nat. hist. III 50 refert Varronem nimirum secutus, e quo Plinium Catoniana sua sumpsisse Mommsen Herm. XVIII 200 recte docet. Cf. Rubino l. c. 24.

Cuno l. c. 23 hac de re agens Polyb. II 16 laudat *Λιγυστῖνοι κατοικοῦσι . . . παρὰ θάλατταν μὲν μέχρι πόλεως Πίσης, ἣ πρώτη κεῖται τῆς Τυρρηνίας ὡς πρὸς τὰς δυσμάς*, et suspicatur Ligures eas quoque regiones quondam possedisse, ubi Pisae constitutae sunt, atque Teutanes illos Catonis tunc oblivioni datos populum Liguricum fuisse, cuius nomen l. c. 24 ex eadem stirpe prognatum esse dicit qua Gallorum cognatorum ‚tauta' ‚tōta' = gens. Fortasse Graeculus aliquis deinde obscuram illam nationem ex oppido Sicyoniae quodam repetivit, de quo Steph. Byz. s. v. *Τίτανα· χωρίον τῆς Σικυωνίας . . . νῦν δὲ Τευτάνιον καλεῖται.* Cf. Eustath. ad Il. II 735; Pausan. II 11, 3. 5.

Fortasse autem hic de Teutamide Pelasgorum rege et de gente similis nominis cogitare praestat, quem Apollodorus II 47 (Wagner) commemorat cuiusque filius apud Hellanicum Pelasgos in Italiam ducit; cf. fr. 1 M.: (Amyntoris filius) *Τευταμίδης, τοῦ δὲ Νάνας. Ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος οἱ Πελασγοὶ ὑφ' Ἑλλήνων ἀνέστησαν, καὶ ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ . . . τὰς νῆας*

*καταλιπόντες* etc. De Pisa tunc cum illa expeditio facta est a Pelasgis Aboriginibusque occupata vide Dion. Hal. I 20, 5.

At de *Alphea origine* hinc nihil discimus: apparet hic Vergilii auctorem inveniri non posse. Eadem fere quae poeta Strabo V p. 222 refert, sed multo uberiora ἡ δὲ Πίσα κτίσμα μέν ἐστι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Πισατῶν, οἳ μετὰ Νέστορος ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντες κατὰ τὸν ἀνάπλουν *ὃν *ἐπλανήθησαν, οἱ μὲν εἰς τὸ Μεταπόντιον, οἱ δ' εἰς τὴν Πισᾶτιν, ἅπαντες Πύλιοι καλούμενοι. Atque elucet cum illa fabula scholii ampl. Serv. ad Aen. X 179 partem extremam coniungi posse: *alii* (Pisam) *ab Epeo Troiani equi fabricatore conditum tradunt, qui cum aliis Graecis in hanc regionem reiectus est: ubi postquam Troianae captivae metu dominarum, ad quas deducebantur, naves incenderunt, desperatione reditus remansit, urbemque condidit et ab ea, quae est in Peloponneso, Pisas cognominavit.* Similia habet Justin. XX 2, 1: *Metapontini quoque in templo Minervae ferramenta, quibus Epeos, a quo conditi sunt, equum Troianum fabricavit, ostentant* nec non Ps. Arist. mir. ausc. 108, quod caput e Timaeo repetitum esse Geffcken l. c. 18. 72 ostendit: περὶ δὲ τῆς Ἰταλίας τὴν καλουμένην Λαγαρίαν ἐγγὺς Μεταποντίου Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἶναί φασιν Εἰλενίας, ἔνθα τὰ τοῦ Ἐπειοῦ λέγουσιν ἀνακεῖσθαι ὄργανα, οἷς τὸν δούρειον ἵππον ἐποίησεν, ἐκείνῃ τὴν ἐπωνυμίαν ἐπιθέντος etc. (Geffcken 139).

Atqui si meminerimus Timaeum (apud Justin. XX 1, 11 prope illum de Metapontinis locum) commemorasse *Pisas in Liguribus Graecos auctores habere*, cui dubium esse potest, quin totus hic fabularum quasi rivus e Timaei geographia emanaverit (e qua totum illum Justini librum fluxisse postea videbimus)? Hanc Timaei fabulam Servio sine dubio Varro tradidit, a quo eam Vergilius quoque accepit.[1])

[1]) Asilam Vergilii neque hic neque apud Graecos quaeremus, quippe qui totus ut vates Etruscus extispicii, auspicii gnarus, sideralis et fulguralis scientiae plenus describatur (Serv. et Serv. ampl. ad Aen. VIII 429). Serv. ad Aen. X 175 praeter Nigidium Figulum Varronem imprimis theologiae auctorem laudat. Fortasse apud hunc id nomen commemoratum fuit; nam etiam de hac re dici potest, quod E. Woerner l. c. 2 de fabula Aeneïa monet: „Aus manchen nebensächlichen Zügen

## 5. Cumae.

Cum originibus Cumanis apud Vergilium Daedalus coniungitur, qui templum illud magnum exstruxerit, quod Vergilius describit. Afferantur hi versus (14—19):

*Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna*
*praepetibus pinnis ausus se credere caelo,*
*insuetum per iter gelidas enavit ad arctos*
*Chalcidicaque levis tandem super astitit arce.*
*redditus his primum terris tibi, Phoebe, sacravit*
*remigium alarum posuitque immania templa.*

A Timaeo fabulam de Daedalo ad Padi ostia quondam morato relatam esse iam supra vidimus; artificem Atheniensem etiam cum Thespiadum expeditione apud Timaeum coniunctum fuisse Geffcken l. c. 57 (et 59) exponit, qui de loco quodam scholiorum in Lucanum disserens haec habet (81): „Zu II 609 berichtet uns der Interpret von der Abstammung der Japyger. Ihr Eponym ist Japyx, Daidalos und Kressas Sohn. Im Anschluss daran wird uns des Minos Fahrt nach Kreta und sein Untergang durch Kokalos erzählt, worauf noch andere Versionen folgen. Dies bestätigt sich auch von anderer Seite. Bei Plinius in dem vielgenannten dritten Buche (§ 102) haben wir Aehnliches in kurzem Auszuge, dasselbe ausführlicher bei Strabo (279): nach den bisherigen Erfahrungen wissen wir, was dies zu bedeuten hat": scilicet has Timaei narrationes cum scriptoribus Romanis communicatas esse per Varronem.

Etiam Callimachus Daedali[1]) historiam Timaeum nimirum, ut saepe, secutus plenissime in Aet. libr. III videtur narravisse (Schneider, Callimachea II 109 s. Schol. Hom. Il. II 145).

Atque ut suspicemur Varronem quoque hanc Timaei fabulam occidentalem exposuisse, accedit quod etiam Sil. Ital. Pun. XII 102 s. eius mentionem facit. Moneamus praeterea apud

und Namen ergiebt sich, dass Vergil viel mehr von der Sage gewusst hat, als er in seinem Epos zu benutzen für gut fand." Ceterum commemorandi etiam sunt *populi Asili* apud Sil. Pun. VIII 443 ss., qui id nomen ab Aesi *Pelasgorum in Piceno* rege, derivat.

[1]) A tragicis poetis Icari fabulam saepissime tractatam esse schol. Arist. pac. 141 memoriae prodit.

Timaeum fabulosae illi narrationi de Daedali fuga notissimae opponi novam miraculis carentem hanc: *τὸν οὖν Δαίδαλον πυθόμενον τὴν ἀπειλὴν τοῦ Μίνωος διὰ τὴν κατασκευὴν τῆς βοὸς φασι φοβηθέντα τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως ἐκ τῆς Κρήτης ἐκπλεῦσαι, συνεργούσης τῆς Πασιφάης καὶ* πλοῖον *δούσης* πρὸς τὸν ἔκπλουν. *μετὰ δὲ τούτου τὸν υἱὸν Ἴκαρον φυγόντα κατενεχθῆναι πρός τινα νῆσον πελαγίαν, πρὸς ἣ τὸν Ἴκαρον παραβόλως ἀποβαίνοντα πεσεῖν εἰς θάλατταν καὶ τελευτῆσαι, ἀφ' οὗ καὶ τὸ πέλαγος Ἰκάριον ὀνομασθῆναι καὶ τὴν νῆσον Ἰκαρίαν κληθῆναι. τὸν δὲ Δαίδαλον ἐκ τῆς νήσου ταύτης ἐκπλεύσαντα κατενεχθῆναι τῆς Σικελίας πρὸς χώραν, ἧς βασιλεύοντα Κώκαλον ἀναλαβεῖν τὸν Δαίδαλον* (Diod. IV 76. Geffcken 113 s.). Apud Servium quoque ad Aen. VI 14 praeter multa alia narratio illa ab integra ratione non abhorrens exhibetur, e qua haec afferantur: *sed inclusum Daedalum regina corruptis relaxavit custodibus, qui amisso in mari filio delatus est Cumas. . . . alae enim et volucrum sunt et* navium. Cui dubium esse potest, quin Varro — talium explanationum amantissimus — hanc fabulam Romam intulerit, quamvis alteram illam fabulae speciem cum ratione pugnantem certe non omiserit?

Atque exstant in Varronianis fragmentis certa vestigia, quibus ea quae suspicati sumus optime comprobantur. Apud Solin. 11, 30 (Mirsch ant. rer. hum. XIII 4) haec leguntur: *Vult ergo Varro Icarum ibi* (scil. in Icario mari) *interisse* naufragio, *et de exitu hominis impositum nomen loco.* Quare omnia, quae in Serviana illa explicatione uberrima cum Timaeo concinunt[1]), Varroni reddemus.

Historiae fabularis vestigium est in fragmento quodam apud Augustinum servato (de civ. dei XVIII 13, de gente pop. Rom. II fr. 18 Kettner): (fabula tunc ficta est) *de fabro Daedalo*

---

[1]) Praeterea vide Charis. I p. 87 s. Keil: *et Varro . . . in Scauro: glutinum Daedalum invenisse.* Cf. E. Norden Mus. Rhen. XLVIII 539, qui Plinii *εὑρημάτων* catalogum nat. hist. VII 198 ad Varronem redire eodem tempore coniecit quo E. Wendling Herm. XXVIII 349 s., qui docet Varronem hic Aelium Stilonem magistrum et peripateticos *περὶ εὑρημάτων* libros secutum esse. Etiam Ephorus duos *εὑρημάτων* libros conscripsit.

*et eius Icaro filio, quod sibi cooptatis pinnis volaverint.* Apud ipsum Varronem fabulas de Daedalo Italicas non minus additas fuisse existimandum est quam alibi, velut in fr. 21, ubi de Leucothea Graecorum locutus Varronis sectator haec misere decurtata addit: *illam . . . Matutam* L a t i n i *vocaverunt*.[1])

Geffckeno assentior affirmanti Timaeum iam de Daedalo Cumis quondam versato verba fecisse et Servium hanc rem e Varrone comperisse praesertim cum etiam Thespiadae,[2]) quibuscum Daedalus in Sardinia fuerat, apud Timaeum postea in easdem regiones transmigrent (Geffcken l. c. 170. Diod. V 15, 6). Apollinis [3]) templum Cumanum vetustissimum inter Daedalea, quae in plurimis terrae regionibus, imprimis autem in Sardinia, in Sicilia, in ipsa Italia inveniebantur (Holm, Gesch. Siciliens I 47. 100 s. 106 s.), Varronem non praeteriisse inde quoque elucet, quod etiam Coelius Antipater antiquum dei signum ligneum commemoravit (fr. 54 Peter = Serv. ampl. Aen. VI 9).

Sibyllam Cumanam iam a Naevio cum Aeneae expeditione coniunctam fuisse veri simile est (Noack Herm. XXVII 438. A. Förstemann, Zur Geschichte des Aeneasmythus, Magdeburg 1894, p. 43). Apud Vergilium Aeneas Deiphoben sibyllam, Glauci filiam, Apollinis Cumani Hecataeque sacerdotem, confectam iam senectute consulit, quae rogata bella futura vaticinatur. Locos, qui huc spectant, E. Maass l. c. p. XV s. tractat, qui Vergilii sibyllam a Timaei aliorumque sibylla temporibus

---

[1]) Ceterum in libris Augustini etiam ea, quae de fabulis iudicat, a Varronis rationibus non abhorrere et inde maximam partem fluxisse hic quoque cognoscimus, velut Augustini haec: *Hae fabulae bellum adusque Troianum, ubi secundum librum M. Varro de populi Romani gente finivit, ex occasione historiarum, quae res veraciter gestas continent, ita sunt ingeniis hominum fictae, ut non sint opprobiis numinum adfixae.* Cf. E. Norden, Die antike Kunstprosa I 199 s. E. Schwarz l. c. 416 ait: „a Varrone rursus arma sua mutuatur Christianus". Aliam sententiam de hoc Augustini loco tulit C. Frick l. c. 34 ss. 39.

[2]) Fabula de Thespiadis cum Sicyone coniuncta fuit; quare non mirum est, quod alii de Daedalidarum familia Sicyonia fabulati sunt, qui Dipoenum et Scyllim eius filios dicebant (Pausan. II 15, 1. Roscheri lex. mythol. I 936).

[3]) Apollinis D e i p h i n i i: E. Maass, Commentatio mythographica, ind. schol. Gryph. 1886 p. XVI.

nomine patria differre dicit et a Vergilio coniungi ostendit Troianam et Cumanam et procreari tertiam, quae tempus suum a Troiana, a Cumana patriam mutuata sit; et cum hac sibylla coaluisse docet Deiphoben Chalcidicam, vatem et ipsam, patre vate oriundam (Glauco sc. Anthedonio, marino deo). Timaeum de his rebus auctor mir. auscult. 95 secutus est, unde haec afferantur (Geffcken 145 s. cf. p. 41): Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ περὶ τὴν Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος (cavo tecto constrata Lycophr. 1280) Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου, ἣν πολυχρονιωτάτην γενομένην (Geffcken 96, 1 et Serv. VI 321, id est Varro) παρθένον διαμεῖναί φασιν, οὖσαν μὲν Ἐρυθραίαν, ὑπὸ δέ τινων τὴν Ἰταλίαν κατοικούντων Κυμαίαν Μελάγκραιραν καλουμένην. τοῦτον δὲ τὸν τόπον λέγεται κυριεύεσθαι ὑπὸ Λευκανῶν etc.

Varronem de sibyllis auctorem uberrimum fuisse Lactant. divin. inst. I 6, 7 ss. his testificatur: *M. Varro ... in libris rerum divinarum quos ad C. Caesarem pontificem maximum scripsit, cum de quindecimviris loqueretur, Sibyllinos libros ait non fuisse unius Sibyllae, sed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes feminae vates Sibyllae sint a veteribus nuncupatae vel ab unius Delphidis nomine vel a consiliis deorum enuntiandis.* σιούς *enim deos, non* θεούς, *et consilium non* βουλήν, *sed* βούλλαν *appellabant Aeolico genere sermonis. itaque Sibyllam dictam esse quasi* θεοβούλην. *ceterum Sibyllas decem numero fuisse, easque omnes enumeravit sub auctoribus, qui de singulis scriptitaverint. Primam fuisse de Persis ... quartam Cimmeriam in Italia, quam Naevius in libris belli Punici, Piso in annalibus nominet. quintam Erythraeam* (Grais Ilium petentibus vaticinatam ...) *sextam Samiam ... septimam Cumanam, nomine Amaltheam, quae ab aliis Herophile vel Demophile nominetur,*[1] *eamque novem libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum ac pro iis trecentos philippeos postulasse* (cf. Varronem apud Serv. ad Aen. VI 36) ... *octavam Hellesponticam, in agro Troiano natam, vico Marpesso ... nonam Phrygiam ... decimam Tibur-*

[1]) Hanc non diversam esse ab ea sibylla, quam Demo vocat Pausan. X 12, 8 recte vidit E. Maass, De sibyllarum indicibus (Diss. Gryph. 1879) p. 33. 77, qui tamen non debebat formam pleniorem a Lactantio abiudicare (cf. H. Diels, Sibyllinische Blätter p. 53 not.).

*tem* . . . Nusquam igitur in hoc Varroniano indice Deiphobe, Glauci filia, commemoratur, neque in frustulis Varronianis a Servio servatis ullum eius vestigium exstat, qui et ad VI 72 de Amalthea, et ad III 445 de vocis *sibylla* veriloquio verba faciens aperte Varronem secutus est auctorem. Atque quod Vergilius VI 71 ss. hanc Cumanam ab Amalthea non discrevit, poetae libenter condonabimus. Praeterea recentiora oracula Sibyllae Erythris potissimum repetita esse Varro ipse auctor est (Lact. l. c. I 6, 11): *quorum postea numerus sit auctus, Capitolio refecto, quod ex omnibus civitatibus et Italicis et Graecis praecipue Erythris coacti collatique sunt Romam, cuiuscunque Sibyllae nomine fuerunt.* Atque haec Erythraea eadem est quae Cumana, cum Cumas Erythris migraverit (Serv. Aen. VI 321), quam narrationem Servium e Varrone, Varronem e Timaeo hausisse Geffcken 96, 1 recte ostendit (cf. Maass, de sib. ind. 35—37). Varroni ea quoque Serviana tribuemus, quae Timaeo Geffcken 146 non reddidit *unde nonnulli hanc esse dicunt, quae Romana fata conscripsit, quod . . . . inde Romam adlati sunt libri, unde haec fuerat.*

Quare etiam eam fabulae formam, quam Vergilius poeticis rationibus commotus mutavit, a Varrone[1]) relatam esse censebimus, quem de minutioribus rebus poeta hic procul dubio consuluit. Velut de foliorum oraculo, quod Verg. Aen. III 444—452 et VI 74 s. attingit, poetam Varronianam doctrinam exhibere discimus e Serv. III 444: *tribus modis futura praedicit: aut scripto, aut signis, id est quibusdam notis, vel ut alii dicunt notis litterarum, ut per unam litteram significet aliquid. in foliis autem palmarum sibyllam scribere solere testatur*

[1]) E. Norden Herm. XXVIII 506, 1: „Auch der Name der Sibylle: Deiphobe, Tochter des Glaukos, wird aus Varro stammen; denn dass in dem auf diesen zurückgehenden Sibyllenkatalog des Lact. dieser Name nicht steht, beweist nichts dagegen, da Lact. offenbar gekürzt hat (Maass, de Sibyllarum indicibus p. 34 und 40).“ Sibyllarum index in libro *χρησμοὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν* 75 e Varroniano fluxit, sed aliunde suppletus est (K. Buresch, Klaros p. 120 s., not.); velut in Varroniano catalogo non reperiuntur Sambethe et Taraxandra Aegyptiaca. Hic nobis occurrit *Δηϊφόβη παρὰ Βεργιλίῳ τῷ Ῥωμαίῳ*; quare equidem crediderim hoc nomen e fontibus occultioribus haustum a Vergilio imprimis divolgatum esse.

*Varro.* Eadem Serv. VI 74 tradit: *ut Varro dicit, in foliis palmae interdum notis, interdum scribebat sermonibus.* Sibyllae huius Vergilianae nomen e Cumanis historiis sumptum esse veri est simile, quas Varro saepius expressit (cf. infra): inde procul dubio Glauci patris nomen.[1])

De sibylla Troiana Anchisae Aeneaeque in Hesperiam profecturis oracula edente vide E. Maass Herm. XVIII 321 ss., de Crateteo quodam eius fabulae auctore 328 ss. Cf. Robert Herm. XXII 454 ss., imprimis p. 455 de tabula picta in pariete (facta antequam Vergili carmen in lucem editum est), ubi vates similiter atque in Aeneide coram Anchise, Aenea, Ascanio „bacchatur".

## 6. 7. De Haleso et Messapo.

Auruncorum, Sidicinorum, Saticulorum, Oscorum, aliarum gentium circa Falernum agrum habitantium dux apud Vergilium Halesus est, cui cognomen poeta indit *Agamemnonius* (VII 723 ss.). At Agamemnonem non patrem Halesi habendum esse cognoscimus e l. X v. 417 ss.:

> *fata cavens silvis genitor celarat Halesum:*
> *ut senior leto canentia lumina solvit,*
> *iniecere manum parcae* etc.,

ubi deinde Halesi mors enarratur. Cf. X 352 ss. et O. Müller l. c. II 286.

Messapus Neptuni filius invulnerabilis plurimis locis a poeta commemoratur, imprimis VII 691 ss. (VIII 6. IX 27. 124. X 749. XI 429. 464. 518. 603. XII 289 ss. 488 ss. 550. 661). Sequuntur eum Fescenninae acies, Falisci, urbium vicinarum incolae bello iam diu desueti, carminibus (ut cycni: cf. Il. II 459—63. III 2—7. Apoll. Rhod. IV 1300 ss.) regem fortissimum celebrantes.

Heynius in exc. VIII ad l. VII de Haleso Vergiliano disserens recte monet discedere ab aliis Maronem, quod Campanorum

---

[1]) De compositione et de fontibus Necyiae Vergilianae v. E. Norden Herm. XXVIII 360 ss. 405. A. Dieterich, Nekyia, p. 150 ss. H. Belling, Studien über die Compositionskunst Vergils in der Aeneide 1899 p. 28—97.

ducem faciat Halesum, cum plerique Faliscorum originem et nomen ab eo repetant, qui facilius ad eum revocari potuerint. Heynius (p. 158) partem Auruncorum fortasse ab Haleso subactam existimandam esse suspicatur, cui id obloquitur, quod Falisci in nostro carmine ab Haleso plane seiunguntur, quorum dux Messapus dicatur. Similia ceteri dicunt; Kindermann l. c. 104 s. de obscura fabula haec iudicat: „Utrum hic quoque finxerit Vergilius an ex antiquioribus sed perditis fontibus hauserit quis decernet?“ Cuno II 79 s. sic rem explicat: „Dass Vergil ... den Halesus zum Führer der Aurunker, überhaupt der aus dem Gebiete zwischen Liris und Volturnus gekommenen Streiter macht, beweist wieder den nationalen Zusammenhang des eigentlichen Etrurien und des vorsamnitischen Campanien; eben dieser Zusammenhang zeigt sich in dem Vorkommen des Kultus der argeischen Hera in Falerii und in Salernum (Strabo VI 252).“ Cf. O. Müller l. c. II 285.

Fabula de Messapo etiam minus ad liquidum perducta est. Heynius l. l. exponit copias, quas Messapus adducit, ex Etruriae venire urbibus iis, quae Graecam originem habere creditae sint. „Sed Messapum“ inquit „cum in his commune aliquod aut fictum inventumque nomen ponere non liceret, unde poeta arcessiverit aut in Etruriam transtulerit, non video“. Postquam deinde de Messapo Messapiorum duce et conditore verba fecit, sic rem consectatur p. 155: „Quae cum ita se habeant, ad assequendum difficile est, quomodo hoc uno in loco Virgilius veterem famam deserere et Messapum, cui in extrema Italia sedem constanter assignavit vetustas, Fescenninis, Faliscis, caeterisque enarratis Etruriae populis ducem dare maluerit. Videtur certe poeta secutus esse aliquid, quod nunc ignoratur: nam exornat hunc Messapum eiusque copias et singulari ritu illustrat, quod cum rhythmo et cantu incesserint.“ Servii denique explicationem minime facetam comprobat hanc: *Hic Messapus per mare ad Italiam venit: unde Neptuni dictus est filius.* Addantur etiam haec Servii ad Aen. VII 691: *Ab hoc Ennius* (ann. l. I fr. 12 Bährens) *dicit se originem ducere: unde nunc et cantantes inducit eius socios et eos comparat cygnis,* quod haud paucis placuit, quamquam sic vix explicari potest, qua de causa Messapus ille Messapiorum cum Faliscis coniunctus sit. Commutatam

esse a poeta fabulam de Messapo illo noto Knschel l. c. 20 dicit; Kiudermann l. c. 101 haec habet: „Unde poeta Messapum illum, regem Fesceuuiuorum, petiverit in tenebris iacet."

At Vergilium ne hic quidem delirasse iam videbimus.

Faliscos originem ad Argivos referre iam ante Varrouis tempora apud scriptores Romanos, velut apud Catouem (orig. fr. 48 p. 50 Peter. Pliu. III 51) legebatur, quae fabula propter Iuuouis cultum singularem conficta est, cuius caerimonias sacras Diou. Hal. I 21 s. origiuis Argivae monumenta esse putat: *ὅ τε τῶν ὅπλων τῶν πολεμιστηρίων κόσμος, ἀσπίδες Ἀργολικαὶ καὶ δόρατα.*[1]) *ἁγισμοί τε καὶ θυσίαι καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἕτερα ... πάντων δὲ περιφανέστατον μνημεῖον τῆς ἐν Ἄργει ποτὲ οἰκήσεως ... ὁ τῆς Ἥρας νεὼς ... κατεσκευασμένος ὡς ἐν Ἄργει.* Atqne de Iunone illa Curiti Varronem quoque egisse videmus e fragm. ant. rer. div. I 52b Agahd p. 162 i. e. Tertull. apolog. 24, qnem locum tractat E. Schwarz l. c. p. 495.

Halesum iu vetere historia fabulari Italica Neptuni filium, gentis regum Veientanornm auctorem habitnm esse (de quibus Cato quoque egerat, e quo Varro uimirum haec Servio ad Aeu. VII 697 suppeditavit: *lucos Capenos — hos dicit Cato* [fr. 48 Peter] *Veientum (iuvenes) condidisse auxilio regis Propertii, qui eos Capenam cum adolevissent miserat* cf. de liugna Lat. V § 30, unde Serv. VIJI 330. III 500. VIII 72 et 31) cognoscimus e Servii amplioris hisce (ad VIII 285): *salii sunt, qui tripudiantes aras circumibant. saltabant autem ritu veteri armati post victoriam Tiburtinorum de Volscis. sunt autem salii Martis et Herculis, quoniam Chaldaei stellam Martis Herculeam dicunt: quos Varro sequitur. et Tiburtes*[2]) *salios etiam dicaverunt. quidam hos a saltu appellatos tradunt. quos alii a Numa institutos dicunt, ut arma ancilia portantes saltarent ... horum numerum Hostilius addidit; nam duo sunt genera, sicut in saliaribus carminibus invenitur: Collini et Quirinales, a Numa instituti,*

---

[1]) De armis Etruscorum Dionysio obloquitur Diod. XVIII fr. 3. O. Müller l. c. I 365. Falerii a Romanis Colonia Innonia cognominata est: Liv. XXXIX 55, 9; cf. O. Müller l. c. I 326. Steph. Byz. s. v. *Φαλίσκος· πόλις Ἰταλίας, ἄποικος Ἀργείων.*

[2]) Haec memoria deberi videtur Octavii Hersenni libro de sacris Saliaribns Tiburtium; Macr. Sat. III 12, 7.

*ab Hostilio vero pavorii et pallorii instituti. habuerunt sane et Tusculani salios ante Romanos. alii dicunt Salium quendam Arcadem fuisse, qui Troianis iunctus hunc ludum in sacris instituerit. nonnulli tamen hos a Dardano institutos volunt, qui Samothracibus diis sacra persolverent. quidam etiam dicunt salios a Morrio, rege Veientanorum institutos, ut Halesus, Neptuni filius, eorum carmine laudaretur, qui eiusdem regis familiae auctor ultimus fuit.*

Atque hunc locum doctrinae plenum longe maiorem partem Varroni deberi ex eo cognoscimus, quod ipse auctor laudatur Reatinus, et ex eo, quod multa, quae hic proferuntur, e Varrone fluxisse aliunde constat. Geffcken l. c. 75 s. oppositis Isidori (or. XVIII 50) et Festi (p. 326. 329) locis haec concludit: „Man sieht sofort, dass nur bei Festus sich die wahre Meinung Varros erhalten hat, Isidor nur ein Citat, das jener selbst gemacht, reproduciert." Apud Festum l. l. haec legimus: *Salios a saliendo et saltando dictos esse quamvis dubitari non debeat, tamen Polemon ait Arcada quendam fuisse nomine Salium, quem Aeneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui iuvenes Italicos ἐνόπλιον saltationem docuerit. At Critolaus Saonem ex Samothrace, cum Aenea deos Penates qui Lavinium transtulerit, saliare genus saltandi instituisse, a quo appellatos Salios* etc. (cf. Varro de l. Lat. V 85).

Vergilium has de Saliorum primordiis sententias Varronis novisse apparet ex Aen. V 298 s.:

> *hunc Salius simul et Patron, quorum alter Acarnan,*
> *alter ab Arcadio Tegeeae sanguine gentis*(sc. sequitur);

hi sunt navium duces ab Heleno dati, quorum nomina poeta III 470 (quem locum nondum perpolitum esse e versu imperfecto cognosci potest) omisit. Dionysii Hal. I 51, 2 haec: (Troiani) διαίρουσι τὸν Ἰόνιον ἡγεμόνας ἔχοντες τῆς ναυτιλίας . . . τοὺς σὺν Πάτρωνι τῷ Θουρίῳ e Varrone hausta esse Kiessling l. c. 40 recte ostendit, qui alii quoque Varroniano fragmento (apud Serv. Aen. III 349) Patronis illius nomen restituendum esse putat huic: *idem etiam Varro Troiam Epiri ab Aenea sive a comitibus Gya et Patrone* (codd. *byopator* sim.) *nuncupatam docet* (Gyas apud Vergilium commemoratur I 222.

612. V 118. 152. 160 etc.). Quae cum ita sint, Servii illam de Saliis notam (excepto isto de Saliis pavoriis et palloriis loco, qui falso e Liv. I 27, 7 derivatus est) Varroni[1]) reddemus neque dubitabimus, quin Halesus a Varrone commemoratus sit ibidem, unde Salium suum poeta sumpsit. Ovidium[2]) quoque hinc hausisse suspicabimur, qui in fast l. IV Italiam esse maiorem Graeciam ostendens hoc praeter alia dicit 73 s.:

*Venerat Atridae fatis agitatus Halesus*
*a quo se dictam terra Falisca putat,*

quocum congruit Solin. 2, 7 *ab Haleso Argivo Faliscam: a Falerio Argivo Falerios. Fescenninum quoque ab Argivis* (cf. Strab. V 219. Steph. Byz. s. *Φαλίσκος*). Accedit quod Kiessling l. c. 39 docet etiam mentionem illam Argivi Iunonis Faliscae cultus Dionysium Hal. Varroni debere.

Quare veri simile est et Graecam et Veientem Halesi derivationem a Varrone prolatam, Varrone Vergilium auctore usum esse, a quo ne haec quidem Serviana videntur aliena esse (ad Aen. VII 695): *Faliscos Halesus condidit. hi autem, immutato H in F, Falisci dicti sunt, sicut febris dicitur, quae Hormiae fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς: nam posteritas in multis nominibus F pro H posuit*[3]) . . ., quem Servii locum e Varrone fluxisse Samter l. c. 73 inde colligit, quod idem Formiarum veriloquium et apud Plinium et apud Paulum invenitur. Plin. III 59: *oppidum Formiae Hormiae dictum.* Paul. p. 83, 9: *Formiae oppidum appellatur ex Graeco, velut Hormiae, quod circa id crebrae stationes tutaeque erant, unde proficiscebantur navigaturi* (cf. Strab. V 233. Kiessling l. c. 39). De Haleso et Faleriis vide O. Müller l. c. II 285.

Quaeritur, qui factum sit, ut Vergilius Halesum non Faliscorum ducem faceret, sed earum gentium, quae circa Falernum,

---

[1]) Varronianum hoc scholium esse etiam W. Kroll l. c. 147 vidit.

[2]) Ad Graecos Troianosque transiturus Ovidius veriloquio eo vocis *Aprilis* utitur, quod Varro quoque licet non probaverit, at secundum Macrobium Sat. I 12, 13 explicuerit.

[3]) De F et H litteris in Etrusca lingua inter se permutatis W. Deecke agit, Etruskische Forschungen III (1879) p. 364 et (de hastia-fastia) 355 ss. Cf. O. Müller-Deecke II 422.

agrum habitant. Quod cognoscemus falulam de Messapo consectati.

Proficiscamur a Servii loco quodam singulari ad Aen. VII 695: *Fescenninum oppidum est, ubi nuptialia inventa sunt carmina. hi autem populi ab Atheniensibus ducunt originem.* Atque colonos quosdam Athenis Thespiis Sicyone ortos in Italiam venisse auctor fuit Varro, cum Festi locum p. 266 s. v. Romam conlatis Dion. I 72. 73. Serv. ad Aen. I 273. Plut. Romul. 2 e Varrone prodiisse recte ostenderit Kiessling l. c. 41 s. Festus praeter alia haec habet: *Historiae Cumanae compositor Athenis quosdam Sicyonem Thespiadasque* (corr. *Thespiasque*), *ex quibus porro civitatibus ob inopiam domiciliorum compluris profectos in exteras regiones, delatos in Italiam, eosque multo errore nominatos Aborigines, quorum subiecti qui fuerint Caeximparum* (Müller suspicatur *Caci improbi,* cui non assentior) *viri unicarumque virium imperio montem Palatium, in quo frequentissimi consederint appellavisse a viribus regentis Valentiam: quod nomen adventu Euandri Aeneaeque in Italiam cum magna Graece loquentium copia interpretatum, dici coeptum Rhomem.* Müller annotat haec: „*Ὑπέροχος*[1]) *ἢ ὁ ποιήσας τὰ εἰς αὐτὸν ἀναφερόμενα Κυμαϊκά* Athen. XII p. 528d. Idem apud Pausan. X 12, 4 de Sibylla Cumana narrat. De Sicyone Erechthei vel Marathonis vel Metionis Atheniensium filio cf. Pausan. II 1, 1. 6, 23; de Thespi, Erechthei filio Diod. IV 29[a] i. e. Timaeus (Geffcken 160, 8): *Θέσπιος ἦν ἀνὴρ τὸ γένος ἐπιφανὴς ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, υἱὸς Ἐρεχθέως, βασιλεύων δὲ τῆς ὁμωνύμου χώρας ἐγέννησεν ἐκ πλειόνων γυναικῶν θυγατέρας πεντήκοντα.* Cf. Pausan. IX 26, 4.

Atque de Aboriginibus, qui ante Euandri adventum in Palatio consederunt, nonnulla habet Varro de l. Lat. V § 53. Sicyonem quoque Thespiumque a Varrone commemoratos esse e schol. Bob. ad Cic. pro Sestio p. 299 Or. Varronem libro hum. secundo citante cognoscimus. Praeterea hic laudandus est Kettner l. c. 41 ss., qui ostendit Augustinum in libro XVIII de

[1]) In Roscheri lex. myth. I 2277 Cymaicorum auctor dicitur Lutatius Daphnis. Serv. ampl. Aen. I 273: *Ateius adserit Romam ante adventum Euandri diu Valentiam vocitatam, sed post graeco nomine Romen vocitatam;* cf. Solin. 1, 1.

civ. d. fundamento uti Varronis de gente pop. Rom. libris, de quibus haec iudicat p. 53: „Man sieht aus dem bestimmten Zeugnis des Aug. cap. 2 sowie aus dessen Excerpten in den folgenden Kapiteln, dass Varro die Geschichte vorzugsweise am Faden der sicyonischen, athenieusischen,[1]) latinischen Königsreihen abwickelte und von diesen dann zu den Römern kam." E Varrone hunc locum fluxisse constat (Aug. XVIII 4. Kettner 66. 45 s.): (regnante) *rege . . . Sicyoniorum nono* *Messapo, qui etiam Cephisos a quibusdam traditur.* Frick l. c. 15 contendit Augustinum hic sequi Hieronymum. Sed dubium esse non potest, quin idem Varro rettulerit, quem Castoris libris chronicorum usum esse sciamus (Frick 5 s.). Praeterea constat Varronem regum Sicyoniorum διαδοχήν in libris de g. pop. Rom. enarrasse (August. c. d. XVIII 2), e quibus Augustinus summam annorum regum Sicyoniorum hausit (de c. d. XVIII 19. Frick 74). Additamentum denique illud *qui etiam Cephisos a quibusdam traditur* Varroni deberi Frick quoque l. c. 15 concedit.

Est igitur Messapus gentis illius Atheniensis, cuius familiae quaedam in Italiam profectae sunt. Varro regem Sicyoniorum eiusdem nominis memoravit cuius Vergilius Faliscorum; et Fescenninos, Athenienses, Sicyonios consanguineos fuisse auctor erat Varro. Nonne veri simillimum est Varronem ne Messapum quidem regem Fescenninorum[2]) transisse, quem Vergilius noverit, praesertim cum Varro de Aboriginibus amplissimus fuerit auctor?

---

[1]) De his vide E. Schwartz, Die Königslisten des Eratosthenes und Kastor, Abh. der Ges. d. Wiss. zu Göttingen vol. XL (1894) 9 ss.

[2]) Aen. XI 429 praestantissimos duces fuisse comperimus Messapum et *felicem Tolumnium,* quem nullo alio loco a Vergilio commemorari monet W. Kroll l. c. 144, cum Tolumnius augur (Aen. XII 258) ab hoc diversus esse videatur. Quaenam huic cum Fescenninorum rege ratio esse potest? Lucem huic quaestioni afferendam esse e narratione de Tolumnio Veiorum rege iam W. Kroll vidit, cuius socios Livius IV 17 ss. prodit fuisse Faliscos Fidenatesque. Quod si verisimile est Vergilium hic auctoris sui vestigia premere et id nomen apud eundem repperisse, a quo Messapum et Halesum acceperit, iam cognoscimus Veiorum regum seriei auctorem, quem secutum esse videmus Varronem de l. Lat. V 30, ad memoriam fabularem quam maxime exiguam supplendam annales Romanos depeculatum esse.

Varronem re vera has fabulas cum Thespiadarum expeditione arte cohaerentes enarrasse optime eo comprobatur, quod Timaeus quoque eadem vel similia rettulit. Geffcken l. c. 55 s. Timaei narrationem de Iolao Thespiadisque et de coloniis Graecis in Sardiniam deductis fabulosis Diodoro, Ps. Arist. mir. ausc., Schol. Dion. Per., Sallustio, Solino nisus restituere conatur haec addens: „Nach allem diesen dürfen wir auch die Nachricht von der Auswanderung späterer Thespiadengeschlechter nach Kyme, auch wenn sie sonst keine Bestätigung findet, auf Timaios zurückführen.“ Recte Geffcken Timaeo haec reddit: *Daedalus . . . post delatus est Cumas* (cf. p. 308 ss.) *οἱ δὲ Θεσπιάδαι τῆς νήσου προεστῶτες ἐπὶ πολλὰς γενεὰς τὸ τελευταῖον ἐξέπεσον εἰς τὴν Ἰταλίαν καὶ κατῴκησαν ἐν τοῖς κατὰ Κύμην τόποις* (p. 170. Diod. V 15, 6). Mihi quidem dubium non videtur esse, quin hic Timaeus ampliores fabulas Cumanas rettulerit, quas Diodorus breviter attingat, atque easdem fere, de quibus Varro *historiae Cumanae compositorem* laudavit.

Ita rem se habere alia quoque ratione confirmari potest. Recte Geffcken l. c. 71 Iustini librum XX inde a capite 2 fere totum e Timaeo fluxisse ostendit; at non dubium est, quin etiam exordium huius libri Tauromenitano debeatur, de quo Geffckenii iudicium afferendum hoc: „Aber leider ist Trogus nicht mehr Trogus, sondern nur noch Justin. Das tritt, stellenweise schon bei Sicilien fühlbar, merklicher noch in Italiens Darstellung (XX) hervor. Die Behandlung ist hier ganz ungleichmässig. Mit gehäuften schnellen rhetorischen Fragen werden wichtige Komplexe griechischer Kolonisation abgethan, anderes, nicht so bedeutendes, erhält eingehendere Berücksichtigung“ etc. Tanguntur hic fabulae de origine Etruscorum, Venetorum, Adriae, de naufragio Diomedis etc. cum Timaeo concinentes; paragraphum 11, ubi de *Pisis in Liguribus* agitur, eidem auctori deberi vidimus. Commemoratis deinde Caere urbe, Aeneae adventu totam fere Italiam Trogus a Graecis gentibus occupatam fuisse exposuerat; Iustinus haec excerpsit: *Iam Falisci,*[1] *Nolani, Abellani nonne Chalcidensium coloni*

[1]) Notandum est Faliscos et Latinos Graecas litteras ab ipsis Cumanis accepisse, quae ad Umbros et Oscos Etruscis auctoribus translatae sint.

*sunt?* i. e. eiusdem originis cuius Cumani, de quibus Serv. ad Aen. III 441 sic agit: *Euboea insula est, de cuius civitate Chalcide profecti sunt ad novas sedes quaerendas.*[1]) Geffcken l. c. 73 de Trogi illo loco dicit: „Von gleicher Bedeutung sind die Notizen über Abellas und Nolas chalkidischen Ursprung, alles ohne Zweifel timäischer Quelle entnommen", laudans deinde Belochium, Kampanien p. 390. 411 ed. alt. De Cumanis Faliscorum conditoribus Geffcken verba non facit, sed cognoscimus hanc fabulam cum aliis Timaei sententiis artissime cohaerere.

Geffcken l. c. 73, 1 haec habet: „Trogus über Nola scheint von Silius XII 161 ausgeschrieben zu sein": nos non tam Trogum ipsum, quam Varronem de hac re a poeta consultum esse putabimus, e quo Silium saepe hausisse idem l. c. 80 s. exponit, velut p. 81 haec leguntur: „Andere Erzählungen sind, wie ... die sonderbare Geschichte krotonischer Thespiaden (Pun. XI 17) unkontrollirbar"; cf. not. 4: „Die Thespiaden in Kroton möchte ich fast für ein Versehen halten." At cum fabulam de Thespiadis etiam in Italia latius divolgatam fuisse viderimus, neque poetam putabimus errasse et Varronem non modo de hac re, verum etiam de agmine Thespiadarum cum Iolao advecto (Pun. XII 364) Silii fuisse auctorem.[2])

Itaque Varro Messapum Sicyoniorum regem commemoravit, consanguineum Thespiadarum Thespiis et Aboriginum Athenis, Thespiis, Sicyone profectorum, quos in regiones Cumanas migrasse idem auctor fuit, qui Faliscorum origines ad Athenienses rettulit. Cui igitur dubium esse potest, quin Vergilio Messapum Faliscorum regem Varro suppeditaverit?

Videmus hic historiam fabularem Cumanam cum terra Faliscorum aliquo modo cohaerere, unde verisimilius fit etiam

---

[1]) Scholiasta hic e Varroniana de Campania doctrina hausit, cum et Varro paulo post saepius laudetur et fabula de Baio Ulixis socio hic tangatur, quam Varro Timaeum secutus narravit (Geffcken l. c. 29. 35 ss. 80. 145, 18).

[2]) Ceterum etiam narrationem illam mutilam de Abellae origine Graeca a Serv. ampl. ad Aen. VII 740 proiatam, de qua Thilo sic indicat: „veteris interpretis de Abellae oppidi origine et nomine narrationem ab homine imperito in brevius contractam esse apparet", rationibus hic prolatis adducor ut e Varronianis rivulis haustam esse putem.

fabulam de Haleso Faliscam cum regionibus circa Falernnm agrum sitis coniunctam fnisse. Cum hac terra Halesum Vergilius coniungere maluit, cnm de Faliscis etiam altera illa narratio (de Messapo sc.) exstaret, Varrone anctore nsns de omnibns his rebus, qni praeter Timaei libros geographicos Cumanas historias videtnr adiisse.[1])

Cum cognoverimns Messapum illnm a poeta non confictnm esse, sed optimo anctori deberi, etiam haec Servii non levia putabimus, e qnibns conclndere licet Messapnm, qni in Aeneide inter adversarios Troianornm magni momenti est, iam antea in veteribns fabnlis easdem fere partes egisse.[2]) Servinm ad Aen. XII 794 de indigetibns agentem amplior ita snpplet: *sane de Aenea fabula talis est: cum Turno occiso et accepta Lavinia, condita civitate in Numicum fluvium, ut alii volunt sacrificans, ut alii Mezentium, ut alii, Messapum fugiens cecidisset* (cf. Serv. ad Aen. VII 797) *nec eius esset cadaver inventum, Ascanius, filius eius, victo Mezentio ... templum ei constituit, quod indigetis appellari iussit.*

Cetera qnoque qnae poeta de invnlnerabili Messapo dicit (*quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro* Aen. VII 692), ex eodem fonte hansta esse veri est similins qnam poetae ingenio deberi. Haec ait Heyne l. c. p. 155: „Unde antem in mentem venerit poetae, nt hnnc Messapnm indomitnm igni et ferro faceret, ita fere assequi mihi videor, qnod inter eos, qnos dncit, Soractis montis accolae sunt, Hirpi illi sno nomine dicti, qui sacrificio annno qnod ad eum montem fiebat Apollini, ‚snper ambnstam ligni strnem ambnlantes non adnrebantur'." Moneamns etiam de hirpis his Varronem nberrimum fuisse, e qno Servium ad Aen. XI 785 secnndnm Samterum l. c. 70 hansisse appareat, qui ad restitnendam Varronis doctrinam etiam Servii scholinm ad Aen. XI 787 affert: *sed Varro, ubique expugnator religionis, ait cum quoddam medicamentum describeret, ut solent Hirpini, qui ambulaturi per ignes medicamento plan-*

[1]) Cf. E. Norden Herm. XXVIII 370.

[2]) Förstemann l. c. p. 69 recte vidit nnmerum sociorum et hostium Aeneae iam apud Catonem volgari opinione maiorem fuisse.

*tas tingunt*. Vergilius ipse (Aen. XI 785—788) hunc cultum sic tangit:

> *summe deum, sancti custos Soractis Apollo,*
> *quem primi colimus, quoi pineus ardor acervo*
> *pascitur et medium freti pietate per ignem*
> *cultores multa premimus vestigia pruna.*

Cf. Plin. VII 19. Samter p. 71.

Adnotamus fortasse ex hisce potissimum fabulis locum illum obscurum Lycophronis explicari posse (Alex. 717 s.):

> *τὴν μὲν Φαλήρου τύρσις ἐκβεβρασμένην*
> *Γλάνις τε ῥείθροις δέξεται τέγγων χθόνα.*

Cf. Steph. Byz. s. v. *Φάληρον· Νεάπολις*. Schol. Lyc. l. c. *Φάληρος ἔκτισε τὴν ἐν Ἰταλίᾳ Νεάπολιν.*[1]) Itaque Cumanorum coloniam secundum Timaeum Falerus deduxit, Thespiada nimirum, cuius nomen a ceteris eiusdem familiae non abhorret. Aliter rem Mommsen explicat, a quo dissentit Geffcken l. c. 33: „Die *Φαλήρου τύρσις* hat Mommsen (C. I. L. X. 1 p. 170) mit dem ager Falernus in Verbindung gesetzt, aber der ager Falernus liegt doch viel zu nördlich, und zudem redet ja Lycophron deutlich von einem Kastell. So wird man eher unter Phaleron ein befestigtes weissglänzendes Kap auf neapolitanischem Gebiet erkennen müssen. Noch bleibt zu beachten, dass der athenische Admiral Diotimos der Parthenope als der *συγγόνων θεᾷ* (732) opfert. Das Timaioscitat des Scholiasten hilft uns da nicht viel, erklärt den Zusammenhang nicht. Aber wir wissen, dass etwa im Jahre 444 eine athenische Kolonie nach Neapel geführt wurde." Nos de vetustiore illa consanguinitate cogitabimus, quam consectati sumus.

## 8. Petelia.

De fabulis nonnullis ibi a Trogo expositis, ubi Timaei doctrinas expressas esse vidimus (XX 1 ss.), Geffcken l. c. 73 haec: „Anderes, wie die lydische Abkunft der Etrusker, die troische der Veneter,

---

[1]) De iis, quae sequuntur, recte iudicat Geffcken l. c. 33, 4: „Die Scholien faseln."

die Gründung Arpis durch Diomedes entspricht durchaus der Vulgärtradition und ist darum gleichgültig." Quare de Etruscis et de Diomede iam antea locuti, Venetos hic omittamus, cum certa vestigia fabulae de Antenore a Timaeo memoratae desint; at sunt de Philocteta, cuius apud Iustinum XX 1, 16 sic mentio fit: *Thurinorum urbem condidisse Philocteten ferunt; ibique adhuc monumentum eius visitur, et Herculis sagittae in Apollinis templo, quae fatum Troiae fuere.'* Geffcken, qui Timaei narrationem l. c. 18 restituit, a Trogo eam immutatam esse dicit (p. 72) et haec Timaeo tribuit (139, 10: Lycophr. 911—950. [Arist.] mir. ausc. 107. 108. Tzetz. ad Lyc. 922): παρὰ δὲ τοῖς Συβαρίταις λέγεται Φιλοκτήτην τιμᾶσθαι· κατοικίσαι γὰρ αὐτὸν ἐκ Τροίας ἀνακομισθέντα | *et prope Aesarum et Crimisam oppidulum appulsum* | τὰ καλούμενα Μάκαλλα τῆς Κροτωνιάδος . . . καὶ ἀναθεῖναι ἱστοροῦσι τὰ τόξα τὰ Ἡράκλεια αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος Ἀλαίου, quae a Crotoniatibus in suam urbem asportata esse dicit. Sequitur narratio de Philoctetae morte[1]).

Cato de hac fabula a Serv. ampl. ad Aen. III 402 sic advocatur: *ait Cato, a Philocteta, condita iam pridem civitate, murum tantum factum* (Peteliae sc.), quod a Varrone commentatoribus traditum esse censebimus. Varroni Servii genuini haec tribuenda esse putat Samter l. c. 75 ductus consensu, qui inter Servium et Solinum (2, 10 *notum est a Philoctete Petiliam constitutam*) intercedit: *Petilia dicta vel* ἀπὸ τοῦ πέτασθαι, *i. e. volare, quod captato augurio est condita, vel quod post relictum Ilium, quo ducebatur a Graecis, eam petivit civitatem* (Philoctetes) . . . *Hic postea . . . sibi parvam Petiliam in Calabriae partibus fecit.* Recte Samter l. c. haec addit: „Solinum ibi Varronem sequi vel eo intellegitur, quod in iis, quae praecedunt de Praeneste oppido, laudatur Zenodotus", cuius memoriam per Varronem ad Plutarchum Dionysium Solinum venisse nono

[1]) E Timaeo Euphorionem Chalcidensem hausisse paene manifestum fit e Tzetz. ad Lyc. 911: (Philoctetes) πανθεὶς τῆς ἄλης Ἀλαίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν κτίζει, ᾧ καὶ τὸ τόξον αὐτοῦ ἀνέθηκεν, ὥς φησιν Εὐφορίων (fr. 40 Mein.). Narrationem de Philoctetae reditu ibidem relatam in Apollodori bibliothecam recipere non dubitavit Wagner Epit. Vatic. 1891 p. 286 s.

dissertationis suae capite ostendit. Atque in Aeneide hoc legitur (III 401):

*hic illa ducis Meliboei*
*parva Philoctetae subnixa Petelia muro.*

Varronis vestigia hic quoque Vergilium pressisse videmus.

De oppido **Macalla** a Philocteta condito et de fabula cum hoc nomine coniuncta (*ἀπὸ τοῦ μαλακισθῆναι ἐν αὐτῇ Φιλοκτήτην*) vide Steph. Byz. s. v. *Μάκαλλα*. Schol. Thuc. I 12. Martial. II 84 etc. Lycophr. 943. Holzinger ad Lyc. Al. 927. Beloch, Griech. Gesch. I 89. 226. Klausen, Aeneas I 462 ss., cf. 465 de Philocteta a Sybaritanis culto. Niebuhr, Röm. Gesch. I p. 160 ss. F. Lenormant l. c. I 367 ss.; cf. 376 ss.

Geffcken l. c. 190 hanc fabulam a Doriensibus Oetaeis in Italiam translatam esse conicit.

## 9. Ilva.

Ilva insula, quae a Vergilio praedicatur:

*insula inexhaustis Chalybum generosa metallis,*

in Aeneide cum Populonia urbe vicina coniuncta est, unde Abas rex Aeneae auxilio venit (Aen. X 170 ss.).

Metallorum Ilvae *inexhaustorum* mentionem fecit Timaeus, qui de ferro ibi effosso locutus haec adicit: *ᾧ νῦν ἔτι χρῶνται Τυρρηνοὶ οἱ τὸ καλούμενον Ποπλώνιον οἰκοῦντες* (Geffcken 149, 26. [Arist.] mir. ausc. 93). Sed cum constet Varronem quoque de iis egisse, hinc poetam hausisse praestat opinari; Varro enim dixit (Serv. [1]) ad Aen. X 174) *nasci ... quidem illic ferrum, sed in structuram non posse cogi nisi transvectum in Populoniam Tusciae civitatem.* Itaque cum Varro auctor sit tales rationes inter Populoniam et Ilvam fuisse, huius auctoritatem Vergilium secutum, non nova commentum esse putabimus. De Chalybis cf. Apoll. Rhod. Arg. II 375.

[1]) Samter l. c. 64 ss, de quibus Servius l. c. Plinium auctorem laudat, frustra apud hunc (XXXIV 142) quaeri monet.

Fortasse etiam ea, quae de Apolline poeta dicit (cuius signo navis regis Populoniae distincta est) historicorum testimoniis de Apolline ibi quondam culto nituntur, quem Spinae Agyllaeque incolas antiquis temporibus summopere veneratos esse sciamus. De Agylla vide Strab. V 224. 220.

De Abante illo nihil aliunde notum est; alius Abas commemoratur in Aen. X 427. I 121. III 286. Cum praeterea nulla quae inter hunc et Graecum illum heroem intercedat ratio inveniri possit, hic nomen aliquod Etruscorum (ut *Bassa* sim.) in Graecum commutatum esse suspicari licet. Fortasse autem Abas ille cum fabula de Ulixe hic versato coniunctus fuit, cuius obscurum vestigium apud Serv. ampl. ad X 173 invenitur hoc: *quidam Ilvam Ithacen dictam volunt.* Atque harum fabularum auctorem fuisse Varronem iam supra cognovimus.

## 10. Origines Ligusticae.

Cum in narratione Vergiliana Aen. X 185 ss. nonnulli loci dubii vel obscuri sint, de quorum lectione disputare hic non e re est, ipsos versus e Ribbeckii editione maiore altera (1895) ascribemus:

*Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello,*
*transierim, Cunare, et paucis comitate Cupavo,*
*cuius olorinae surgunt de vertice pinnae,*
*crimen, Amor, vestrum formaeque insigne paternae.*
*namque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati*
*populeas inter frondes umbramque sororum*
*dum canit et maestum musa solatur amorem*
*canentem molli pluma duxisse senectam,*
*linquentem terras et sidera voce sequentem.*
*filius aequalis comitatus classe catervas*
*ingentem remis Centaurum promovet* etc.

Ribbeck v. 186 e codicum corruptelis multifariis nomen Cunare restituit usus Serv. ampl. testimonio non ita inepto *Cunare quidam duci nomen datum tradunt a Cunaro monte, qui in Piceno est*; sed unde nomen Cupavo? De quibus cum nihil praeter patriam, nomina, arma hic comperiamus, cumque nomina et a Latina et a Graeca lingua abhorrere videantur,

indicabimus voces barbaricas (Ligurum sc.) Vergilio ab anctore aliqno de Liguria scribente esse suppeditatas. Cum Cato de originibus Ligusticis qnaesiverit (Serv. Aen. XI 715. Cato or. II 1 Jord. p. 9. fr. 31 Peter: *Cato originum cum de Liguribus loqueretur: Sed ipsi unde oriundi sunt, exacta memoria. inliterati mendacesque sunt et vera minus meminere*; Serv. XI 700: *Cato in secundo originum libro*), Varronem id omisisse incredibile est, qui procul dubio Cnnarnm vel Cunerum promnntnrium (Plin. nat. hist. III 111) commemoravit.

Haec obscura, cetera paulo dilncidiora. Fabula Phaethontea saepissime poetas tragicos nsos esse e Polybii illo cognoscimus, quo ait (commemorato Phaethontis casu) mittere se velle *καὶ πᾶσαν δὴ τὴν τραγικὴν καὶ ταύτῃ προσεοικυῖαν ὕλην* (II 16, 13 s.). Timaenm qnoque describentem Italiae regiones ad Padum sitas fabulam de Phaethonte ibi fnlmine icto rettnlisse, licet alio loco (apud Diod. V 23. Geffcken p. 161) fabulosa illa geographicis rationibus refutaverit, apparet ex [Arist.] mir. ausc. 81 (Geffcken 132. 91), nbi de insulis Electridibus et de lacu illic sito locutns haec adicit: *μυθεύουσι δὲ καὶ οἱ ἐγχώριοι Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν εἰς ταύτην τὴν λίμνην.* Cnm haec autecedant: *ὀσμὴ δ' ἀπ' αὐτῆς βαρεῖα καὶ χαλεπὴ ἀποπνεῖ, καὶ οὔτε ζῷον οὐδὲν πίνει ἐξ αὐτῆς οὔτε ὄρνεον ὑπερίπταται, ἀλλὰ πίπτει καὶ ἀποθνῄσκει*, Varronem hnnc Timaei locum non transisse pro explorato habendum est. Etenim apud Serv. Aen. VII 563 (Mirsch ant. rer. hnm. XI 6; Samter l. c. 69), ubi agitnr de aquis qnibusdam sulphureis, qnae dicuntur *ideo graviores, quia* (locns ille) *ambitur silvis; ideo autem ibi aditus esse dicitur inferorum, quod gravis odor iuxta accedentes necat*, legimus *Varronem enumerare, quot loca in Italia sint huius modi* (Samter p. 70).

A Timaeo igitnr ad Varronem Vergilii anctorem dedncimur, qnod eo comprobatur, quod Ovidium cum Vergilio consentire videmns atqne ita, ut denno ab Ovidio Vergilii fontem inspectnm esse cognoscamus; imprimis huc pertinent met. II 367 ss.:

*Adfuit huic monstro proles Sthenel eia Cycnus,*
*qui tibi materno quamvis a sanguine iunctus*
*mente tamen Phaethon propior fuit.*

Cf. 372 s. et Hygin. fab. 154. Preller, Mus. Rheu. IV 402 s. Welcker, Aeschyl. Tril. 569 not. 883.

Cur fabula de Cycno iu has regioues transmigraret, gravissima causa Ligurum nomen videtur fuisse, cnius originem Plato quoque cum Graeca voce *λιγύς* sic coniungat (Phaedr. 237 A): *ὦ Μοῦσαι, εἴτε δι' ᾠδῆς εἶδος λιγεῖαι, εἴτε διὰ γένος μουσικὸν τὸ Λιγύων ταύτην ἔσχετ' ἐπωνυμίαν.*

De oloribus ln Padi fluentis versantibus cf. Serv. ad XI 457: *Padus . . . habet . . . fluenta plurima, e quibus est Padusa, quae quibusdam locis facit paludem, quae plena est cycnorum*: ibidem secuudum Timaeum Phaethou fulmiue ictns est et sororea fratrem lugentes versabantur. Fabulae de Cycno in Liguriam trauslatae testis est Paus. I 30, 3: *ἔστι δὲ κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς δόξα, ὅτι Λιγύων τῶν Ἠριδανοῦ πέραν ὑπὲρ γῆς τῆς Κελτικῆς Κύκνον ἄνδρα μουσικὸν γενέσθαι βασιλέα φασί, τελευτήσαντα δὲ Ἀπόλλωνος γνώμῃ μεταβαλεῖν λέγουσιν αὐτὸν εἰς τὸν ὄρνιθα* (Wilamowitz Eur. Her. ed. alt. p. 31: „Kyknos der König der Ligurer, der um Phaethon klagte, ist der Singschwan in seiuer Heimat.“ Nisseu, Italische Laudeskunde I 469).

Atque hanc fabulam Italicam[1]) a Varrone non omissam esse propterea quoque censebimus, quod Cycnus (Phaethontis, ut videtnr, mortem immodice lugens) ab eodem ludibrio habitns est. Exstant enim fragmenta saturae cuiusdam Menippeae Varronis, cui inscriptum erat „Cycnus περὶ ταφῆς“ (p. 170 Buech.). Cupavo sine dubio a Vergilio primo Cycui filius dictus est, qui hanc cognationem confinxit, ut fabulam illam celeberrimam carmini suo insereret, quam multi iam ante eum poetae tractaverant.

De Liguribus agunt Cuno Mus. Rheu. XXVIII 193. Helbig, Italiker in der Poebene 30 ss. Hitzig-Blümner ad Pausau. I p. 326.

[1]) Heliades Aeschyleae (fr. 73 Nauck) „in Hiberia, hoc est in Hispania“ fratrem mortuum lugent; cf. G. Knaack, Quaestiones Phaethonteae 17 ss. Cycnus Ligusticus iam apud Hesiodum invenitur in fr. 220 Rzach (cuius pars extrema vix Hesiodea putanda est).

Quaestio altera.

## De fabulis Catonianis per Varronem Vergilio traditis.

### 1. Tibur.

Iam de Vergilianis fabulis qnaesituri iis, qnae aut e Catone ant e Varrone repetitae esse videantur, nt recte iudicemus utrum potissimum auctorem poeta secutus sit, a fabula Tiburtiua ordiamur. Amphiarai Argivi filii tres Tiburtus, Catillus, Coras urbem condiderunt, cnins nomen a Tiburto sumptnm est (VII 670 ss. XI 465. 519. 640).

Tiburis nomen iu fragmentis Varronis ad historiam fabularem spectautibus saepius occurrit, velut Varronem de Sibylla Tibnrtina et de Albnneae oraculo amplissimum auctorem fuisse iam supra vidimus. Eodem rettulimus doctrinam de saliis Tibnrtium (cf. *sacra Tiburtium* Serv. ampl. Aeu. I 17), de quibns Varro Octavinm Hersenuum secutus est.

Quodsi testimonia de Tibure tam subtilia Varro prodidit, certe de urbis origine non tacuit, de qua iam Cato testis landatur a Solino excitatus sic (Cato fr. 56 Peter, apud Sol. 2, 7 s.): *Tibur, sicut Cato facit testimonium,* [conditnm] *a Catillo Arcade, praefecto classis Euandri, sicut Sextius, ab Argiva iuventute. Catillus enim, Amphiarai filius, post prodigialem patris apud Thebas interitum Oeclei avi iussu cum omni fetu ver sacrum missus tres liberos in Italia procreavit Tiburtum, Coram, Catillum, qui depulsis ex oppido Siciliae veteribus Sicanis a nomine Tiburti ... urbem vocaverunt.* Sextii illius testimoninm (*secius* cod. A) Catoui recte redditum non crediderim, praesertim cum de illo auctore nihil coustet. Heyne in exc. VIII ad l. VII: „Sextius Niger esse

videtur Plinio memoratus, qui graece de medicina scripsit", cui vix assentiemur (cf. Kuschel p. 20 et 31 not. 220). S. Gellius quidam (*S. Gallus* Baehrens) propter C. Caesarem (*in or. g. Rom.*) in Or. gent. Rom. c. 16 commemoratur. Fortasse propter metricam clausulam (*Argiva iuventus*) de poeta Sevio Nicanore cogitaverit quispiam, quem versibus heroicis usum esse constat (Teuffel, Gesch. d. röm. Litt. 159, 3). Equidem nomen illud e voce *Sueius* corruptum esse crediderim, quam saepius, velut in Varronis de l. Lat. VII 104, a librariis pessume commutatam esse docet Teuffel l. c. 150, 6. Ab hoc *annales* conscriptos esse e fragmentis nonnullis a Macrobio servatis concluditur. Ribbeck l. c. I 308 hunc eundem esse suspicatur ac M. Seium, quo Varro familiariter usus est. Hinc lectio codicis A bene explicaretur.

Cum tempus nomenque huius auctoris lateant et nihil impediat, quominus eum ante Varronis libros editos vixisse opinemur, quaeritur possitne credi Varronem Solino utriusque scriptoris doctrinam tradidisse. Cum ignoti illius scriptoris sententia Vergilio optime convenit, nam apud Plinium XVII 237. Horat. carm. I 7, 13. Stat. silv. I 3, 77 *Tiburnus* legimus, *Tiburtus* dicitur a Vergilio et eo auctore, ex quo pendet hic Solinus, „et Serv. ad VII 672, licet hic ex *Tiburti* male effecerit primum casum *Tibur*" (Dessau C. I. L. XIV p. 365). Attamen haud levia *Sextius ille habet, quae in Aeneide non inveniantur, alter ille Catillus, fratrum trium pater, cum omni fetu *ver sacrum missus*, Oecles avus, veteres eius regionis incolae Sicani. Quapropter temere Kindermann l. c. p. 97 fortasse *Sextium illum e Vergilio hausisse dicit. Immo testimonio illo de Siculis ad Varronem ducimur. Etenim Aborigines e narratione illa Dionysiana (I 16), quam e Varrone sumptam esse supra vidimus, condidisse urbes discimus *ἄλλας τέ τινας καὶ τὰς μέχρι τοῦδε οἰκουμένας, Ἀντεμνάτας καὶ... Τιβουρτίνους, παρ' οἷς ἔτι καὶ τόδε χρόνου μέρος τι τῆς πόλεως ὀνομάζεται Σικελικόν.* Itaque auctor ille ignotus inter eos videtur fuisse, quos de Roma ipsa agens sic Varro significat: *a Roma quod orti Siculi, ut annales veteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt* (de lingua Lat. V 101; cf. Dionys. I 20 et Kiessling l. c. 38). Samter l. c. 30 docet Silenum id prodidisse ἐν *Σικελικοῖς*, quo

Varronem auctore usum esse e Solino colligit (p. 29). Atque ut nobis persuadeatur e Varronianis scriptoribus Solinum ibi hausisse accedit aliud: locus ille de quo nunc agimus arte cum narratione de Bruttiis et Ulixe, de Ligea Sirene cohaeret, quam sequitur locus is de Praenestinis originibus, quem Varroni deberi infra videbimus. De Ligea Solini Geffcken l. c. 77 dicit: „An einigen wichtigen Beispielen wurde schon oben bemerkt, dass auch in Solins Chorographie ... nicht selten varronisch-timäische Überlieferung zu Tage tritt. Nur darauf können wir die Erwähnung der Sirene Ligea ... beziehen"; cf. p. 32 s. Apud Timaeum (p. 144 s. Geffcken) legimus: *ὧν ... καλοῦσι τὴν μὲν Παρθενόπην, τὴν δὲ Λευκωσίαν, τὴν δὲ τρίτην Λίγειαν* ([Aristot.] mir. ausc. 103); cum apud Solinum quoque Parthenope Neapolitana paulo post memoretur, iam dubium esse non potest, quin totus ille Solini locus e Varrone pendeat.

Ergo Vergilius ignoti illius auctoris sententiam a Varrone prolatam comprobavit.

Apud Servium similia leguntur haec ad Aen. VII 670: *de Graecia tres fratres venerunt ad Italiam Catillus, Coras, Tiburtus* (*Tibur* codd.) *vel Tiburnus. hi simul omnes unam fecere civitatem et eam de fratris maioris nomine Tibur appellaverunt: licet et alias fecerint singuli*; et ad 672: *Catillus, unde mons Catilli ... Coras, a cuius nomine est civitas in Italia.* Alia de Cora prodit Plin. III 63. Solin 2, 7. C. I. L. X p. 645.

Cum narratione Catoniana fabulae eae cohaerent, quibus Oecles, Amphiarai pater, in Arcadia sepultus esse (Pausan. VIII 36,4 *εἴγε δὴ ἐπέλαβεν αὐτὸν τὸ χρεὼν ἐν Ἀρκαδίᾳ*) et filius Amphiaraum patrem ultus ad Oeclem pervenisse proditur (Apollodor. III 7, 5: *Ἀλκμαίωνα δὲ μετῆλθεν ἐρινὺς τοῦ μητρῴου φόνου, καὶ μεμηνὼς πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Ὀικλέα παραγίνεται, ἐκεῖθεν δ' εἰς Ψωφῖδα πρὸς Φηγέα*).

Attamen altera illa inde orta, quod Iunonis cultus primordia — sicut Faliscorum deae — Argis repetebant, vetustior existimanda est. Steph. Byzant. s. v. *Τίβυρις. Ἀρτεμίδωρος τετάρτῳ γεωγραφουμένων· ‚ἔστι δ' ἐν μεσογείῳ καὶ Τίβυρα πόλις Ἑλληνὶς τὴν ἀρχὴν γεγονυῖα'.* Cf. Sil. Pun. VIII 364. IV 225. Klausen Aen. II 935.

## 2. De Caeculo Praenestino.

Caeculus Praenestinae urbis conditor secundum Vergilium Aen. VII 678 ss. *focis inventus* Volcani filius habitus est; sequuntur eum Gabini, Hernici, Anienis Amasenique accolae, *legio agrestis*, cuius armatura descripta fabula de Messapo exponitur.

Licet etiam originem Graecam Praeneste urbis commenti sint, Vergilius fabula domestica uti maluit, cuius apud schol. Veron. VII 681 p. 99 K. Cato et Varro auctores laudantur: *Cato in Originibus ait Caeculum virgines aquam petentes in foco invenisse, ideoque ⟨Vulcani filium eum ex⟩istimasse, et quod oculos exiguos haberet, Caeculum appellatum. Hic colle⟨cticiis⟩ pastoribus ⟨urbem Praene⟩ste fundavit. Hunc Varro ab Depidiis pastoribus educatum ipsique Depidio nomen fuisse ⟨et datum cognom⟩entum Caeculo ⟨tradit⟩ libro, qui inscribitur Marius aut de fortuna.*[1] Vergilius cum Varrone (necnon cum Catone) consentit; Serv. VII 678 haec adnotat: *Praeneste locus est haud longe ab urbe, dictus ἀπὸ τῶν πρίνων, id est ab ilicibus, quae illic abundant. ibi erant pontifices et dii indigetes, sicut etiam Romae. erant etiam illic duo fratres, qui divi appellabantur. horum soror dum ad focum sederet, resiliens scintilla eius uterum percussit, unde dicitur concepisse. postea enixa est puerum iuxta templum Iovis abiecitque. virgines aquatum euntes iuxta ignem inventum sustulerunt, qui a fonte haud longe erat: unde Vulcani dictus est filius.* Quod cum homines non crederent *invocato Vulcano, ut eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis coetus est flamma circumdatus.*

Quod Mythographus Vaticanus I 84 sic explicat: *Quidam infans expositus a quodam famulo iuxta focum, . . . calore ductus, sese in calentes cineres misit; inventusque . . . Caeculus est appellatus, quia parvulos ex igne habebat oculos; condito oppido exstruxit theatrum ligneum, ut finitimae gentes ad eam urbem concurrerent. Quumque nullus eum filium crederet Vulcani, faces tradidit amicis suis, et signo dato, spectatores flamma circumseptos invasit; rogatusque et probatus filius esse Vulcani, flammas exstinxit.*

---

[1]) De hoc libro disputat E. Norden, Mus. Rhen. XLVIII 544.

Unde Varro hauserit e Solini hoc loco intellegitnr 2, 9: *Praeneste, ut Zenodotus, a Praeneste Ulixis nepote Latini filio; ut Praenestini sonant libri, a Caeculo, quem iuxta ignes fortuitos invenerunt, ut fama est, Digidiorum sorores.* Deinde de Petelia et de Diomede agitur. Cum totus ille locus a Varrone pendeat cumque ea quoque, quae e Zenodoto afferuntur, Varroni debeantur (cf. Samter p. 75), eum *libros Praenestinos* ipsos adhibuisse apparet.

Varronem hanc fabnlam etiam in libro de familiis Troianis protulisse veri simile est: hinc enim Paulus p. 36 M.: *Caeculus condidit Praeneste* (Klausen II 767).

## 3. Patavium.

Antenor Troianns ex capta nrbe elapsus et per mare Adriaticum navi vectus, ubi e fontibus novem aqna magno cum fragore prorumpit statimque in unum flumen collecta (Timavum sc.) maris speciem refert late agros inundantis, Patavium condidit, quietas sedes, populoque nomen dedit (Aen. I 242—249). Glaucnm, Medonta, Thersilochum *tris Antenoridas* poeta VI 483 s. commemorat.

Apud Vergilium duae res diversae, fabula de Antenore et locus ille de Timavo, cur coniunctae sint, a primo non cognoscimus. Quid enim Timavus (quo etiam Lucanus Silius Statius Vergilium secuti „ad ipsos Patavinos fines designandos poetico more nsi sunt“, Heyne) cum Patavio commune habere potest? Quare Heyne in exc. VII ad l. I[1]) de his versibus: „nullo modo probare se possunt iudicio panllo acutiori; et erant illi haud dubie inter eos, quos sublatos Virgilius mallet.“

At praestat rationes Vergilii indagare quam copulationem hanc poetae vitio vertere.

Inter auctores harum fabularum laudandi sunt Maeandrius apnd Strabonem XII 552 et Scymnus Ch. 387—390, imprimis vero Sophocles in tragoedia illa, cui inscriptum erat ‚Antenoridae‘[2])

---

[1]) qui ibidem fabulas de Antenore Theanoque eius uxore et de Antenoridis in Libyam delatis amplissime consectatns est.

[2]) De hac et de tragoedia Sophoclea ‚Laocoon‘ vide C. Robert, Bild und Lied (Philol. Unters. V) 201.

cuiusque argumentum apud Strabonem videtur servatum esse (XIII 608): *Σοφοκλῆς γοῦν ἐν τῇ ἁλώσει τοῦ Ἰλίου παρδαλέαν φησὶ πρὸ τῆς θύρας τοῦ Ἀντήνορος προτεθῆναι σύμβολον τοῦ ἀπόρθητον ἐαθῆναι τὴν οἰκίαν. τὸν μὲν οὖν Ἀντήνορα καὶ τοὺς παῖδας μετὰ τῶν περιγενομένων Ἐνετῶν εἰς τὴν Θρᾴκην περισωθῆναι, κἀκεῖθεν διαπεσεῖν εἰς τὴν λεγομένην κατὰ τὸν Ἀδρίαν Ἐνετικήν*, quod secundum Nauckium, Trag. Graec. Fragm. ed 2. p. 160 „probabiliter huc refertur." Hunc nimirum auctorem Accius in ‚Antenoridis' suis secutus est, praeterquam quod apud Romanum poetam Antenor, amici populi auctor, procul dubio non Troiae proditor est dictus. Atque exitum fabulae huius a Ribbeckio recte sic descriptam esse puto (Römische Tragödie p. 409): „Die Einnahme Troias wird demnach wohl erst am Schluss unseres Dramas erfolgt und damit unmittelbar der Aufbruch Antenors mit den Henetern, sowie des Aeneas verbunden worden sein ... Für das römische und italische Publikum war der Auszug der beiden Schaaren, die im Osten und Westen der heimischen Halbinsel Ansiedlungen gründen sollten, auf denen die Zukunft der eigenen Nation beruhte, von höchster Bedeutung."

Libenter illam fabulam scriptores Romani accepere, in quibus auctor vetustissimus Cato apud Plinium h. n. III 130 (Peter fr. 42): *Venetos Troiana stirpe auctor est Cato*[1]. Strabonis temporibus haec fabula inter vulgo narratas fuit (*τὰ θρυλούμενα* XIII 607 s.), quod vel inde factum est, quod Patavio in Italia tunc una Roma anteibat (Liv. VII 30, 6), vel inde, quod fabula tunc carmine quodam quod laudaturi sumus praecipue celebrata fuit. Cf. Plin. VI 5. Solin. 2, 10. 44, 1.

Quae narratio quin Varronem non effugerit, dubium non est, a quo etiam Catonianum illud fragmentum de Venetorum origine Plinius III 130 accepisse videatur.

Haec de Antenore; de Timavo locus quasi classicus apud Strabonem hic est (V 214 s.): *ἐν αὐτῷ δὲ τῷ μυχῷ τοῦ Ἀδρίου καὶ ἱερὸν τοῦ Διομήδους ἐστὶν ἄξιον μνήμης, τὸ Τίμαυον. λιμένα γὰρ ἔχει καὶ ἄλσος ἐκπρεπὲς καὶ πηγὰς ἑπτὰ ποτα-*

[1]) qui etiam Euganearum gentium oppida XXXIV enumeravit (fr. 41).

*μίου ὕδατος εὐθὺς εἰς τὴν θάλασσαν ἐκπίπτοντος, πλατεῖ καὶ βαθεῖ ποταμῷ. Πολύβιος δ' εἴρηκε πλὴν μιᾶς τὰς ἄλλας ἁλμυροῦ ὕδατος, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐπιχωρίους πηγὴν καὶ μητέρα τῆς θαλάττης ὀνομάζειν τὸν τόπον. Ποσειδώνιος δέ φησι ποταμὸν τὸν Τίμαυον ἐκ τῶν ὀρῶν φερόμενον καταπίπτειν εἰς βέρεθρον, εἶθ' ὑπὸ γῆς ἐνεχθέντα περὶ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα σταδίους ἐπὶ τῇ θαλάττῃ τὴν ἐκβολὴν ποιεῖσθαι.* Scquitur narratio ampla de Diomede harum regionum rege et post mortem hic culto, cum omittere se dicat Strabo consulto fabulosa illa de Phaethonte, de Eridano, de Electridibus insulis, de Meleagridibus etc.

Atque primam illam de Timavo sententiam Timaeo deberi ex eo concludere licet, quod locus ille artissime cum narratione de Diomede cohaeret, de cuius regno atque cultu Tauromenitanus uberrimus fuit (Geffcken 133 ss.), et ex eo, quod ei adicitur Polybii, Timaei adversarii, iudicium reprehendens sive corrigens. Praeterea fabulosa illa, quae Strabo omittere se velle ait, a Timaeo enarrata sunt (Geffcken 132, 23 ss. [Arist.] mir. ausc. 81). Quare recte Ed. Meyer, Gesch. d. Alt. II § 314 etiam hoc Strabonis loco Timaei vestigia a Geffckeno neglecta esse dicit.

Varronem de hoc fluvio miraculoso egisse vel inde colligere licet, quod in libro de litoralibus omnia huiuscemodi flumina et litora videtur enumerasse. Cf. Mommsen, Solin. ed. alt. (1895) praef. XV. Solin. 57, 8. 60, 6. 116, 6. 148, 1.[1]) Praeterea fragmentum, exiguum sane, sed ex ipsa Varroniana doctrina petitum, apud Serv. I 246 invenitur hoc: *amat poeta rem historiae carmini suo coniungere. Varro enim dicit hunc fluvium ab incolis mare nominari* (ant. rer. hum. X 6 Mirsch. Samter l. c. 64). Vergilium ipsis Varronianis verbis usum esse apparet.

Quaeritur verine sit simile utramque rem iam a Varrone eodem loco commemoratam fuisse. Atque conferas Polyb. II 17, 6: *προσαγορεύονται δὲ Οὐένετοι — περὶ ὧν οἱ τραγῳδιογράφοι πολύν τινα πεποίηνται λόγον καὶ πολλὴν διατίθενται τερατείαν.* Praeterea Heyne l. c. 145 Woodium secutus docet „navigationem ex Ionio mari in interiora Adriae aliter tuto fieri non posse, quam ut littus Illyricum legatur“: „ubi ad

---

[1]) De *accessu maris* illarum regionum Serv. ampl. I 246 disserit.

intima Istriae perventum est, etiamnum recta traicitur mare adversus Venetias"; cf. Liv. X 2 et de Pollionis expeditione contra Parthinos Illyrici facta Vergil. ecl. VIII 6 s. Quare Vergilii auctorem Antenoridarum errores enarrantem Timavum omisisse credi non potest, atque optime in illam τερατείαν poetae illa quadrant:

> . . . . . . . . . . . . . . *fontem superare Timavi,*
> *unde per ora novem vasto cum murmure montis*
> *it mare proruptum et pelago premit arva sonanti,*

ubi Varronem adhibitum esse iam vidimus. Itaque dubium esse non potest, quin de toto hoc loco Varronem Vergilius consuluerit.

Ceterum Timavum iam apud Accium non omissum esse credere licet, cuius patria ab his regionibus non ita remota fuerat. Kuschel l. c. 7 Vergilium ex ‚Antenoridis' Sophoclis haurire dicit, de quibus fere nihil constet.

Copiosa de Antenore et de Antenoridis fabula apud Serv. ampl. ad Aen. I 242 narratur haec: *capto Ilio Menelaus memor se et Ulixen beneficio Antenoris servatos, cum repetentes Helenam ab eo essent suscepti ac paene a Paride aliisque iuvenibus interempti essent, parem gratiam reddens inviolatum dimisit. qui cum uxore Theano et filiis Helicaone et Polydamante* (cf. Il. III 122. Paus. X 26, 3.) *ceterisque sociis in Illyricum pervenit* (Herod. I 196. Polyb. II 17) *et bello exceptus ab Euganeis et rege Veleso victor urbem Patavium condidit; id enim responsi acceperat eo loco condere civitatem, quo sagittis avem petisset; ideo ex avis petitae auspicio Patavium nominatum, cui aeternitatem *Helicaon ne victor rediret gladio peremit.* Sed haec narratio longa vix pro vernacula de Patavii origine fabula habenda est, quam Patavinus ille rerum scriptor patriae suae amantissimus, qui ab eius origine ordiatur, certe pertractavisset. Livius I 1 sic incipit: *Iam primum omnium satis constat Troia capta in ceteros saevitum esse Troianos, duobus, Aeneae Antenorique, et vetusti iure hospitii et quia pacis reddendaeque Helenae semper auctores fuerunt, omne ius belli Achivos abstinuisse, casibus deinde variis Antenorem cum multitudine Enetum, qui seditione ex Paphlagonia pulsi et sedes et ducem rege Pylaemene ad Troiam amisso quaerebant, venisse in intimum Adriatici maris sinum*

*Euganeisque, qui inter mare Alpesque incolebant, pulsis Enetos Troianosque eas tenuisse terras. et in quem primo egressi sunt locum, Troia vocatur pagoque Troiano inde nomen est* (Steph. Byz. s. v. *Τροία· ἔστι καὶ Τροία πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ τῆς Βενετίας . . .*); *gens universa Veneti appellati.*

Uberiorem illam fabulam propter rerum Italicarum peritiam (rex Velesus,[1]) Pet-avium[2])) e scriptore Latino aliquo fluxisse et ob eam rem, quod Livius eius mentionem non facit, post eius tempora confictam esse puto atque ab auctore quodam — fortasse epico poeta —, qui manifesto Vergilium imitatus est.

Atque equidem suspicor fabulam sic tractatam esse a Largo epici illius carminis scriptore, quod Ovidius Ex Ponto IV 16, 17 s. sic attingit:

*Ingeniique sui dictus cognomine Largus*
*Gallica*[3]) *qui Phrygium duxit in arva senem.*

Locos de Antenore collegit R. Stiehle in Philol. vol. XV 593 ss., qui commemorat medio quod uos dicimus aevo etiam Danorum originem a Dano quodam Antenoris filio ductam esse. Mommsen, C. I. L. V 1 p. 267 de ludis Patavii Graeco more in honorem Antenoris celebratis agit. De Venetis Niebuhr l. c.

[1]) Apollinis nomen apud Aquileienses *Βέλενος* erat. Etiam apud Herod. VIII 3 p. 156, 33 Bekk.: *Βέλιν δὲ καλοῦσι τοῦτον* (*τὸν ἐπιχώριον θεόν* sc.) *σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι θέλοντες*, e lectione codicis Ven. *βέλεν* et ex Ausonii loco Prof. Burdig. 4, 9 et 10, 16 secundum Dindorfium restituendum est *Βέλενον*. Fortasse apud Serv. ampl. *Velenus* sive *Belenus* pro *Velesus* scribendum est: certe autem haec nomina aliquo modo inter se cohaerere puto. De Beleno G. Wissowa agit apud Roscherum I 755 s. et Nissen l. c. I 487. Notandum est etiam Timavi fontem haud longe ab Aquileia et Tergeste abesse (Plin. II 102. Serv. Aen. I 246. Heyne l. c. 143 s.). De Beleno Wissowa: „in Aquileia wird er auch mehrfach als Fons Belenus angeredet als Gott einer Heilquelle." Cf. M. Ihm, Pauly-Wissowa III 199 ss.

[2]) Veriloquium illud minus ineptum videtur esse, si cum eo coniungimus schol. Veron. Aen. I 247 p. 83 K. **uas aves Antenor secutus traditur ex responso*, et *responsum* in fabula supra allata. Fortasse auctor ille Vergili ludos funebres imitatus est. De Lucan. VII 192 ss. vide Ribbeck, Gesch. der röm. Dicht. III 106.

[3]) Cisalpina sc.; at vide de Francorum Gallorumque origine Troiana Th. Birt in Mus. Rh. LI 506. 528.

I (1827) 170 ss., de causis, cur fabula de Antenore et de Enetis huc translata sit, Nissen disputat l. c. 490, 6; cf. auctores de Venetorum re equaria ibi laudatos.

## 4. Politorium.

Priamum, Troianorum regis nepotem, Politae filium (cuius nex Aen. II 526 ss. narratur), poeta Italos aucturum i. e. Politorium Latii oppidum conditurum esse dicit V 564.

Fabula de Troiana Politorii origine iam a Catone est relata (Serv. Aen. V 564, fr. 54 Peter): (Polites) *segregatus ab Aenea* (condidit) *oppidum Politorium a suo nomine* (cf. Serv. ampl. Aen. I 2). Varro hoc procul dubio in oppidis Latinis dirutis enumeravit: hinc Plin. III 68 (Mommsen, Herm. XVII 58. Seeck, Mus. Rhen. XXXVII 9 s.). Varrone Vergilius usus est auctore, qui tamen enarrata Politae nece (poeticum nescio quod exemplum secutus) oppidi conditorem Politae filium dicere coactus est, cui avi nimirum nomen dedit.

Testimonia collegit R. Stiehle, Philol. XV 605 s.; de nomine oppidi egit Cuno II 72.

## 5. Caere.

Caeretanorum dux apud Vergilium Aen. X 180 Astur est pulcherrimus, quem etiam Pyrgorum Graviscarumque incolae sequuntur, quorum alii Mezentii partibus favent, deorum contemptoris propter saevitiam immanesque mores a civibus expulsi; qui a Turno cum Lauso filio praestantissimo exceptus summa fortitudine adversus Troianos Etruscosque coniunctos proeliatur, dum ab Aenea filium amissum ulcisci conatus occiditur (Aen. VII 647—654. X 180—184 etc.; de Mezentio crudeli tyranno vide Aen. VIII 478 ss.).

Cum longum sit fabulas de adventu Aeneae consectari, narrationem de Mezentio unam exponemus, ut cognoscamus aliam hic Vergilium viam ingressum esse et elementa illa a mythographis tradita in rebus cum summa carminis cohaerentibus sic disposuisse atque commutasse, ut poetae ingenium et studium admiremur.

Mezentins iam in veteribus de Aeneae adventn fabellis adversarins praestantissimus Troianorum nobis occnrrit; attamen videmus Caeretanornm regem non inde a principio easdem partes egisse, sed vetnstam subesse fabulam ex usu qnodam cultus divini ortam, cnius forma omnium maxime sincera atqne gennina apud Festum s. v. *oscillantes* p. 194 invenitur: *Oscillantes, ait Cornificius, ab eo quod os celare sint soliti personis propter verecundiam, qui eo genere lusus utebantur. Causa autem eius iactationis Latinus rex, qui praelio, quod eis + fuit adversus Mezentium Caeritum regem, nusquam apparuerit, iudicatusque sit Iuppiter factus Latiaris. Itaque scit eius dies + feriatos liberos servosque requirere eum non solum in terris sed etiam qua videretur caelum posse adiri per oscillationem* etc., ubi aperte bellnm Latinorum et Latini regis contra Caerites et Mezentium significatnr. Quibuscum hoc Inlii Caesaris et A. Postumii Albini fragmentum coninngendum esse puto, in quod mea qnidem sententia Ascanii sive Iuli nomen ab ipsis illis auctoribns illatum est (Müller Fr. Hist. Gr. III 174 ex auct. de or. gent. Rom. 15): *Itaque vino et omni vindemia Iovi publice voto consecratoque Latini urbe eruperunt*[1]) *interfectoque Lauso Mezentium fugam facere coegerunt. Is postea per legatos amicitiam societatemque Latinorum impetravit.*

Hanc fabnlam in Ascaninm translatam plenissime exponit Dionys. Hal. I 65. Ovidius fast. IV 877, qui explicans τὸ αἴτιον inde Veneris festum vinalia dici prodit, secundum Heynium in exc. III ad l. VIII „exponit narrationem suo more, ut tamen Varronem potissimnm ante oculos habnisse videatur.“ Adscribantnr Ovidii haec:

*cur igitur Veneris festum Vinalia dicant*
*quaeritis, et quare sit Iovis ista dies?*
*Turnus an Aeneas Latiae gener esset Amatae*
*bellum erat: Etruscas Turnus adoptat opes.*

Mezentins haec praeter alia dicit:

*qui petis auxilium, non grandia divide mecum*
*praemia, de lacubus proxima musta tuis.*

---

[1]) nt Nisus et Euryalus Vergilii.

*adnuerant Rutuli: Mezentius induit arma,*
*induit Aeneas adloquiturque Iovem:*
*hostica Tyrrheno vota est vindemia regi*
*Iuppiter, e Latio palmite musta feres.*
*vota valent meliora.*

Simillima Varro prodit apud Plin. n. h. XIV 88 (ant. rer. hum. II 17 Mirsch): *M. Varro auctor est Mezentium Etruriae regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede, quod tum in Latino agro fuisset,* et de l. Lat. VI 57 (de vinalibus rusticis), aliam sententiam ferens l. l. VI 55 s.

Similia iam Cato prodidit, cuius fr. 12 Peter e Macrobio Sat. III 5, 10 sumptum hoc est: *ait enim Mezentium Rutulis imperasse, ut sibi offerrent quas dis primitias offerebant, et Latinos omnes similis imperii metu ita vovisse: Iuppiter, si tibi magis cordi est nos ea tibi dare potius quam Mezentio, uti nos victores facias.*

Mezentium non modo a Varrone et a Catone, sed etiam in aliis narrationibus totius Etruriae regem habitum esse videmus, cuius rei vestigia etiam in Vergiliano carmine non evanuerunt, ubi omnes Etruriae civitates Mezentium iniurias ulciscendi causa et ad eius vim arcendam Rutulis, qui tyranno favent, bellum inferunt (Aen. VIII 494 s.). Etiam apud Iustinum XXXXIII 1 bellum adversus *Mezentium Etruscorum regem* enarratur; Turnum Liv. I 2 confugisse dicit *ad florentes opes Etruscorum Mezentiumque regem eorum.*

Itaque primam huius fabulae formam fuisse suspicor hanc: Latini a Mezentio Etruscorum rege improbo opprimuntur, qui ea condicione pacem facere vult, ut Latini totam vindemiam sibi tradant; Latini divinum numen veriti eam Iovi vovere maluerunt et ob id votum secundo Marte pugnaverunt. Latinus rex ex illo tempore nusquam apparuit. Quam fabulam cum festis vinalium diebus coniunctam fuisse puto et posteriore demum tempore sic commutatam, ut Aeneas Ascanius Turnus in eam inducerentur. Hanc Vergilius apud Varronem invenit: hinc Mezentius Aeneidis, Etruscorum rex, deorum contemptor, Aeneae adversarius.

Sed alias quoque rationes inter Aeneam Etruscosque iu historia fabulari fuisse iam supra vidimus; etenim apud Timaeum et Lycophronem Nano illo auctore Etruscorum opes cum Troianis couiunguntur, quam fabulam Vergilio Varro suppeditavit. Poeta ea libeuter usus est, quod neque viribus Latiuorum Rutulorum Etruscorum couiunctis solos Aeueae comites opponere poterat neque plures expeditiones (ut iu veteribus fabulis) euarrare volebat.

Quaerebatur igitur, quomodo Etruscorum opes disciudi posseut; fabulae forma a Varroue prodita dubitantem poetam quasi in viam deduxit.

Vidimus iam iu vetustissimis Latii fabulis[1]) Mezentium deorum coutemptorem, tyrannum iniustissimum dici: quo facile adducimur, ut credamus tyrannum a civibus indignautibus pulsum esse. Quod ut vero proximum esset, Mezentii mores poeta descripsit eos, quos piratarum Etruscorum veterum fuisse Varro prodiderat. Exstat Ciceronis fragmentum (ex ,Hortensio' servatum apud Augustin. contra Iul. Pelag. IV 15. Cic. ed. Orelli alt. IV p. 986), in quo hoc legimus: *verumque sit illud, quod est apud Aristotelem, simili nos affectos esse supplicio atque eos, qui quondam, cum in praedonum Etruscorum manus incidissent, crudelitate excogitata necabantur, quorum corpora viva cum mortuis . . . quam aptissime colligabantur, sic nostros animos cum corporibus copulatos.* Neque tamen ex ipso Aristotele Ciceronem haec attulisse puto, sed ea deberi studiis doctis Varrouis amici[2]), quo uos ducit Cicerouis fr. 92 p. 987 Or. a Servio ad Aen. VIII 479 servatum, ubi Lydorum expeditio Tyrrheno duce facta et Tyrrhenorum piratarum crudelitas exponitur ueque Tuscorum illud veriloquium omittitur Varronianum *ἀπὸ τοῦ θύειν*. Eadem apud Serv. ad Aeu. II 781 iuveniuntur,

[1]) Cf. „Allodium" Albanorum regem apud Dionys. I 71, 3 (e. g. *ᾧ περιφρονοῦντι τὰ δαιμόνια*), ubi pro *ΑΛΛΩΔΙΟϹ* legendum esse *ΑΜΟΛΙΟϹ* Trieber vidit Herm. XXIX 130, assentiente E. Schwartz, Die Königslisten des Eratosth. u. Castor, Abh. der Ges. der Wiss. zu Göttingen, vol. XL (1894) 3, 1.

[2]) Haud raro Ciceronem Varronis scripta in usum vocasse alio loco se demonstraturum esse E. Norden pollicetur Mus. Rheu. XLVIII 350, 1. Cf. Cic. acad. post. I 9.

quem locum e Varrone pendere supra vidimus. Hinc igitur Vergilii illa Aen. VIII 483 ss.:

> *quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni*
> *effera? di capiti ipsius generique reservent!*
> *mortua quin etiam iungebat corpora vivis*
> *componens manibusque manus atque oribus ora*
> *tormenti genus, et sanie taboque fluentis*
> *complexu in misero longa sic morte necabat.*[1])

Itaque tyrannus ob immanitatem pulsus (sicut Metabus Aen. IX 539 ss. eiectus *ob invidiam viresque superbas,* Tarquinius Superbus Liv. II 21) ad Turnum fugit: sic fabula Catoniana plane inversa, qua tradebatur *Turnum postea ad Mezentium confugisse* (fr. 9 Peter = Serv. ad Aen. I 267). Vergilius carmen epicum vereque poeticum procreare studens, non fabellas vix cohaerentes, conficta Mezentii fuga omnes difficultates amovit et bella proeliaque apud priores auctores per complures annos distracta contrahere potuit. Itaque elementa illa Varroniana sic Vergilius commutavit et *δραματικῶς* composuit, ut unum sit summum discrimen et carmine ad finem perducto imperium Troianorum stabilitum, tota res acta sit. De hac re vide Schweglerum l. c. I 290, 9. 329 s. Kuschel p. 19 et not. 216.

Asturem Caeretanorum ducem in Aeneide non ex historia fabulari de Aeneae adventu sumptum esse ex iis quae supra disputavimus elucet. Serv. ampl. haec adnotat non ita inepta: *quidam ‚Astur' pro ‚Astures' accipiunt, apud quos equi et equites optimi perhibentur.* Cogitari enim potest Vergilium, qui saepius in Aeneide res sui temporis, Augusti praecipue instituta, tangit, hoc nomine ficto ad bella Augusti Hispaniensia alludere voluisse, cuius legatus C. Antistius Astures vicit (Dio Cass. LIII 25). In illis regionibus oppidum est constitutum, cui *Asturica Augusta* nomen inditum est. Accedit, quod Astyr[2])

---

[1]) De crudelitate piratarum Etruscorum disputat O. Müller l. c. I 79. Hesych. s. v. *Τυρρηνοὶ δεσμοί.* Steph. Byz. s. v. *Κύζικος.* De voce *tyrannus* a Tyrrhenis ducto vide Philoch. ap. schol. Lucian. Catapl. 1. Argument. Soph. Oed. Tyr. O. Müller l. c. I 108.

[2]) *Astyr* apud Vergilium lectionem exhibet cod. Med. Diomedes p. 445 Keil.

Memnonis armiger et gentis Asturum auctor a Silio (Pun. III 334 ss.) Vergilii sectatore commemoratur. Optime denique cum epitheto illo *equo fidens* scriptorum testimonia de Asturum equis praestantibus congruunt (Plin. VIII 166. Hübner, Pauly-Wissowa II 1863 s.).

Etiam de rebus geographicis Varronem a Vergilio consultum esse cognosci potest, apud quem Graviscae *intempestae* dicuntur, nam haec Catoniana (fr. 46 P.) Servii auctoribus per Varronem tradita esse elucet (Serv. ad Aen. X 179): *Intempestas ergo Graviscas accipimus pestilentes . . . secundum . . . Catonem in originibus . . . nam, ut ait Cato, ideo Graviscae dictae sunt, quod gravem aerem sustinent.*

Quaestio tertia.

## De fabulis ab aliis auctoribus relatis, per Varronem Vergilio traditis.

### 1. Anchemolus Marsorum.

*Rhoeti de gente vetusta* ortus est Anchemolus Turni socius, qui novercae thalamos incestare ansus est (X 388 s.).

Consectaturi iam fabulam hanc alibi non tactam proficiscamur a Servii nota ad l. l.: *haec fabula in Latinis nusquam invenitur auctoribus. Avienus tamen, qui totum Livium iambis scripsit, hanc commemorat, dicens Graecam esse. Rhoetus ergo Marrubiorum rex fuerat in Italia, qui Anchemolo filio Casperiam superduxit novercam: hanc privignus stupravit. quo cognito cum eum pater persequeretur et ad poenam vocaret, fugiens ille se ad Turnum contulit.*

Apparet hoc in sero additis numerandum esse, cum Avienus saeculo quarto exeunte floruerit. Ergo illud, quo ait hanc fabulam in Latinis nusqnam inveniri libris, non magni aestimabimus. Multo doctiora Serv. ampl. adiecit haec: *ad Daunum . . . „gente" autem „vetusta" ideo, quia a Phorco deo marino originem ducere legitur. hoc totum Alexander Polyhistor tradit, quem Lucius Sulla civitate donavit.* Itaque Alexander Polyhistor, qui multas fabulas Graecas in Italiam transtulit, huius narrationis auctor fuit. Cum eum saepius a Varrone expressum esse sciamus [1]) (de Servii schol. ad VIII 330 vide infra),

[1]) Sane hunc G. F. Unger Philol. I (1847) 177 ss. a. demum 40 a. Chr. n. floruisse demonstrare conatur; sed eius rationes reiecit Schwartz, Pauly-Wissowa I 1449, qui eum a. 70—60 a. Chr. n. clarum habitum esse docet. Cf. J. Freudenthal, Hell. Studien I, II 1875.

et cum verisimilius sit Vergilium etiam hoc Varroni debere quam Polyhistoris vasta collectanea ab eo adhibita esse, hanc fabulam a Varrone quoque commemoratam esse et inde Servio ampl. innotuisse credemus.

Quae opinio ea re comprobatur, quod *Rhoeti gens vetusta* a Phorco[1]) ducitur, cum Varro deum illum marinum in mari occidentali quondam imperasse auctor fuerit. Etenim apud Serv. ad Aen. V 824, qui locus totus Varroni reddendus est (ant. rer. hum. XII 6 Mirsch; cf. Serv. III 420; Thilo comparare iubet Mythogr. Vat. I 129. II 167) haec reperiuntur: *hic autem Phorcus dicitur Thoosae nymphae et Neptuni filius. ut autem Varro dicit, rex fuit Corsicae et Sardiniae: qui cum ab Atlante rege navali certamine cum magna exercitus parte fuisset obrutus, finxerunt socii eius eum in deum marinum esse conversum.*

Fortasse similia iam Timaeus fabulatus erat, ubi Phorcys Scyllae pater filiam necatam ad vitam revocasse legebatur (Geffcken l. c. 108, 28 ss.).

## 2. Archippus et Angitia Marsorum.

Umbronem Turno Archippus auxilio mittit, Marsorum rex, quos angues domandi et leniendi peritissimos fuisse poeta dicit (VII 750—760). Sacerdotem fortissimum, cui dies supremus obeundus sit, Vergilius sic alloquitur:

*Te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus unda,*
*te liquidi flevere lacus.*

V. 760 imperfectus est; cf. X 544.

Auctorem harum fabularum uberrimum fuisse Gellium annalium scriptorem apparet, tametsi pauca eius fragmenta servata sunt, quae huc spectant.

Peter fr. 8 (Plin. III 108): *Gelli[an]us*[2]) *auctor est lacu Fucino haustum Marsorum oppidum Archippe, conditum a Marsya duce Lydorum.*

[1]) de Phorcidis C. Robert agit in Herm. vol. XXXVI 159 s.

[2]) *Gellius* dictum esse ostendit F. Münzer l. c. p. 376 s. not., similia Plinii errata afferens.

Fr. 9 (Solin. 2, 28): *Cn. Gellius*[1] *Aeetae tres filias dicit, Angitiam, Medeam, Circen; Circen Circeios insedisse montes, carminum maleficiis varias imaginum facies mentientem; Angitiam vicina Fucino occupavisse ibique salubri scientia adversus morbos resistentem, cum dedisset homines vivere, deam habitam; Medeam ab Iasone Buthroti sepultam filiumque eius Marsis imperasse.*

Archippum quoque hic, ubi Archippe commemorata sit, non omissum esse veri simillimum est.

Atque Samter nono dissertationis suae capite demonstravit Cn. Gellii doctrinam Varronem non aspernatum esse, qui auctorem illum in Sabinorum rebus enarrandis expresserit (hinc Dionys. II 31. 72. 76. IV 6. VI 11. VII 1 etc.) et de virginibus raptis ea, quae Cn. Gellius et M. Porcius Cato prodiderunt, composuerit. Ergo Varronem[2]) hic quoque Gellii sententias Vergilio suppeditasse iam adducimur ut credamus.

Accedit quod Gelliana illa fragmenta ita sunt tradita, ut non dubium sit, quin e Varronis libris sint sumpta. Fragmentum 8 in libro III Pliniano invenitur, ubi tot Varronianae doctrinae vestigia detecta sunt.[3]) Solini locus de *Marsorum gente serpentibus inlaesa* et de Aeetae filiabus sententiam cum Plinio congruentem de Hirpis Faliscorum insequitur et maximam partem ex auctore illo ‚ignoto' fluxit, qui saepe Varroniana servavit (Samter l. c. 21).

Praeterea eiusdem fabulae vestigia apud eos auctores exstant, qui saepenumero e Varrone hauserunt. Primum Silius eandem fabulam refert, atque Vergiliana uberiorem, Pun. VIII 495—506:

> *Hae bellare acies norant; at Marsica pubes*
> *et bellare manu et chelydris cantare soporem*
> *vipereumque herbis hebetare et carmine dentem.*

---

[1]) *Coelius* Mommsen; *Gellius* Krause, Roth, Peter. De Coelio Varronis auctore vide F. Münzerum l. c. 228.

[2]) Münzer l. c.: „Überhaupt erwähnen den Gellius nach Dionys von Halikarnass lediglich Autoren, deren Wissen in letzter Linie auf Varro zurückgeht."

[3]) Geffcken l. c. 78 s.: „Mit Reitzenstein (Herm. XX 536) bin ich überzeugt, dass bei Plinius III wesentlich Varro vorliegt."

*Aeetae prolem, Angitiam mala gramina primam*
*monstravisse ferunt tactuque domare venena*
*et lunam excussisse polo, stridoribus amnes*
*frenantem, ac silvis montes nudasse vocatis.*
*sed populis nomen posuit metuentior hospes*
*cum fugeret Phrygias trans aequora Marsya Crenas,*
*Mygdoniam Phoebi superatus pectine loton.*
*Marruvium, veteris celebratum nomine Marri,*
*urbibus est illis caput* etc.

De quo loco Geffckeu l. c. 80: „Wir bemerkeu ... Aukläuge au Gellius in der Sage von Augitia, den marsischen Zaubermitteln und Marsyas, dies alles wahrscheinlich Zwischenquellen entnommen. In erster Linie ist der Archeget italischer Altertumsforschung, Varro, benutzt." Atque cum Silio conferas Serv. Aen. VII 750: *Medea quando relictis Colchis Iasonem secuta est, dicitur ad Italiam pervenisse, et populos quosdam circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui Marrubii appellabantur quasi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinem, docuit remedia contra serpentes: quamquam alii Marrubios a rege* (*Marro* hic e Silio supplebimus) *dictos velint. hi ergo populi Medeam Angitiam nominaverunt ab eo, quod eius carminibus serpentes angerent ... sunt autem isti Marsorum populi.*

Opinio nostra eo comprobatur, quod fabulam quandam cum Vergiliana hac arte cohaerentem eodem modo a Gellio Varroni, a Varrone Solino traditam esse apparet. Samter enim l. c. 22 s. in ea inquirens, quae de Roma urbe Solinus collectaneis suis praemisit, totum fere Solini caput primum e Varronis libris derivatum esse videri docet et recte haec quoque Gellii per eundem scriptorem Solinum (1, 8 s.) accepisse suspicatur: (Hercules aram punito Caco patri Inventori dicavit) *qui Cacus habitavit locum, cui Salinae nomen est: ubi Trigemina nunc porta. hic, ut Gellius*[1]) *tradidit, cum a Tarchone Tyrrheno, ad quem legatus venerat missu Marsyae regis, socio Megale Phryge, custodiae foret datus, frustratus vincula et unde erat*

[1]) Münzer Mus. Rhen. LIII 598 ss. hanc de Caco fabulam examinat; cf. etiam G. Wissowa, Pauly-Wissowa III 2905.

*redux, praesidiis amplioribus occupato circa Vulturnum et Campaniam regno, dum adtrectare etiam ea audet, quae concesserant in Arcadum iura, duce Hercule qui tunc forte aderat oppressus est. Megalen Sabini receperunt, disciplinam augurandi ab eo docti.* Eodem modo cum auguriorum Italicorum primordiis Marsyam alio loco coniunctum videmus, quem vero est proximum e Varrone fluxisse, scilicet apud Serv. ampl. ad Aen. III 359: *Sciendum tamen, sicut veteres auctores affirmant, peritissimos auguriorum et Aeneam et plurimos fuisse Troianos* (sic Anchises praecipue a Vergilio describitur). *non nulli autem dicunt a Marsya rege missos e Phrygia regnante Fauno, qui disciplinam auguriorum Italis ostenderunt.* Idem Serv. ampl. ad eundem Vergilii versum de eadem re Varronem auctorem laudat sic: *Varro autem quattuor genera divinationum dicit* etc. (cf. Isidor. orig. VIII 9, 13. Kettner l. c. 18).

Quae cum ita sint, iam dubium esse non potest, quin Vergilius fabulas Gellianas de Marsorum origine (quarum cum frustula exigua tantum sint reliqua, casu factum esse credemus, ut Archippus et Umbro in iis non reperiantur, cum Archippe commemoretur) apud Varronem invenerit. — Itaque suspicari licet poetam narrationem illam ad finem nondum perductam supplere voluisse addentem fabulam de Archippe urbe *in lacum Fucinum dissoluta*, quam a Varrone relatam fuisse vidimus.

Adnotamus similes narrationes a Varrone non neglectas esse; velut Mirsch Plinii nat. hist. VII 13 haec Varronis ant. rer. hum. libro I reddit: *Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse, quos Ophiogenes vocat, serpentium ictus contactu levare solitos et manu imposita venena extrahere corpori. Varro etiamnum esse paucos ibi, quorum salivae contra ictuus serpentium medeantur. Similis et in Africa Psyllorum gens fuit.* Cf. fr. 2 et 3 et Strabo XIII 588; ad quos Psyllos A. Gellius transit, postquam de Marsis gente *a Circae filio orta* egit (noct. Att. XVI 11, 1 ss.). Similem fabulam Servius, qui de Campania Varronem sequi solet, ad Aen. VII 730 tangere videtur: *Capuenses ... ante Ophici appellati sunt, quod illic plurimi abundavere serpentes.*

Medea,[1]) qnae alios qnoqne malo illo liberavit (Hygin. f. 26 et Steph. Byz. s. v. Ἀψυρτίδες), et Circe artem snam ab Hecate Aeetae nxore accepernnt secundum schol. Ap. Rhod. III 200.

Alterum Marruvinm, Aboriginnm oppidum, a Varrone commemoratum esse e Dion. I 14 conligemus, nbi legimns: πλησίον δὲ τῆς Ἴσσης Μαρούιον, cnm antea de toto illo nrbinm Aboriginum catalogo Οὐάρρων Τερέντιος ἐν ἀρχαιολογίαις landatus sit.

De fabnla hac disseruut Heyne in exc. VIII ad l. VII. Klansen l. c. II 841. 1039—1044. Kindermann l. c. 107 s. De sacro Angitiae nemore tituloque qnodam ibi eruderato vide Mommsen C. I. L. IX p. 367. Wissowa, Panly-Wissowa I 2191.

## 3. De Dardano Cortonensi.

Dardanum cnm Iasio e Corytho Etrnsca profectnm in Samothraciam, inde in Asiam iise auctor est Vergilins (Aen. III 166 ss. VII 240. 205 ss. I 380. II 620. VII 122).

Nomen *Corythus* a Vergilio aliisqne pro Cortona poni omnibus persuasum est; nnus aliam sententiam explicavit J. G. Cnno l. c. II 246: „Dieses kann nicht die im Inneren Nordetruriens gelegene Stadt Cortona gewesen sein, welche man hierher zu ziehen pflegt — das ist sprachlich nnmöglich, dem widersprechen die Sachen: denn Corythns erscheint überall als ein Land, wie bereits hervorgeht aus den Versen der Aeneis IX 10 nnd X 719:

> *Extremas Corythi penetravit ad urbes*
> *Venerat antiquis Corythi de finibus . . .*

Corythns ist das dem Aeneas und seinen Nachkommen verheissene Land, in das er wirklich gekommen ist, von welchem er wenigstens einen Teil in Besitz genommen hat: nach unserem Dichter ist Corythns das was der Peloponnes den Herakliden war." Atqui nnllins ponderis est X 719, cum in versu insequenti (*Acron Graius homo* etc.) aperte fabnlam de Pelasgica

[1]) Medus, Medeae filius, reperitur apud Varronem Atac. frg. 11 Bähr.

**Cortonae** origine significari viderimus; et ad IX 10 recte Forbiger adnotat: „*Corythi ad urbes* ad Etruriam, quam designat a Corytho, conditore Cortonae. Similiter apud Rutil. I 600 *Corythi populi* pro *Tyrrheniae populi* accipiendum"; vide not. Forbigeri ad III 170.

Atque de rationibus quibusdam, quae inter Dardanum et Italicos mores intercedunt, Varronem egisse p. 316 [32] demonstratum est, ubi haec e Varrone fluxisse invenimus: *non nulli* (Salios) *a Dardano institutos volunt, qui Samothracibus diis sacra persolverent* (Serv. ampl. VIII 285; cf. Plut. vit. Num. 13). Kuschel l. c. 11 Vergilium etiam de Dardano in Asiam e Samothracia profecto Varronis auctoritate usum esse recte vidit, quem de ratione, quae Samothraciae cum Troade est, Callistratum et Satyrum secutum esse docet G. Wissowa Herm. XXII 40, cum de penatibus in Italiam Troia deductis Romanus Timaeo assentiatur. Serv. ampl. ad Aen. III 148 e Varronis rer. hum. secundo refert haec: *Varro sane . . . ait, Aeneam deos penates in Italiam reduxisse . . . sane hos deos* **Dardanum** *ex* **Samothracia in Phrygiam**, *Aeneam vero in Italiam ex Phrygia transtulisse idem Varro testatur.*[1])

Videmus Varronem de Dardano uberrimum fuisse auctorem atque etiam eas sententias protulisse, quae ipsi non placerent.

Etiam eas rationes plurimis Varro exposuit, quas Dardano cum Arcadia fuisse fabulabantur, secutus scriptores illos *Ἀρκαδικῶν*, in quibus fuere Archetimus (Müller F. H. G. IV 317), Ariaethus (Dion. Hal. 1 49. Müller IV 318), Demaratus (Müller IV 379), Nicias (Müller IV 463), Aristippus (l. c. IV 327), Agathyllus (IV 292), Polemo (III 122, 24), Staphylus Naucratita (IV 506), Hellanicus (I 53; cf. ‚Atlantis' I 52, fr. 56), Aristoteles (II 134, 91), Philostephanus περὶ Κυλλήνης.[2]) Quin etiam Dionysium

[1]) Cf. Serv. I 378, ant. hum. fr. II 8 Mirsch. Serv. II 325. III 2. Macrob. Sat. III 4, 7. Agahd l. c. 187 ss. (ant. rer. div. l. XV, in quo libro *etiam Samothracum nobilia mysteria acta sunt* fr. 4). De penatibus Etruscorum cf. fr. 6. De penatibus sententiae Varronis Attici auctoritas opponitur apud schol. Veron. Aen. II 717 p. 91 Keil.

[2]) Ceteris Polemonem praeferemus, quem etiam de Salio Arcade Aeneae comite a Varrone consultum esse supra vidimus. Praeterea acute locum illum singularem de Cephiso Messapi cognomine Varro-

Hal. I 61 de Dardano ex Arcadia oriundo Varrouem secutum esse recte cognovit Kiessliug l. c. 41.

Quibus de causis totum hoc Servii ampl. scholium ad Aen. III 167 prolatum Varroni reddemns: *hi tamen fratres* (Dardauus et Iasius) *cum ex Etruria proposuissent sedes exteras petere, profecti. et Dardanus quidem contracta in Troia iuventute Dardaniam urbem condidit, a qua Troianorum origo crevit. Iasius autem Samothraciam cepit et ibi liberum locum imperio tenuit. alii dicunt utrumque ex Corytho, Iovis filio, procreatos et sicut dictum est relicta Italia profectos. sed Iasium Samothraciam imperio tenuisse, Dardanum vero in Phrygiam pervenisse ibique auxilio fuisse Teucro, Scamandri filio, qui tum finitimas gentes bello subigebat, filiamque eius duxisse in matrimonium, et post mortem soceri regnum adeptum Dardaniam Troianam regionem ab suo nomine appellasse. Graeci et Varro humanarum rerum Dardanum non ex Italia, sed de Arcadia, urbe Pheneo, oriundum dicunt; alii Cretensem; alii circa Troiam et Idam natum.* Fabnlam hic relatam, quam ueque Graeci auctores nobiles proposuerint neqne Varro comprobaverit, a Latino aliquo scriptore vetustiore proditam esse putabimus; neque desunt Latini fontis vestigia, velut illud: *Dardanus contracta in Troia iuventute . . . urbem condidit, a qua Troianorum origo crevit* conlatum cnm fabulis de Romnlo Romae, Caeculo Praenestinae urbis conditoribns.

Haec opinio Vergilio magis arrisit quam ea, quae Varroui placuit, quouiam sic Romanorum proavi non ex alienigenis ducebantur neque Troiani iniuste agros Latinos occupabant. Praeterea recte Heyne l. c. III p. 146: „Poeta" iuquit „oraculorum ambages iu ea (iu narratioue sc. de Dardano Cortonensi) egregie fnndavit." Sic oraculo illo a Vergilio conficto Aeneas domesticas regiones petere lnberi poterat similiter atque Heraclidae iu Peloponnesum profecti, de quibus Isocrat. Archidam. (6) 17 ait: *ἐπὶ δὲ τρίτης γενεᾶς εἰς Δελφοὺς ἀφίκοντο χρήσασθαι τῷ μαντείῳ περί τινων βουληθέντες· ὁ δὲ θεὸς περὶ μὲν ὧν ἐπηρώτησαν, οὐκ ἀνεῖλεν, ἐκέλευσε δ' αὐτοὺς ἐπὶ τὴν*

nianum e Polemonis Sicyonicis fluxisse suspicatus est C. Frick l. c. 15. De Dardano ex Arcadia profecto agit Thraemer, Pauly-Wissowa IV 2168 ss.

*πατρῴαν ἰέναι χώραν. σκοπούμενοι δὲ τὴν μαντείαν εὕρισκον* etc. (cf. Aen. III 96 ss. *antiquam exquirite matrem* etc.).

Ceterum alio quoque modo Dardanus cum Italia coniungebatur, sicut Solinus 2, 7 omnibus innotnisse dicit *Coram a Dardano* conditam esse, atque eo loco, ubi plurima Varronianae doctrinae frustula inveniantur; eandem rem Plinius in libro tertio (§ 63) tangit, quem plurimum ibi de his rebus Varronem secutum esse constat.[1]) Cum hac fabula Steph. Byz. s. v. *Θύμβρα* cohaerere suspicari potes: *Δαρδάνου κτίσμα, ἀπὸ Θύμβρου*[2]) *φίλου αὐτοῦ.* Erant fortasse auctores, qui Thymbra oppidum nomen Thymbrim fluvium ab amico quodam Thymbro Dardanum ex Italia secuto dictum esse affirmarent nomen suum ab Italico flumine ducente. Minus arridet suspicio iam Lycophronem hanc rem tetigisse, apud quem Alex. 1128 s. haec leguntur:

> *ναὸν δέ μοι τεύξουσι Δαυνίων ἄκροι*
> *Σάλπης παρ' ὄχθαις, οἵ τε Δάρδανον πόλιν*
> *ναίουσι,*

ad quae schol.: *Δάρδανος δὲ πόλις Ἰταλίας*, ubi vix *Δάρδανος*, cuius nominis Italica urbs nusquam commemoratur, pro Corythus est accipiendum; nam res si respicis, veri similius est *Δάρδανος πόλις* pro *Δαρδάνων πόλις* i. e. *Siris*[3]) dictum esse.

Videamus, quae viris doctis de origine Vergilianae fabulae placuerint. Atque Cuno l. c. 247 causam se nullam nosse dicit, cur Dardanus a mythographis ex Etruria ductus sit. „Dagegen möchte Iasios die ihm in Etrurien zugeteilte Rolle dem Umstande zu danken haben, dass ihn der hellenische Mythos den Geliebten der Demeter nennt (Hom. ε 125), Demeter aber von Griechen und griechisch gebildeten Römern in der italischen Ceres wiedergefunden wurde." Sybel apud Roscherum I 962 hanc fabulae speciem dicit „die römisch-etruskische", quae quomodo orta sit non disserit. Audiamus Odofredum Müllerum (Müller-Deecke l. c. II 288),

[1]) Plinianum hunc locum Varroni tribuit Detlefsen l. c. 58.

[2]) Tiberis a Vergilio dicitur Thybris Aen. II 782. VIII 64. 86. 330 etc. Thymbraeus Troianus commemoratur XII 458, Thymbris Troianus X 124, Thymbris Rutulus X 391. 394.

[3]) Fabulam de Troica Choniorum origine Klausen Aen. I 446 ss. tractat; cf. not. 692 e. J. Beloch Herm. XXIX 606 ss. Cuno l. c. II 666. Rubino l.c. 82.

qui recte de huius rei vi in Aeneide verba facit additque: „mir scheint es . . . entschieden, dass wir hier nichts als eine griechische, ganz willkürlich auf Cortona bezogene Sage haben. Die Korytheer waren eine der alten 9 Komen von Tegea (cf. O. Müller, Dor. II 443), sie repräsentiert ein mythologischer Heros Korythos (Apollod. III 9, 1; Diod. IV 33); nun lokalisierten die Tegeaten auch den Dardanos bei sich und vermählten ihn mit der Chryse, der Tochter des Pallas (Dionys. I 68, 172); so bildete sich hier sehr natürlich auch die angeführte Genealogie von Korythos und Dardanos." Cui sententiae adicere possumus Klauseni verba l. c. II 1222: „Den Cumäern[1]) ist die Behauptung zuzuschreiben, dass Dardanos und Iasios ursprünglich aus Italien stammten, dass Iasios nicht der Sohn des Zeus, sondern des Corythos sei (Sil. Pun. IV 720)." Deinde p. 1223 exponit, quomodo nomina illa (Dardanus, Corythus, Ἰάσων) in Asiam, ubi Corythus Paridis et Oenones filius est (Lycophr. 57 ss. et Holzinger ad eum locum), et inde in Italiam translata sint. Bene cum huius fabulae migratione Müller 289, 44a ea comparat, quae de Capua a Capye condita prodebantur (cf. Strabo XIII 608; Dionys. Hal. ant. Rom. I 49; huius quaestionis caput 4) translata a Caphyis prope Mantineam. Itaque haec fabula eodem modo commutata est quo narratio illa de Pelasgis accolis Graviscarum Regisvillis olim habitantibus, quos Malea duce quondam in Graeciam ex Italia profectos venisse auctor est Strabo V 225 s., de quo loco Ed. Meyer, Forschungen I 11: „Hier ist also die Auswanderung der Pelasger einmal in das Gegenteil umgesetzt."

Equidem concedo Vergilium narrantem Troianos in Latium pervenisse ibique mansisse sibi ipsi obloqui pollicito Troianos in vetustas nationis sedes Italicas i. e. Cortonam redituros esse, sed docuit nos Kroll l. c. tales Vergilii dissensiones explicare. Cognoscimus Vergilium illis locis (commotum iis rationibus quas supra exposuimus) auctorem sequi a communi historia fabulari, quam ipse ceteroquin comprobat, alienum. Qua de causa, quid Vergilius de penatium origine senserit, minime liquet (Thraemer l. c. IV 2176). Recte igitur Thraemer l. c. 2175: „Vertreter, nicht Erfinder dieser *fama obscurior annis* ist Vergil." Poeta

---

[1]) Cf. Cumanas historias de Faliscorum origine.

aut eius auctor e duabus urbibus Italicis Arcadici oppidi munia servantibus alteri Cortonam anteposuit opinione tunc apud viros doctos gratiosa ductus. Suo iure enim Thraemer l. c. 2177 ait: „dies beruht gewiss auf der schon zu Varros Lebzeiten einsetzenden Neigung, die römische Religion mit der *Etrusca disciplina* in Verbindung zu bringen (vgl. Wissowas Bemerkungen über Nigidius Figulus und Caesius Herm. XXII 53 ff.). Wenn die hochheiligen, im Vestatempel gehüteten Sigilla einst von Cortona aus nach dem Osten gelangt waren, so ist damit die uranfängliche Identität des römischen und des etruskischen Penatenkults ausgesprochen."

Quodsi Vergilius dicit *Auruncos ita ferre senes*, hoc quoque ex auctore illo sumptum esse putarim, cuius inventum vilissimum tam sancta auctoritate fultum Varronem reiecisse iam cognovimus e scholio Servii ad Aen. III 167, qui (procul dubio ordinem Varronianae disputationis secutus) de Italia, Arcadia, Creta (Thraemer 2170 s.), Troade (Thraemer 2164 ss.) Dardani patria agit. Fortasse e prima huius explicationis parte hoc Varronis depromptum est apud Serv. ampl. Aen. III 148: *Varro sane . . . ait Aeneam deos penates in Italiam reduxisse.* Certius vero testimonium eius fabellae a Varrone expositae esse puto schol. ad Aen. VIII 134, ubi Serv. ampl. haec praemittit: *Dardanus ex Iove et Electra, Atlantis filia, genitus de Italia sorte abire compulsus, agros Troicos petit ibique Dardanum oppidum in regione Dardania conlocavit*; deinde Serv. gen.: *sane sciendum Atlantes tres fuisse; unum Maurum, qui est maximus; alterum Italicum, patrem Electrae, unde natus est Dardanus; tertium Arcadicum, patrem Maiae, unde natus est Mercurius.* Etenim apud Varronem talia adamantem, quippe qui enumeraverit quot Hercules fuerint,[1]) Atlantem in Italia versatum esse ex loco illo de Phorco supra allato (Serv. ad Aen. V 824) concludere certe ratione non caret, ubi Phorcus Sardiniae et Corsicae rex ab Atlante rege navali certamine victus esse dicitur.

De Hespero ab Atlante fratre in Italiam pulso vide Hyginum apud Serv. Aen. I 530, a quo etiam Serv. ampl. IV 484

[1]) Serv. VIII 564 = ant. rer. hum. fr. I 11 Mirsch. Schwarz l. c. 427. Frick l. c. 28 s.

videtur sua accepisse. Loci Serviani de Atlante astrologo e Varrone pendent (Aug. d. civ. dei XVIII 8 = Varro de gente pop. Rom. II 10 Kettner p. 68; ibidem in fragm. 11 Atlas ille Arcadicus, Mercurii avus, commemoratur).

Itaque Vergilius ab auctore suo hic discedit ductus rationibus poeticis, attamen Varroni sua debet.

### 4. Capua.

Vergilius Aen. X 145 Capuam a Capye Troiano nomen duxisse auctor est; cf. I 183; II 35; IX 576.

Fabula illa temporibus Varronianis in volgaribus fuit, tunc enim *Capyis ossa detecta* sunt (Sueton. Div. Iul. 81). Itaque eam a Varrone omissam esse minime est verisimile.

Multa de hac fabula Serv. Aen. X 145 habet, uberiora vero Serv. ampl. haec: (Vergilius) *hoc dicit, sicut Ovidius, qui Capyn de Troianis esse commemorat . . . Coeliusque Troianum Capyn condidisse Capuam tradidit eumque Aeneae fuisse sobrinum. alii Campum Samnitem condidisse Capuam confirmant. sed Capuam vult Livius a locis campestribus dictam, in quibus sita est. alii a Capy Atyis filio, Capeti patre, tradunt. alii hunc Capyn filium Capeti volunt esse, Tiberini avum, ex quo fluvius Tiberis appellatus est, eumque Capuae conditorem produnt. constat tamen eam a Tuscis conditam de viso falconis augurio, qui Tusca lingua capys dicitur: unde est Capua nominata. Tuscos autem aliquando omnem Italiam subiugasse manifestum est. alii a Tuscis quidem retentam et prius Vulturnum vocatam: Tuscos a Samnitibus exactos Capuam vocasse ob hoc, quod hanc quidam Falco condidisset, cui . . . quos viros Tusci capyas vocarunt. Varro dicit propter caeli temperiem et caespitis fecunditatem campum eundem Capuanum cratera dictum quasi sinum salutis et fructuum.*

Atque primum ea re ad Varronem hic ducimur auctorem, quod ipse in fine illius commentationis sic citatur, ut hunc locum cum superioribus artissime conglutinatum fuisse eluceat. Sententiam illam de Capeto Tiberini avo etc. e Varronianis de Tiberis fluvii nomine quaestionibus pendere postea demonstrabimus. Catonis denique et Coelii sententias per Varronem posterioribus, Servio praecipue, suppeditatas esse vidimus. Velut

e Varroniana de Philoctete doctrina Serv. ampl. hausit ad Aen. III 402: *nam ait Cato, a Philocteta, condita iam pridem civitate, murum tantum factum. alii ‚subnixam' ideo accipiunt, quia imposita est excelso muro, ut Coelius historicus ait* (Cato fr. 70, Coelius fr. 53 Peter). Atqui Catonianum esse postremum illum locum de vetere Capuae origine Etrusca e Vellei. I 7, 2 discimus: *Sed M. Cato* (fr. 69 Peter) *quantum differt! qui dicat Capuam ab eisdem Tuscis conditam ac subinde Nolam; stetisse autem Capuam, antequam a Romanis caperetur, annis circiter ducentis et sexaginta.* Aliud fragmentum Coelianum in libro illo tertio Pliniano (132) invenitur, qui Varroniani suci plenus est, aliud apud Serv. IV 206. Itaque tota illa Servii ampl. nota exceptis iis, quae ex Ovidio Livioque commentatores adiecerunt, Varroniana est. Ergo Varro Troianam Capuae originem rettulit, Varro igitur Vergilii auctor est existimandus.

Poeta eam fabulae formam accepit, cuius testis vetustissimus Hecataeus fuit (fr. 27 M. apud Steph. Byz. s. *Καπύα· πόλις Ἰταλίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωικοῦ*). Cf. Steph. Byz. s. *Καφύαι*. Strabo XIII 608. De Dionysio Hal. vide Geffckenum l. c. 44, 1 (cf. Sil. Ital. Pun. XI 179. 279; XIII 117. 321). Heyne exc. VII ad l. VII p. 146. Stiehle Philol. XV 604 s. Klausen l. c. I 555. O. Müller-Deecke l. c. I 166 s. Cuno l. c. II 223. 118. Mommsen C. I. L. X p. 365.

## 5. Aricia.

Aricia, ubi ara illa Dianae est celeberrima, Virbius minor natu proficiscitur, Virbii maioris seu Hippolyti filius infelicissimi, ab Aesculapio (postea a Iove punito) ex inferis revocati, a Diana in nemus Egeriae nymphae abducti, a quo ex illo tempore equi fatales arcentur, qui mortis causa fuissent Hippolyto (Aen. VII 761—782).

Kuschel l. c. 21 de hac narratione ait: „Diese Erzählung, die eine eigentümliche Verbindung von altitalischen und griechischen Mythen ist, scheint eine Lokalsage der Bewohner Aricias gewesen zu sein, wie wir aus Pausanias ersehen, der seinen Bericht von der wunderbaren Wiederbelebung des Hippolytus und seiner Versetzung nach Aricia mit den Worten beginnt:

*λέγουσιν Ἀρικεῖς.*“ Addit hanc fabulam singularem certe Varronem non effugisse.

Pausanias II 27, 4 haec habet: *Χωρὶς δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐστὶν ἀρχαία στήλη* (apud Epidaurios sc.), *ἵππους δὲ Ἱππόλυτον ἀναθεῖναι τῷ θεῷ φησιν εἴκοσι. ταύτης τῆς στήλης τῷ ἐπιγράμματι ὁμολογοῦντα λέγουσιν Ἀρικεῖς, ὡς τεθνεῶτα Ἱππόλυτον ἐκ τῶν Θησέως ἀρῶν ἀνέστησεν Ἀσκληπιός. ὁ δὲ ὡς αὖθις ἐβίω, οὐκ ἠξίου νέμειν τῷ πατρὶ συγγνώμην, ἀλλὰ ὑπεριδὼν τὰς δεήσεις ἐς Ἰταλίαν ἔρχεται πρὸς τοὺς Ἀρικεῖς, καὶ ἐβασίλευσέ τε αὐτόθι, καὶ ἀνῆκε τῇ Ἀρτέμιδι τέμενος, ἔνθα ἄχρι ἐμοῦ μονομαχίας ἆθλον ἦν, ἱερᾶσθαι τῇ θεῷ τὸν νικῶντα. ὁ δὲ ἀγὼν ἐλευθέρων μὲν προέκειτο οὐδενί, οἰκέταις δὲ ἀποδρᾶσι τοὺς δεσπότας.* Cf. Strabo V 239 et Serv. ad Aen. VI 136.

Alii Orestem sacra Dianae instituisse voluerunt id agentes, ut ritus illos fani Aricini plane Scythicos explicarent. Atque hanc fabulam neque a Catone neque a Varrone omissam esse non nullius momenti est. De Oreste in Italiam delato Cato laudatur a Probo in Verg. bucol. p. 4 K. (fr. 71 Peter): *Cato originum III: † Theseunti Tauriani vocantur de fluvio, qui propter fluit. id oppidum Aurunci primo possederunt, inde Achaei Troia domum redeuntes. in eorum agro fluvii sunt sex; septimus finem Rheginum atque Taurinum dispertit; fluvii nomen est Pecoli. Eo Orestem cum Iphigenia atque Pylade dicunt maternam necem expiatum venisse, et non longinqua memoria est, cum in arbore ensem viderunt, quem Orestes abiens reliquisse dicitur.* Quem locum per Varronem commentatori proditum esse hic dilucide cognosci potest, cum Varro paulo supra sic landatus sit: *Huius autem fluminis, apud quod purgatus est Orestes, Varro meminit Humanarum XI sic: Iuxta Rhegium fluvii sunt continui septem Latapedon, Micodes, Eugiton, Stracteos, Polie, Molee, Argendes.*[1]) *In his matris nece purgatus dicitur Orestes, ibique ahenum eius diu fuisse ensem et ab eo aedificatum Apollinis templum* (Ant. rer. hum. X 11 Mirsch).

[1]) Fortasse res tam minutae auctori debentur ex illis regionibus oriundo: atqui **Stesichorus** Matauri natus ‚Orestiam‘ carmen (Bergk Poet. Lyr. Gr. III 1882 p. 219) conscripsit.

At uberiorem etiam de Oreste auctorem fuisse Varronem ex hisce cognoscimus: Saepius de palladio Varronem egisse constat, quem de hac re e. g. Serv. II 166 laudat, ubi etiam hoc legitur: *cum responsum fuisset illic imperium fore ubi et palladium* (cf. Serv. V 704). Deinde constat Festi locum de Ratumena porta (ant. rer. hum. VIII 12 Mirsch) e Varrone prodiisse, ubi de quadriga Veientanorum fictili fabulosa haec comperimus: *idque prodigium portendere videbatur, in qua civitate eae fuissent, omnium eam futuram potentissimam.* Tum Serv. ad Aen. VIII 664 de ancilibus agens haec habet: *et cum aruspices respondissent illic fore orbis imperium, ubi illud fuisset*; cum sequatur veriloquium hoc *ancile autem dicitur aut quasi undique circumcisum, aut quasi ἀμφίχειλον, id est undique labrum habens,* ad Varronem auctorem ducimur dicentem de lingua Lat. VII 43: [*Ancilia*] *dicta ab ambecisu, quo ea arma ab utraque parte ut Tracum incisa.* Praeterea Servii l. c. haec: *flamines in capite habebant pilleum, in quo erat brevis virga desuper habens lanae aliquid. quod cum per aestus ferre non possent, filo tantum capita religare coeperunt; nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat: unde a filo, quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines* cum Varronis de l. Lat. V 84 hisce componenda sunt: *Flamines quod in Latio capite velato erant semper ac caput cinctum habebant filo, Flamines dicti.*

Itaque Varronem de septem illis pignoribus imperii Romani egisse ducemus, quae omnia Serv. ampl. ad Aen. VII 188 enumerat[1]) Varronem, opinor, auctorem secutus: *septem fuerunt pignora, quae imperium Romanum tenent: † aius*[2]) *matris deum, quadriga fictilis Veientanorum, cineres Orestis, sceptrum Priami, velum Ilionae, palladium, ancilia.* Itaque de Orestis cineribus Romam delatis Varro egit; quare eo potius Samtero assentiemur haec Servii e Varrone sumpta esse docenti

[1]) Cf. Preller-Jordan, Roem. Mythologie II 170, 2. Ovid. fast. VI 439 (*pignora fatalia*) et 359. Augustin. de civ. dei III 18 (*sacra fatalia*). Agahd l. c. 140, 2. Wissowa Herm. XXII 42 s.

[2]) *cestus* Lobeck, *lapis* Preller, *BAITYΛOC* sive *ΛIΘOC* W. Heraeus conicit Herm. XXXIV 169 s. Ubi Varro de sacris Magnae matris egerit, E. Schwarz quaerit, *De M. Terentii Varronis* etc. p. 491 s.

l. c. 68 (Serv. II 116): *Agnovit* (Iphigenia) *fratrem Oresten, qui accepto oraculo carendi furoris causa . . . Colchos petierat, et cum his occiso Thoante simulacrum sustulit absconditum fasce lignorum — unde et Facelitis dicitur, non tantum a face, cum qua pingitur, propter quod et Lucifera*[1]) *dicitur — et Ariciam detulit. Sed cum postea Romanis sacrorum crudelitas displiceret, quamquam servi immolarentur* etc. Serv. VI 136: *Orestes . . . cum sorore Iphigenia . . . fugit et Dianae simulacrum inde sublatum haud longe ab Aricia collocavit. In huius templo post mutatum ritum sacrificiorum fuit arbor quaedam, de qua infringi ramum non licebat. Dabatur autem fugitivis potestas, ut si quis exinde ramum potuisset auferre, monomachia cum fugitivo templi sacerdote dimicaret: nam fugitivus illic erat sacerdos ad priscae imaginem fugae* etc. Samter l. c. 69 conferre iubet scholiasten Bernensem, „quia . . . alia quoque Varronianae doctrinae frustula quaedam" servavit, et Solin. 2, 11.

Atque Ovidius de saliis et de Egeria nympha agens, occasione sic oblata fabulas cum Aricino cultu coniunctas memorandi, et mythum de Facelitide et narrationem Virbianam eodem loco sic stringit fast. III 263 ss.:

*Vallis Aricinae silva praecinctus opaca*
*est lacus, antiqua religione sacer.*
*Hic latet Hippolytus furiis direptus equorum,*
*unde nemus nullis illud aditur equis.*
*Licia dependent, longas velantia saepes,*
*et posita est meritae multa tabella deae.*
*Saepe potens voti, frontem redimita coronis,*
*femina lucentes portat ab urbe faces.*
*Regna tenent fortes manibus pedibusque fugaces*
*et perit exemplo postmodo quisque suo.*

Apparet Ovidium e Varrone pendere. Cf. met. XV 543 s.:

*„qui" que „fuisti*
*Hippolytus" dixit „nunc idem Virbius esto".*

---

[1]) Similiter Diana Lucifera sive φωσφόρος dicitur a Cicerone de nat. deor. II 27.

Quare sicut apud Ovidium utraque fabula tangitur, apud Varronem quoque utramque enarratam esse putabimus.

In ipsis fragmentis Varronianis Virbius non occurrit nisi in hoc scholio Serviano ad Aen. VII 84, quod Varroni adindicandum esse Samter l. c. 69 ostendit: *mephitis proprie est terrae putor, qui de aquis nascitur sulphuratis, et est in nemoribus gravior ex densitate silvarum. alii Mephitin deum volunt Leucotheae conexum, sicut est Veneri Adonis, D i a n a e V i r b i u s. alii Mephitin Iunonem volunt* etc. Samterus verba illa *alii Mephitin . . . Virbius* ipsa quoque Varroniana sint necne in dubio relinquit; equidem reputans etiam illa superiora haec quoque Varroni deberi putarim, a quo ne ea quidem, quae apud Serv. ampl. ad Aen. VII 776 leguntur, videntur abhorrere: *nam et Virbius inter d e o s*[1]) *colitur. Virbium autem quidam S o l e m putant esse, cuius simulachrum non est fas attingere, propterea quia nec sol tangitur.*

Ovidius metam. XV 487ss. Egeriam inducit Numae mortem lugentem et ad fabulas de Tage, de Romulo, de Cipo transiturus et Virbii Aricini et sacrorum Oresteae Dianae mentionem facit (cf. met. XIV 331). Secundum Ovidium omnes Numam mortuum defleverunt:

*nam coniunx urbe relicta*
*vallis A r i c i n a e densis latet abdita silvis*
*sacraque O r e s t e a e gemitu questuque D i a n a e*
*impedit. a! quotiens nymphae nemorisque lacusque*
*ne faceret monuere et consolantia verba*
*dixerunt! quotiens flenti Theseïus heros*
*‚Siste modum' dixit*

et fata sua enarravit (497ss.). Ehwald, compluribus rationibus adductus (cf. adnot. ad XV 542), haec ex Alexandrino aliquo de Hippolyto auctore fluxisse et fortasse per Varronem Ovidio suppeditata esse dicit, a quo poeta eas quoque fabulas sumpserit, quae locum laudatum sequuntur.

---

1) Flamen Virbialis est in titulo Neapolitano C. I. L. X 1493. Vibius Sequester p. 152, 6 (Riese) in fluminibus numerat *Virbium L a c o n i c e s.* Riese adnotat: „*in agro Ariciae* puto". Sed emendare non licere cognoscitur e v. 34: *Virvinus Laconices* sc. fons.

Alia via progressus A. Kalkmann in commentatione ,De Hippolytis Euripideis quaestiones novae' (Bonn. 1882) vestigia Hippolyteae fabulae pauca, quae apud Alexandrinos scriptores lateant, examinat. Magni momenti hic est Servii nota de equis a templo Dianae Aricino prohibitis ad Aen. VII 778 prolata: *exponit τὸ αἴτιον; nam Callimachus scripsit αἴτια, in quibus etiam hoc commemorat.* Praeterea apud Ovidium aliis investigatis, quae in „Battiadae deliciis" sint, Kalkmann l. c. 59 et 61 Ovidium Callimacho se adiunxisse, sed poetae praeter Alexandrinum auctorem Varronem in promptu fuisse affirmat. At Vergilii Serviique auctorem Varronem putat fuisse, cuius *aetia* Vergilii commentator „quater laudet (cf. Mercklin Philol. III 272 s.), semel sic (Aen. I 408) *cuius rei τὸ αἴτιον i. e. causam Varro Callimachum secutus exposuit*". Cf. Serv. VIII 128 et Schneideri Callimachea II 119 s. aet. fr. 7, cui res obiter indicata fuisse videtur Aet. I 12, et similem narrationem, cur nullus canis Delum accedat, quam exposuit Callimachus teste schol. ad Ovidii Ibin 475. Cf. Merkel 470 et Schneider l. c. II 120.

Quare dubitari nequit, quin Varro fabulam de Hippolyto ad vitam revocato Ariciaeque occultato apud Callimachum invenerit in ,aetiis' et in suis ,aetiis' enarraverit. Ergo Vergilius auctorem secutus est Varronem, qui fabulam de Virbio Dianae socio etiam in libris ant. rer. div. certe non omisit.

Varronem rettulisse similem fabulam de canibus propulsatis a sacris Herculi institutis auctor est Plutarchus in quaest. Rom. 90, quem librum aut ex ipso Varrone aut ex eius sectatoribus[1]) haustum esse hic quoque elucet (Samter l. c. 24).

Adnotamus haec. Britomartin Creteusem, quae eadem habita est atque Diana, cognomen accepisse Dictynna, ductum a retibus piscatorum (δίκτυα) quibus morti erepta esset, apud Callimachum

---

[1]) Cf. G. Thilo, De Varrone Plut. quaest. Rom. auctore, Bonn. 1853. „Quidquid apud Plutarchum in quaestionibus Romanis et in vitis Romuli Numaeque Varronem redoleat, non e Verrio Flacco haustum esse, sed ex Iubae ὁμοιότησι pendere" ostendere conatur A. Barth, De Iubae ὁμοιότησιν a Plutarcho expressis in quaestionibus Romanis et in Romulo Numaque, diss. Gott. 1876, p. 54. 12 ss., qui ipsum Iubam opera Varronis in usum suum vocavisse luculentis comprobat exemplis p. 13 ss.

in hymn. III (in Dian.) 190 ss. legitur (cf. schol. 190), quam rem poeta etiam in aetiis enarraverat. Eadem fabula apud Serv. ampl. III 171 et in carmine Ps. Vergiliano, cui inscriptum est Ciris, occurrit v. 294 ss. et 304:

*alii, quo notior esses,*
*Dictynnam dixere tuo de nomine lunam.*

Scimus iam quisnam fabulam illam Callimacheam his auctoribus suppeditaverit: procul dubio etiam haec in aetiis Varronis relata sunt. Atque id ipsum in narratione illa Serviana de Oreste in Italiam delato Dianae cognomen inditur (ad Aen. II 116), quam e Varrone fluxisse iam supra vidimus, e qua Samter praeter alia haec omisit: (Iphigenia) *translata ad Tauricam regionem regi Thoanti tradita est sacerdosque facta Dictynnae Dianae* ‹Serv. ampl.: *vel ut quidam volunt Orthiae Dianae*›. Nos iam non modo illa, sed etiam haec sine ulla dubitatione Varroni attribuemus: *Orestis vero ossa Aricia Romam translata sunt et condita ante templum Saturni, quod est ante clivum Capitolinum iuxta Concordiae templum.*

Dictynnaei montis alibi quoque Varronem mentionem fecisse testificatur Solinus ex auctore ignoto hauriens haec (11, 6): *albet iugis montium Dictynnaei et Cadisti, qui ita excandescunt, ut eminus navigantes magis putent nubila. praeter ceteros Ida est qui ante solis ortus solem videt. Varro in opere quod de litoralibus est etiam suis temporibus adfirmat sepulcrum Iovis ibi visitatum*, et 11, 8: *Cretes Dianam religiosissime venerantur, Britomartem gentiliter nominantes.* Idem mons in narratione illa Servii ampl. ad Aen. III 171 commemoratur, ubi comperimus Iovem ibi altum esse, quam recte ad Varronem referemus.

De Ariciae origine ad Archilochum quendam Siculum referenda Hemina laudatur a Solino 2, 10, qui locus cum § 11, ubi Varroniana de Oreste Aricino doctrina profertur, arte cohaeret.

De dedicato *luco Dianio in nemore Aricino* Cato egit or. II 58 Peter.

Virbium *minorem* natu a Vergilio confictum esse, qui Hippolytum ipsum inducere non poterat, haud uegaverim, atque eodem iure confictum, quo Silius unum e trigeminis suis Aricinis Virbium uominat (Pun. IV 380). At mira, ut saepe, Kindermauu l. c. 111 commentus est, qui conicit „Virbios illos quoque, et patrem et filium, ingenio Vergilii natos esse".

De cultu Aricino vide praeter Heynium iu exc. 8 ad l. VII et Cluverium ibi laudatum Dessau C. I. L. XIV p. 204.

Quaestio quarta.

## De fabulis aliis, quae Varroni debentur.

---

### 1. Salentini.

Troiani transgressi mare Ionium apud Vergilium Aen. III 530 ss. portum Veneris ad Castrum Minervae subeunt[1]) ibique Palladi Iunonique ab Heleno iussi Phrygio ritu sacra faciunt (436 s.); sed paulo post Salentinorum litora suspecta linquunt (III 550 ss.), quae Lyctius Idomeneus e Creta pulsus possedit (III 396 ss. XI 264 ss. III 121 ss.).

Haec Vergilius, similia Dion. Hal. I 51, quem ex eodem fonte hausisse quo Vergilium veri simile est. Apud Dionysium Aeneas appellit *κατὰ τὸ καλούμενον Ἀθήναιον*. Deinde *παρέπλευσαν ἄχρι πορθμοῦ διὰ χειρὸς ἔχοντες Ἰταλίαν, ἴχνη τινὰ κἀν τούτοις ὑπολειπόμενοι τοῖς τόποις τῆς ἀφίξεως ἄλλα τε καὶ φιάλην χαλκῆν ἐν Ἥρας ἱερῷ γραφῇ δηλοῦσαν ἀρχαίᾳ τοῦ δωρησαμένου τῇ θεῷ Αἰνείου τοὔνομα.*

Atque de ritu illo sacrificandi Phrygio fabulam Diomedeam consectantes Varronem Vergilii auctorem fuisse iam vidimus supra p. 297 s.; eidem cetera deberi e Probi loco hoc elucet (ad Verg. ecl. VI 31 p. 14, 15 ss. Keil. Mirsch ant. rer. hum. III 6): *Varro ... in tertio rerum humanarum refert: Gentis Salentinae nomen tribus e locis fertur coaluisse, e Creta, Illyrico, Italia. Idomeneus e Creta oppido Lyctio pulsus per seditionem bello Magnensium cum grandi manu ad regem Clinicum venit ad Illyricum; ab eo item accepta manu cum Locrensibus plerisque profugis in mari coniunctus amicitiaque per similem causam*

---

[1]) De equorum omine antea accepto vide Klausenum l. c. I 469.

*societatis, Locros appulit, vacata eo metu urbe, ibique possedit aliquot oppida et condidit: in queis Uria et Castrum Minervae nobilissimum. In tres partes divisa copia, in populos duodecim, Salentini dicti quod in salo amicitiam fecerint*; cf. Kuschel l. c. 9. Hinc etiam Fest. s. *Salentinos: a sale dictos, Cretas et Illyrios, qui cum Locrensibus navigantes societatem fecerint, eius regionis Italiae quam dicunt ab eis* (p. 329 M.). Hinc Solinus 2, 10: *notum est . . . Sallentinos a Lyctiis* sc. constitutos; hinc etiam Serv. ampl. ad Aen. III 531 de templo Minervae disserens: *hoc autem templum Idomeneus condidisse dicitur, quod etiam castrum vocatur.* Cf. Reitzenstein Herm. XX 533 s.

In templo Ἀθηνᾶς Ἀχαΐας[1]) Timaeus (Geffcken l. c. 135, 23. [Aristot.] mir. ausc. 109) Diomedis sociorumque arma ostendi commemoraverat; cf. Lyc. Al. 852 ss., quae Timaei esse censet Geffcken l. c. 137, 16 sic ea vertens: „Apud Iapyges templum est Minervae, quo eum venisset Menelaus cratera Tamasium clipeum Helenaeque calceos deae vovisse fertur.“ De Diomede templi illius conditore agit Strabo VI 283 et Serv. ad Aen. VIII 9.

Diversas narrationes de Idomenei reditu Heyne ad Aen. III 121—123 perstringit Meursium (Creta III 4) auctorem laudans. Atque Lyctum ab Idomeneo Cretensi regnatam esse Homerus prodit Il. II 647, quam Doriensium civitatem olim validissimam fuisse Klausen I 434 docet. Feliciter a duce illo iter in Cretam confectum esse (Hom. Od. III 191. Strabo X 479 s.) ipsumque necnon comitem eius Merionem ibi obiisse legimus apud Diod. Sicul. V 79, 4. Verum etiam Idomenei fata in historia fabulari cum iis malis coniuncta sunt, quibus secundum Herodotum VII 171 (Kuschel l. c. 11 et Verg. Aen. III 123 s.) tota insula post tempora belli Troiani vexata est; quare is quoque novas quaerit sedes et in Iapygiam pervenit, quo iam antea colonia Cretensis deducta esse putabatur. De Herod. VII 169—171 disputat G. Grote, History of Greece IV c. 22, vers. Germ. ed. alt. 1881 II 262 ss. Cf. Steph. Byz. s. v. *Βλεννος*. Klausen l. c. I 432 ss. Niebuhr l. c. I 165.

[1]) De cultu Minervae Iapygio vide Klausenum l. c. I 428 ss.

Quibus de causis ea fabula in hanc regionem deducta sit Klausen l. c. I 433 exponit. De Idomeneo pulso vide Lycophr. Al. 1214 ss. et schol. Lyc. 1218; Dittrich Philol. XLIX 742; Klausen l. c. I 437. Auctores vetustiores Forbiger ad Aen. II 279 examinat. De Brundisio a Cretensibus constituto cf. C. I. L. IX p. 8, de Uria praeter hunc locum Helbig Herm. XI 266.

## 2. Locri.

Coloniae Locrenses a Vergilio memorantur duae, altera Italica Naryciorum III 399, altera Libyca XI 264 s.

Locrorum Naryciorum in Bruttia consedisse coloniam idem Vergilius memorat Georg. II 438.[1] Vergilii auctorem de pristina hac coloniae origine, temporibus sc. Troicis deductae, Varronem fuisse e loco illo de Salentinorum origine elucet, quem modo attulimus.

Quomodo Graeci illi in Italiam pervenerint, Serv. ad Aen. III 399 exponit sic: *Locri socii Aiacis Oilei fuerunt, Epizephyrii et Ozolae. Sed post tempestatem montis Capharei Epizephyrii tenuerunt Bruttios: et hoc nunc dicit. Ozolae vero tenuerunt Pentapolim; inde est ‚Lybicone habitantes litore Locros'.* Etiam Solin. 2, 10 ex ignoto auctore hauriens aperte Varronem sequitur: (Notum est) *Sybarim a Troezeniis et a Sagari Aiacis Locri filio, Sallentinos a Lyctiis* (constitutos). Itaque etiam hic apparet Varronem Cretensium et Locrorum colonias eodem loco commemorasse.

In Libycas regiones Graecas colonias deductas esse (velut a Pelei comitibus et a Thessalis) Graecosque heroas pervenisse (ut Menelaum cum Helena, Ulixem) haud pauci fabulati sunt (Klausen l. c. I 505). Praeterea[2]) de Gnneo ad Cinypem fluvium sepulto vide Holzingerum ad Lycophr. 897 ss. auctoresque ibi laudatos. De Phocaeensibus ibi moratis verba facit Thucyd. VI 2, de aliis coloniis eo deductis O. Meltzer, Geschichte der Karthager I 452 ss., qui e. g. Diodori hoc affert (XX 57):

---

[1]) Cf. Ovid. metam. XII 705. Strabo IV 425. Klausen Aen. I 466. Beloch Griech. Gesch. I 178. Mommsen C. I. L. IX p. 20.

[2]) De Diomede illuc delato apud Ps. Plutarch. parall. 23 auctor laudatur Ἰόβας ἐν τρίτῃ Λιβυκῶν.

*Μεσχέλαν . . . ᾠκισμένην . . . τὸ παλαιὸν ὑπὸ τῶν ἐκ Τροίας ἀνακομιζομένων Ἑλλήνων.* Atque tales fabnlas priscis iam temporibns ibi vnlgatas fnisse videmus ex Herod. IV 191: *φασὶ δὲ οὗτοι (οἱ Μάξυες* sc.) *εἶναι τῶν ἐκ Τροίας ἀνδρῶν* (cf. Klausen l. c. I 506). Neqne tamen Kuschelio assentiemur dicenti l. c. 9 fabnlam a Vergilio tactam iam in carminibns de Achaeis redenntibns fuisse narratam, sed a Proclo (id qnod iam Heyne ad Aen. XI 265 snspicatns est) omissam esse.

Ad quaestionem hanc pertinet scholium sane confnsnm Servii ampl. ad Aen. XI 265, cuins hanc potissimum partem virorum doctornm stndiis debori puto: *alii in Libya insulas quasdam inhaerentes occupasse, eosque initio Mesammones, postea Nasamones appellatos; alii amissa in Syrtibus classe, per mediterranea arietis fortuito ductu iter facientes ad Ammonem pervenisse et oppidum † Aucela inter Nasamones condidisse; alii Africae insulam tenuisse, quae nunc Cercina dicitur.*

Apparet narrationem illam ipsum poetam non commentum esse; immo cum in Aencide non solnm fabula do Locrorum Italicorum origine, sed etiam narratio de Libyca Locrorum colonia cum fabnla illa de Idomeneo coniuncta sit, et cum constet Locrorum Italicorum originem apud Varronem cum Idomenei expeditione artissime conglntinatam fuisse, dnbinm esse vix potest, qnin apud Varronem qnoque fabula Libyca sicnt in Aeneide commemorata fuerit. Accedit, quod totum illum Vergiliannm libri XI locnm (de Diomede, Menelao, Ulixe, Agamemnone, Neoptolemo, Idomeneo, Libycis Locris) cum exordio libri III de gente populi Romani consentire et inde sine dnbio fluxisse iam supra p. 296 [12] cognovimus. Itaqne etiam hic Varronem Vergilius secutns est, neque fieri potest ut Ladewigii rationibus commoti hunc locnm pro spurio habeamus.

### 3. De Erulo Praenestino.

Vergilium do Caeculo rege Praenestino Varronis auctoritate nisum esse libris Praenestinis usi, supra cognovimus p. 332 [48] s.; etiam mirabilior fabula ost de Erulo Enandri adversario, qui tres animas a Feronia matre acceperat et ter Enandro victori necandns fnit (Aen. VIII 560 ss.). Itaqne Praenestinns rex ab

Euandro advena inimicitia seiungitur, cum Tiburis conditor Catillus in narratione Catoniana Euandri socius et classi Arcadum praefectus sit.

Unus de hac Praenestina fabula auctor est satis diligens atque etiam uberior quam ipse Vergilius Lydus de mens. I 8, qui l. c. I 5 Sabinum ‚vitisatorem' describit sicut Verg. VIII 177s.: *Σαβῖνος ἐκ τῆς περὶ τὸν οἶνον γεωργίας φερωνύμως ὠνομάσθη· τὸ γὰρ Σαβῖνος ὄνομα σπορέα καὶ φυτευτὴν οἴνου διασημαίνει.* Oenotrus Sabinorum rex est secundum Varronem (Serv. ad Aen. I 532 et ad VII 85). Deinde Lydus Calabriam eandem esse confirmat ac Messapiam, dictam *ἀπὸ Μεσσάπου*, cuius sententiae auctor a Solino 2, 12 Licinianus laudatur. Varronem de hoc Messapo non tacuisse per se manifestum est, a quo Ennius originem gentis suae duxerit (Serv. VII 691, cf. p. 314). Praeterea Servium genuin. et Serv. ampl. ad Aen. VIII 9 Varronem de Diomede consuluisse iam vidimus (p. 296), ubi de Messapia haec inveniuntur: *sane sciendum Apuliam uno dictam vocabulo, sed huius partem quam Diomedes tenuit, Messapiam et Peucetiam a duobus fratribus dictam, qui illic imperarunt: item Dauniam a Dauno rege Apuliae.* Item e Varrone pendet Serv. ampl. III 531 de Minervae templo ab Idomeneo condito, ubi hoc legitur: *sane Calabria ante Messapia vocata est.* Etiam Plinium III 99 de Messapo et Oenotro Varronem sequi docet Detlefsen l. c. 46 s. Dionysius Hal. I 33 de Euandro Varrone auctore usus est, e quo etiam haec fluxerunt (I 33, 4): *λέγονται δὲ καὶ γραμμάτων Ἑλληνικῶν χρῆσιν εἰς Ἰταλίαν πρῶτοι διακομίσαι νεωστὶ φανεῖσαν Ἀρκάδες καὶ μουσικὴν τὴν δι' ὀργάνων* etc.; quibuscum comparanda est Lydi § 8: *ὁ Εὔανδρος πρῶτος γράμματα εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκόμισεν.* Plane Varroniana haec sententia est in § 10: *Τρισώματον τὸν Γηρυόνην φασίν, οὐχ ὅτι τοσούτοις ἐχρήσατο σώμασιν, ἀλλ' ὅτι τρεῖς νῆσοι ἐν τῷ ὠκεανῷ κείμεναι συνεμάχουν αὐτῷ* conlata cum Serv. VII 662, quem locum e Varroniana narratione de Herculis expeditione sumptum esse apparet: *Geryones rex fuit Hispaniae. qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis praefuit, quae adiacent Hispaniae ... fingitur etiam bicipitem canem habuisse, quia et terrestri et navali certamine plurimum potuit. hunc Hercules vicit. qui ideo*

*fingitur ad eum olla aerea transvectus, quod habuit navem fortem et aere munitam. ... veniens autem Hercules de Hispania per Campaniam in quadam Campaniae civitate pompam triumphi sui exhibuit: unde Pompei dicitur civitas. postea iuxta Baias caulam bubus fecit et eam saepsit: qui locus Boaulia dictus est, nam hodie Bauli vocatur.* Geffcken l. c. 81 et 143 Pompeiorum et Baulorum veriloquium apud Serv. Aen. VII 662 et VI 107 Timaeo Varronique tribuit. Etiam Serv. ad Aen. VIII 564 de Eruli tribus animis, quas Platonicis et Aristotelicis de partibus animarum doctrinis explicat, a Varrone non videtur abhorrere,[1]) praesertim cum hunc locum fragmentum Varronianum cum superioribus conglutinatum sequatur de Hercule et Geryone, quamquam in carmine Vergiliano nihil est, cur hoc afferatur. Atque bene factum est, quod apud Lydum eo loco, qui totus e Varrone pendet, haec sententiam illam de Geryone Varronianam sequuntur: Ὅτι Ἔρυλον τὸν περὶ Ἰταλίαν, ὃν κατασχὼν Εὔανδρος, ὁ τῆς μαντικῆς Καρμέντης υἱός, ἔσχε τὴν χώραν, τρίψυχον γενέσθαι ὁ μῦθος αἰνίττεται φιλοσοφώτατα. τριπλᾶς γὰρ ἔχειν τὴν ψυχὴν δυνάμεις ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης παραδίδωσιν etc. (§ 11). Quae quin Varroni debeantur, dubium esse non potest; accedit, quod etiam ea quae sequuntur Varronianae doctrinae plena sunt (§ 12): *Κίρκη τις ἦν ἐν Ἰταλίᾳ τῷ τε γένει περιφανὴς καὶ τῷ κάλλει διαπρεπής, ἥτις καὶ τοῦ Ὀδυσσέως πλανωμένου ἐν Ἰταλίᾳ σὺν τῷ Διομήδει ἐρασθεῖσα καὶ συγγενομένη τούτῳ ἔτεκεν ἐξ αὐτοῦ τὸν Αὔσονα ... αὕτη γοῦν ἡ Κίρκη διὰ κάλλους ὑπερβολὴν τοῦ Ἡλίου θυγάτηρ εἶναι ἐκόμπαζε* etc.; cf. Serv. Aen. VII 19: *Circe autem ideo Solis fingitur filia, quia clarissima meretrix fuit, et nihil est sole clarius* etc. et Varronem apud Serv. Aen. III 386: *qui nunc Circeius mons a Circe dicitur, aliquando, ut Varro dicit, insula fuit, nondum siccatis paludibus, quae eam dividebant a continenti. Aeaea autem dicta ab aspernantium voce, propter celebratas*

[1]) Quod concludemus e Servio ad Aen. VI 703: *tractat de Platonis dogmate, quod in Phaedone positum est περὶ ψυχῆς, de quo in georgicis strictim, hic latius loquitur. De qua re etiam Varro in primo divinarum plenissime tractavit.* De doctrina Varroniana disserit E. Schwarz l. c. 410 s.

*illic corporum mutationes* (ant. rer. hum. X 7 Mirsch; Samter l. c. 64; Reitzenstein Herm. XX 544; Detlefsen l. c. 52 s.). Eadem fere et Plin. III 57 et Serv. VII 10 tradunt: *Aeaeus ab horrore transeuntium.* Serv. ampl. ad Aen. I 273 (de urbe Roma) e Varrone hauriens haec quoque tradit: **dicit Latinum ex Ulixe et Circe editum de nomine sororis suae mortuae Romen civitatem appellasse* (cf. II 44). A Varrone procul dubio etiam haec Serv. ampl. accepit, quae disputationi de Sicanis et Aboriginibus certe Varronianae adiecit: *quamvis quidam Ausones cognominatos ab Ausone Ulixis et Circes filio dicant.* Ausonem Lipari patrem iam Timaeus commemoravit (Geffcken l. c. 123, 32 et 77, 2). Alia de Ausonis matre prodit Serv. ampl. III 171. De Ulixe in Italia errante et de Diomede eodem delato Varronem fuisse auctorem iam cognovimus.

Itaque Lydi illo loco frustula Varronianae doctrinae exstare videmus per expilatorem nescio quem Lydo tradita, quem etiam in libro de ostentis ex iisdem fontibus hausisse constat, ubi Apuleium Varronis sectatorem ab eo adhibitum esse docet C. Wachsmuth in ed. alt. (1897) proleg. XXXII s.

Quare Vergilium et de Erulo illo miro et de Feronia[1]) eius matre Varronem secutum esse putabimus, qui etiam de hac fabula libris illis ‚Praenestinis' videtur usus esse, quos de Caeculo consuluit. Feroniae cultus secundum Varronem de lingua Lat. V 74 a Sabinis Romam illatus est; idem de Feronia libertorum dea apud ampl. Serv. VIII 564 testis excitatur. Samter p. 74 haec Varroni tribuit: *circa hunc tractum Campaniae colebatur puer Iuppiter, qui Anxyrus dicebatur ... et Iuno virgo, quae Feronia dicebatur.* Fabulam de Feroniae cultu copiosam Dion. Hal. II 49 refert, quem de antiquitatibus Sabinorum (cap. 47 et 48) Varronem secutum esse scimus (Kiessling l. c. 42). Atque in capite 49 primo citatur Ζηνόδοτος ὁ Τροιζήνιος, quem Varronis autorem de Praeneste Praenestinae urbis conditore fuisse supra vidimus (p. 333); deinde Cato (§ 2—3), cuius sententia per Varronem videtur tradita esse. Quae

[1]) Ceterum Praenestinus Feroniae cultus obscurus est. In titulo quodam prope Lugnanum invento (Orelli 1756; Roscheri lex. myth. I 2, 1478) una cum *Feronia sanctissima Fortuna Praen(estina)* commemoratur, sed titulus ille spurius est (C. I. L. XIV falsae nr. 284*).

sequuntur (§ 4 s.) falso eidem Catoni a Petero p. 51 (origin fr. 50) attributa esse puto; audiamus Dionysium: *ἔστι δέ τις καὶ ἄλλος ὑπὲρ τῶν Σαβίνων ἐν ἱστορίαις ἐπιχωρίοις λεγόμενος λόγος, ὡς Λακεδαιμονίων ἐποικησάντων αὐτοῖς καθ' ὃν χρόνον ἐπιτροπεύων Εὔνομον τὸν ἀδελφιδοῦν Λυκοῦργος ἔθετο τῇ Σπάρτῃ τοὺς νόμους. ἀχθομένους γάρ τινας τῇ σκληρότητι τῆς νομοθεσίας καὶ διαστάντας ἀπὸ τῶν ἑτέρων οἴχεσθαι τὸ παράπαν ἐκ τῆς πόλεως. ἔπειτα διὰ πελάγους πολλοῦ φερομένους εὔξασθαι τοῖς θεοῖς (πόθον γάρ τινα ὑπελθεῖν αὐτοὺς ὁποιασδήποτε γῆς) εἰς ἣν ἂν ἔλθωσι πρώτην, ἐν ταύτῃ κατοικήσειν. καταχθέντας δὲ τῆς Ἰταλίας περὶ τὰ καλούμενα Πωμεντῖνα πεδία τό τε χωρίον, ἐν ᾧ πρῶτον ὡρμίσαντο, Φορωνίαν ἀπὸ τῆς πελαγίου φορήσεως ὀνομάσαι καὶ θεᾶς ἱερὸν ἱδρύσασθαι Φορωνίας, ᾗ τὰς εὐχὰς ἔθεντο· ἣν νῦν ἑνὸς ἀλλαγῇ γράμματος Φερωνίαν καλοῦσιν. ἐκεῖθεν δ' ὁρμηθέντας αὐτῶν τινας συνοίκους τοῖς Σαβίνοις γενέσθαι καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν νομίμων εἶναι Σαβίνων Λακωνικά, μάλιστα δὲ τὸ φιλοπόλεμόν τε καὶ τὸ λιτοδίαιτον καὶ παρὰ πάντα τὰ ἔργα τοῦ βίου σκληρόν.* Quem locum totum Varroni attribuendum esse e sententiis de Feroniae cultu Varronianis, quas supra attulimus, manifestum fit; at Varronis auctor non Cato fuit, sed auctor quidam qui hoc *ἐν ἱστορίαις ἐπιχωρίοις* reperit, velut Cn. Gellius. Atque hunc a Varrone hic quoque consultum esse intellegitur e Serv. ad Aen. VIII 638: *Sabini a Lacedaemoniis originem ducunt; ut Hyginus ait de origine urbium Italicarum* (fr. 9 Peter) *a Sabo, qui de Perside Lacedaemonios transiens ad Italiam venit et expulsis Siculis tenuit loca, quae Sabini habent. — Cato autem* (fr. 51 Peter) *et Gellius* (fr. 10 Peter) *a Sabo Lacedaemonio trahere eos originem referunt.* Optime *τὸ παρὰ πάντα τὰ ἔργα τοῦ βίου σκληρόν* Dionysii, i. e. Varronis Gelliique, Vergilii illi *Curibusque severis* (Aen. VIII 638) respondet. Itaque hic Servio Hyginus Varronianam doctrinam tradidit, quod haud raro videtur factum esse, velut ad VIII 600 (libr. urb. Ital. fr. 7 Peter) et ad Aen. I 277, quocum scholio multi Serviani de urbis Romae origine loci arte cohaerent.[1])

---

[1]) Solino Varroniana de hac re Verrium prodidisse suspicatur Samter l. c. 21 ss.

Haec de Feroniae cultu Varro; qui factum sit, ut fabularentur Feroniam filium mortuum ad vitam revocasse, quaerit O. Müller-Deecke l. c. II 64 ss.; e cuius disputatione haec afferantur (p. 67): „es scheint, dass es eine Erdgöttin war, der Tellus, vielleicht auch der Mania, verwandt; dann begreift man wenigstens, wie sie dem praenestinischen Herilus nach alter Sage 3 Seelen verleihen konnte, indem es ja in ihrer Macht stand, die abgeschiedene jedesmal wieder hinaufzusenden.“ Klausen l. c. II 842 Feroniam similem esse dicit Proserpinae nisus Dionysii hoc loco ant. Rom. III 32: *Μετὰ δὲ τοῦτον τὸν πόλεμον ἕτερος ἀνέστη Ῥωμαίοις ἐκ τοῦ Σαβίνων ἔθνους, ἀρχὴ δὲ αὐτοῦ καὶ πρόφασις ἐγένετο τοιάδε· ἱερόν ἐστι κοινῇ τιμώμενον ὑπὸ Σαβίνων τε καὶ Λατίνων ἅγιον ἐν τοῖς πάνυ θεᾶς Φερωνείας ὀνομαζομένης, ἣν οἱ μεταφράζοντες εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν οἱ μὲν Ἀνθοφόρον, οἱ δὲ Φιλοστέφανον οἱ δὲ Φερσεφόνην καλοῦσιν.* Ibidem not. 1874 cum Erulo Mares ille Aeliani var. hist. IX 16 confertur, qui ter revixit (cf. Wissowa in Roscheri lex. myth. I 1372). Etiam viridem Feroniae lucum silentio transire non licet, qui et a Vergilio commemoratur, et a Servio ad Aen. VII 800 sic: *nam cum aliquando huius fontis lucus fortuito arsisset incendio et vellent incolae exinde transferre simulacra, subito reviruit.*

Adnotamus etiam haec Varronem videri a Gellio vel a Zenodoto accepisse (Macrob. Sat. III 18, 5): *est autem natio hominum iuxta agrum Praenestinum, qui Carsitani vocantur ἀπὸ τῶν καρύων, cuius rei meminit Varro in Logistorico qui inscribitur Marius de Fortuna.*[1])

## 4. Amyclae.

Camers Volcentis ditissimi filius est, qui *tacitarum Amyclarum* rex fuit, gente ortus insigni (Aen. X 562 ss. XII 224).

[1]) E. Norden Mus. Rhen. XLVIII 544 de logistorico hoc disputans „Varro“ inquit „tam fuse de Praenestinis disseruit, quia meminit Fortunae Primigeniae“ et ad restituendum illum librum cum Varronianis de Caeculo et de Carsitanis fragmentis fabulam de Erulo et de Mare coniungit putans „Varronem disserendi principium fecisse a Marii nominis origine et inde ad fabulam illam Praenestinam (et ad Fortunam Praenestinam) ductum esse.“

Ubi nomina Camers et Volcens poeta invenerit non liquet, sed non obliviscendum est permultas fabulas gentilicias periisse. Certe inter Camertem hunc Vergilianum et Clusii vetustum nomen (Camers vel Camars) nulla intercedit ratio. Moneamus tantummodo cognomen illud in gente Annia et Lucceia, cognomen Camerinus in gente Sulpicia occurrere (Mommsen Herm. XVII 44), quod procul dubio ab urbe Latina Cameria ductum est a Romanis deleta (Cato apud Festum p. 234 M.). Illuc etiam gentis Coruncaniae origines referebantur (Tac. annal. XI 24), e qua Ti. Coruncanius ortus erat vir insignis a Cicerone saepenumero laudatus, qui Vulcientes et Volsinienses devicit. Hunc fortasse poeta nomina illa commentus colere voluit. Similia commentatores veteres de Aen. XI 642 statuerunt. Sed dubia illa atque obscura. De ceteris Serv. ad Aen. X 564 haec adnotat: *inter Caietam et Terracinam oppidum constitutum est a Laconibus, qui comites Castoris et Pollucis fuerunt* (Serv. ampl. adicit: *cum Glauco, filio Minois, in Italiam venerunt et misti cum Ausonis*) *et ab Amyclis, provinciae Laconicae civitate, ei inditum nomen est. Lacones itaque isti cum secundum Pythagoream sectam a caede omnium animalium abstinerent ... et ex vicinis paludibus natas serpentes occidere nefas putarent, ab iisdem interempti sunt: unde Amyclas tacitas dicit id est Pythagoreas: nam Pythagorica virtus est quinquennale silentium. est et alia expositio: cum frequenter falso nuntiarentur hostes et inani terrore civitas quassaretur, lata lege cautum est ne quis unquam hostis nuntiaret adventum. postea cum vere hostis veniret, nullo nuntiante, ex inproviso civitas capta est: unde tacitae dictae sunt, quod periere silentio.* Ut hic Servii auctorem Varronem existimemus, ea re nobis persuadetur, quod de Laconibus in regiones Pomptinas delatis narrationes Varronem rettulisse vidimus. Accedit quod locus ille de Glauco Minois filio eodem videtur referendus esse. Uberior de hac fabula Serv. est ad Aen. VII 796: *Glaucus, Minois filius, venit ad Italiam. et cum sibi imperium posceret nec acciperet, ideo quod nihil praestabat, sicut eius pater praestiterat zonam eis transmittendo, cum antehac discincti essent, ostendit scutum: a quo et ipse Labicus dictus est, et ex eo populi ἀπὸ τῆς λαβῆς, quam latine amplam vocamus;* quam rem etiam Serv.

VIII 72 tangit: *Thybrin vero alii a rege Aboriginum dictum volunt, qui iuxta dimicans interemptus est; alii ab eo rege, quem Glaucus, Minois filius, in Italia interemit.* Preller Röm. Mythol. 511, 1 *ab eo rege* corruptum esse putat et *a Veiorum rege* restituit conferens Varr. de l. Lat. V 30: *fuerunt qui ab Thebri vicino regulo Veientum dixerint appellatum primo Thebrim.* Sequuntur apud Varronem haec: *sunt qui . . . priscum nomen latinum Albulam vocitatum litteris tradiderint, posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum, quod ibi interierit; nam hoc eius ut tradunt sepulcrum.* De regibus Veientanorum Varronem egisse p. 319 vidimus (Serv. ampl. VII 697). Serv. ampl. ad VIII 330 de Thybri Tuscorum rege agens haec adicit: *vel ut quidam volunt a Glauco, Minois regis filio, occisus est*; postea Varronem testem excitat: *alii Tiberim, Iani et Camasenae filium, ibi in bello perisse tradunt. Varro Tiberim a Thebri quodam vel a *qui ibi perierit, dictum tradit,* e quo procul dubio haec quoque hausit: *sed hic Alexandrum sequitur, qui dicit Tiberinum, Capeti filium, venantem in hunc fluvium cecidisse et fluvio nomen dedisse: nam et a pontificibus indigitari solet.* Etenim Albanorum regum tabula — ab Alexandro conficta et a Castore propagata (Mommsen chronol. pag. 152) — e Varrone a Dionysio[1]) hausta est (Kiessling l. c. 41).[2])

Itaque et Servius de Laconibus Amyclarum conditoribus et Serv. ampl. de Glauco cum iis profecto (ad Aen. V 564) Varronem secutus est; ab hoc igitur Vergilius sua accepit.

---

[1]) Sane apud Dionysium ant. Rom. I 71, 1 s. Alba Longa regnasse dicuntur Capetus, Capys, Calpetus, Tiberinus. De Alexandro agit Frick l. c. 49 ss. Cum Servii ampl. illis comparabimus Serv. ad VIII 31: *in sacris Tiberinus, in coenolexia Tiberis, in poemate Thybris vocatur* et ad VIII 72: *sic enim invocatur in precibus ,adesto, Tiberine, cum tuis undis'.* De his comprecationum formulis vide Agahd l. c. 132, qui docet apud Serv. ampl. Aen. VIII 330 *„indigitare* idem esse quod *imprecari"* et p. 157 s. Varr. ant. rer. div. I 39a: *Romulus constituit Romanis deum Ianum, Iovem . . . Tiberinum, Herculem* et 39b: *Romuli sunt Picus, Tiberinus.*

[2]) De his rebus cf. E. Schwartz, Abhandlungen der Ges. d. Wiss. zu Göttingen, vol. XL (1894) p. 124 ss., de Albanorum regum serie C. Trieber Herm. XXIX 130 ss. Frick l. c. 5 s.

Quae comprobantur aliis rationibus. Fabulam de Amyclis Plinius III 59 commemorat, qui in eo libro saepissime Varronis vestigia pressit. Re vera Plinium inde hausisse cognoscimus e nat. hist. VIII 104: *M. Varro auctor est . . . in Italia Amynclas a serpentibus deletas* (Samter l. c. 65).

De Amyclis Lacedaemoniorum Solinus 7, 8 cum Plinio IV 16 concinit, de Amyclis Latinorum paulo uberior Plinio Solinus est, apud quem commemoratis Marsorum serpentibus et Aeetae filiabus haec legimus 2, 32: *denique Amunclas,*[1] *quas Amyclas ante Graeci condiderant, serpentes fugavere.*

Ergo Vergilius Servius Plinius Solinus (Sil. Pun. VIII 528) e Varrone seu e Varronianis rivulis hauserunt. Auctor fabulae Graecae ad Latinum oppidum oblivioni datum[2]) translatae Alexander videtur fuisse.

---

[1]) *Mare Amunclanum* propter Fundanos montes habet Tac. annal. IV 59.

[2]) Ceterum vastata Italiae oppida in X ant. rer. hum. libro Varronem enumerasse conicit Mirsch l. c. 111, quem de iis egisse elucet etiam e Nonii his (501 Merc. II 139 Luc. Müller 1888): *Varro de vita populi Romani lib. IV: ipsa Italiae oppida sunt vasta, quae prius fuerunt hominum referta.* De indicibus urbium, quae in Italia perierunt, a Plinio praecipue in nat. hist. servatis deque rationibus, quae his cum Varrone sunt, egerunt Seeck Mus. Rhen. XXXVII 9 ss. et Mommsen Herm. XVII 42 ss., imprimis p. 58. Detlefsen l. c. 35 mihi non persuasit Cornelium Nepotem has res Plinio prodidisse affirmans. De Amyclis tacitis vide Heynii excursum II ad l. X, p. 477 s.; Klausen l. c. II 1038 ait: „Amuclae hat so wenig existiert, wie Apina und Trica — at erat mare Amunclanum —. Es trägt den Begriff der Schweigsamkeit, wie Angerona; in die erträumte Stadt spielte man die Vorstellungen von pythagoreischem Leben, von der Scheu vor der Tötung von Tieren, von der Verehrung der im Sumpfe lebenden Schlangen herein“: sed monendum est Servium l. l. non fabulas genuinas referre, sed non modo ipsam narrationem, verum etiam explanationem ‚doctam‘ a Graeculo scriptore ad Latinum illud oppidum translatas esse. Cum fabula de Amyclarum interitu comparari possunt ea, quae de Cymaeis stolidis fabulabantur (Strabo XIII 622). Culicum multitudine victi Myuntem oppidani urbem deserere coacti sunt; similis calamitas Atarnitis exitio fuit (Pausan. VII 2, 11).

Quaestio quinta.

## De Varrone ceterarum fabularum auctore incerto.

### 1. Mantua.

Mantuanorum dux Ocnus est, Tiberis et Mantus fatidicae filius, qui Mantuam condidit urbique nomen a matris nomine ductum dedit (X 198 ss.). Quoniam de iis, quae poeta de ipsa urbe dicit, diversae exstant sententiae, ipsa verba adscribimus:

*Mantua, dives avis; sed non genus omnibus unum.*
*gens illi triplex, populi sub gente quaterni,*
*ipsa caput populis, Tusco de sanguine vires.*

Unde Aulestes ortus sit post Ocnum in catalogo libri X commemoratus, poeta non exposuit.

Alia via hic est incedendum, cum metus sit, ne temere auctorem fabulae quaerere putemur; attamen demonstrare iuvat Vergilium etiam de patria sua non mera *αὐτοσχεδιάσματα* protulisse.

Excitandus est Serv. ampl. ad Aen. X 198 (cum Serv. gen. ipsa poetae verba pedestri oratione repetat): *alii Manto, filiam Herculis, vatem fuisse dicunt. hunc Ocnum alii Aulestis*[1]) *filium, alii fratrem, qui Perusiam condidit, referunt: et ne cum fratre contenderet, in agro Gallico Felsinam,*[2]) *quae nunc Bononia dicitur, condidisse: permisisse etiam exercitui suo, ut castella munirent, in quorum numero Mantua fuit.*

[1]) De hoc nomine Deecke, Etr. Forsch. III 70, ait: „Eine eigentümliche Umgestaltung hat der etr. Name *aule* erlitten in der Form *Aulestes* bei Vergil und Servius, vielleicht graecisiert nach Ὀρέστης, Θυέστης."

[2]) Sic Cluverius locum correxit; libri *Celsena* sim.

Adicitur hic locus, quem **Caecinae** deberi conlato scholio Veron. ad Aen. X 200 mutilo apparet: *alii a Tarchone Tyrrheni fratre, conditam dicunt, Mantua autem ideo nominatam, quod Etrusca lingua Mantum Ditem patrem appellant* etc.

Fabulae de Felsinae et Perusiae origine hic inter se coniunctae sunt; commentatorem minime e Vergilio, sed ex aliis fontibus iisque optimis haurire videmus. Quam Felsinae fabulam eo tempore a Mantuanis usurpatam esse censebimus, cum Felsina e manibus Etruscorum erepta est. Utut est: certe Vergilii temporibus Mantuae origo ad Ocnum referebatur; quaeritur tantum, num Manto Ocni mater ab ipso poeta in hanc fabulam introducta sit, quam non a principio cum ea coniunctam fuisse vetus illa atque docta nominis Mantua derivatio docet, quam Caecina prodidit. Manto tum demum narrationi insertam esse putabimus, cum etiam aliae vicinae urbes in Graecis originibus gloriabantur, quas κτίσεις Iustinus e Timaeo pendens tangit XX 1, 11 (*sed et Pisae in Liguribus Graecos auctores habent et in Tuscis Tarquinii. A Thessalis est Spina in Umbris; Perusini quoque originem ab Achaeis ducunt. Quid Caeren urbem dicam* etc.) et § 6 ss. Eodem modo Mantuanis Graecos auctores quaerentibus propter nominis similitudinem nemo aptior visa est quam Tiresiae filia, ad quam (et ad Mopsum eius filium) Graecorum oppidorum origines haud paucae referebantur (Steph. Byz. s. v. *Μαλόεις* et s. v. *Παμφυλία* etc.). Unde etiam fabula de Thebanis Mantuae colonis orta est, quam Serv. ampl. ad Aen. X 201 explicandum adhibet.

Atque e Graeca origine Mantuanos oppidum suum duxisse etiam Bianore illo comprobari puto, quem Vergilius ecl. IX 59 s. commemorat, ad quae Serv. adnotat: *hic est, qui et Ocnus dictus est . . . conditor Mantuae. dictus autem Bianor est, quasi animo et corpore fortissimus, ἀπὸ τῆς βίας καὶ ἠνορέης.* Quamquam dubito, num recte commentator Bianorem eundem quem Ocnum esse dicat; suspicor enim, antequam Mantuani de Manto Tiresiae filia cogitarint, personam aliquam fabularem eiusdem vel similis nominis confictam esse, e qua urbis nomen duceretur, et huius patrem Herculem habitum, ad quem plurimae origines Italicae referebantur. Sic coniunguntur Hercules-Manto et Manto-Bianor; et bene Herculis nepos Bianor appellatur.

Quam fabulam vetustiorem tum reiectam esse puto, cum historia fabularis Graecorum magis innotuit.

De duodecim populis Mantuae interpretes alii alia docuerunt; Servius primo recte adnotat: *quia Mantua tres habuit populi tribus, quae in quaternas curias dividebantur,* aberrat deinde pergens sic: *et singulis singuli Lucumones imperabant, quos tota in Tuscia duodecim fuisse manifestum est, ex quibus unus omnibus praeerat. hi autem totius Tusciae divisas habebant quasi praefecturas, sed omnium populorum principatum Mantua possidebat.* Similia Serv. ampl. profert. Immo tenebimus nullum hic de corpore civitatum Etruscorum cuncto verbum fieri, sed tantummodo de Mantua agi. Itaque in hac urbe tres sunt gentes, quarum singulae in quattuor populos dividuntur (Niebuhr l. c. I 328, 757). Saepe enim gentem comprehendere totam nationem, populum eius partes eadem civitatis forma usus plurimis locis a Drakenborchio ad Liv. V 34, 5 collectis (adde Apulei de mag. lib. c. 47) comprobatur.

Quod poeta ait *ipsa caput populis*, id oratorie potius quam historice dictum est, sed poetae Italico condonandum, quod *in favorem patriae* hoc confinxit.

Etiam Tiberim non a Vergilio primo Ocni patrem dictum esse putabimus, qui certe iam in antiqua illa fabula Aulestis, Ocni fratris, pater fuerit, cum Perusia fere ad ipsum *Tuscum amnem* sita sit.

Itaque nulla causa est, cur Vergilium hic aliquid commentum esse censeamus, sed eam fabulam a poeta prolatam esse putabimus, quae tum, Felsina iam diu Tuscis erepta, pro genuina oppidi[1]) habita est (Kuschel l. c. 22 s.).

Ceterum monendum est aliam quoque nominis conditoris formam (*Aunus* sc.) in Aeneide obversari, quod nomen ibi Liguri *Appenninicolae* inditum est. Cum enim Vergilius nominibus heroum vernaculis egeret, libenter immutata illa nominis specie

[1]) De hac fabula agit Heynius in excursu I ad l. X, p. 475 s.; Steuding in Roscheri lex. myth. I 728 s.; ibidem Schultz I 784; Immisch II 2328; Höfer III 599; Knaack apud Pauly-Wissowa II 2269 et III 381; O. Müller l. c. II 287. I 122 ss.; Cuno l. c. II 75; Ed. Meyer, Geschichte des Altertums II 320.

ad augendum Italicorum heroum numerum usus est. Apparet igitur uberiorem fabulae formam poetae notam fuisse.

Varronem certe fabulam de Ocno Felsinae conditore exposuisse inde cognoscimus, quod eius et Serv. ampl. et Silius Pun. VIII 599 mentionem facit, apud quem Bononia dicatur *Ocni prisca domus*; Pun. V 7 et VI 109 Knaack (Pauly-Wissowa II 2269) aliique legunt *Aunus*, Bauer *Arnus*.

## 2. Tarentum.

Singularem locum etiam Tarentum obtinet, quod haesitans poeta *Herculeum* dicit (*si vera est fama*) et iam Aeneae temporibus exstitisse vult (Aen. III 551).

Fabulam eam, quam hic poeta tangit, a volgari opinione diversam esse apparet, qua Tarenti origo a Partheniis ducebatur; quae Strabo VI 278 s. Antiochum secutus plenissime exponit (*περὶ δὲ τῆς κτίσεως Ἀντίοχος*[1]) *λέγων φησίν, ὅτι τοῦ Μεσσηνιακοῦ πολέμου γενηθέντος* etc.). Similem fabulam in regione satis remota volgatam fuisse videmus apud Steph. Byz. s. v. *Τάφραι* ... *χώρα ταφρευθεῖσα περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην ὑπὸ δούλων ταῖς δεσποίναις συμμιγέντων κατὰ τὸν πολυχρόνιον πόλεμον τῶν Σκυθῶν, τῶν δεσποτῶν πολεμούντων τοῖς Θρᾳξὶν ἢ τοῖς ἐντὸς Ἴστρου, ὡς Καλλίστρατος ἐν τρίτῳ*. Eandem fere de Locris fabulam legimus apud Dionys. orb. descr. 361 ss. (Müller, Geogr. Gr. min. II 125, cf. Eust. comm. p. 282). Haud pauca ad Tarentinam fabulam explicandam protulit Busolt, Griech. Gesch. I 405. II 408 ss. Ed. Meyer l. c. II 306 narrationem propter nomina auctorum urbis obscura confictam esse putat reprehenditque Geffckenum l. c. 187, nam „Geffcken sucht darin in üblicher Weise geschichtliche Reminiscenzen, ebenso wie Studniczka Kyrene 175 s. die Phalanthossage in Urgeschichte verwandelt und allen Ernstes Brundisium zu einer griechischen Kolonie machen will." Solin. 2, 10 ait *ab Heraclidis Tarentum* (conditum), quocum fragmentum Callimacheum

[1]) Müller Fr. hist. Graec. I 181 conferre iubet Diodor. exc. Vatic. 12 Dindorf. De Ephoro vide Strabonem l. l.

448 Schneider (e schol. Dionys. Perieg. 376) saue corruptum congruit:

> ‚*Τάρας δ' ἁλὸς ἐγγύθι ναίει*
> *ἥν ποτ' Ἀμυκλαίων ἐπολίσσατο καρτερὸς Ἄρης*
> *ἥντινα Τάραντον'* ...

*μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας καὶ Καλλίμαχος, λέγων οὕτως·*

> *πάντες, ἀφ' Ἡρακλῆος ἐτήτυμον ὅσσοι ἀμώμου*
> *ἔξοχα δ' ἐν πεδίοις οἳ πόλιν Ἰταλιδῶν*
> *ᾠκίσατε.*

(sic Schneider; Müller ad geogr. l. c. 446 conicit:

> *πάντες ἐφ' Ἡρακλῆος ἐτήτυμον ἕσσατε κόσμον*).

At propter Vergilii illud *si vera est fama* locns hic non ita explicari potest, ut Tarentum ab Herculis posteris conditum esse dicatur; praestat putare hic urbis origines ad ipsum Herculem referri. Quaerentes viam difficultatem amovendi primum notabimus huic Hercnleae origini fabnlam Phalantheam non obstare, cum alibi quoque iam ante Tarentum a Partheniis constitutum urbem in illo loco exstitisse referatur. Haec Serv. ampl. ad III 551 adnotat: *quidam Tarentum ante Saturium*[1]) *dictum tradunt et ab Herculis filio Tarento post Tarentum*, alia Serv.: *(partheniatae) accepto duce Phalantho, octavo ab Hercule, profecti sunt, delatique ad breve oppidum Calabriae, quod Taras, Neptuni filius, fabricaverat, id auxerunt et prisco nomine appellaverunt Tarentum.*

Itaque apud Vergilium vetus oppidum, Herculeum Tarentum, recentiori coloniae videtur opponi. Atque in una e narrationibus de prioris illius urbis origine Herculem conditorem dictum esse minime mirandum est, cum indicia cultus Herculei

---

[1]) De *Satureiano caballo* Horatii sat. I 6, 59 Luc. Müller adnotat: „was Satureiano bedeute, war schon den Alten nicht klar" ... Fortasse, ait, est „Satureius der Name eines Mannes, ... der Pferde züchtete, welcher sich die jennesse dorée bei ihren Ausflügen mit Vorliebe bediente„ etc. At etiam Acron ad Hor. l. l. *Satureiano i. e. Tarentino, quia Satureia dicta est Tarentina civitas* etc. Alia Porphyrio habet: *Satureiani nomine fundi in Apulia illis temporibus fuisse dicuntur satis ampli et nobiles* etc. (cf. Verg. georg. II 197 cum Servio et Serv. ad Verg. georg. IV 351).

in urbe illa quondam florentis non desint, quae diligenter collegit Heyne in exc. XIV ad l. III; afferatur e. g. hoc: „et reperiuntur numi Tarentinorum cum Herculis capite, et cum Hercule clavigero leonem suffocante" et hoc: „sane tota haec Italiae ora, ut passim aliae Italiae partes, fabulosa Herculis monumenta ostendebant." Huc pertinent fabulae de Lacino latrone ab Hercule occiso, de templo Iunonis ab Hercule condito apud Serv. III 552, quibus Serv. ampl. addit narrationem de Lacinio rege, Cyrenes filio, qui Herculem reppulerit. Diod. IV 24, 7 *καὶ Λακίνιον μὲν κλέπτοντα τῶν βοῶν ἀνεῖλε* (Hercules sc.), *Κρότωνα δὲ ἀκουσίως ἀποκτείνας ἔθαψε μεγαλοπρεπῶς καὶ τάφον αὐτοῦ κατεσκεύασε· προεῖπε δὲ καὶ τοῖς ἐγχωρίοις ὅτι κατὰ τοὺς ὕστερον χρόνους ἔσται πόλις ἐπίσημος ὁμώνυμος τῷ τετελευτηκότι* ad Timaeum referendum esse docet Geffcken l. c. 21. 53. 140, 11 ss. Ergo Servium sua de Lacinio a Varrone accepisse apparet. Commemorandi etiam sunt Gigantes e pugna cum Hercule Leuca prope Barin fugientes secundum Strabonem VI 281, quem hic Timaeum secutum esse Geffcken 15. 137, 24 ss. ostendit. Ibidem e mir. ausc. 97 hoc comperimus: *λέγουσι δὲ πολλαχοῦ τῆς Ἰταλίας Ἡρακλέους εἶναι πολλὰ μνημόσυνα ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἃς ἐκεῖνος ἐπορεύθη.* De Hercule in Italia versato auctor uberrimus est Dionys. Hal. I 39—44, quem plerumque Varronis auctoritate niti Kiessling l. c. 39 confirmat. Adscribimus haec (I 44, 1): (Hercules) *δόξης τε καὶ ζήλου καὶ τιμῶν ἰσοθέων παρὰ πᾶσι τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Ἰταλίᾳ τυχὼν ἀπῆρεν εἰς Σικελίαν.* Cf. Steph. Byz. s. v. *Βρεντέσιον· ἀπὸ Βρέντου Ἡρακλέους.* Quodsi praeterea memores sumus Heracleae coloniae a Tarentinis deductae — de qua conferendus est Timaeus, Geffcken 16. 138, 4 — nihil impedit, quominus etiam Tarenti primordia in fabula aliqua cum Herculis expeditione in Hesperiam facta fuisse coniuncta credamus. Heynius l. c. ait: „Igitur manet hoc, antiquam aliquam fabulam, quae nunc nota non est, de Tarenti originibus Herculi adscriptis poetae h. l. in animo fuisse."

Fuitne Varro huius fabulae auctor? Constat et Timaeum et Varronem ubique, in Italia praecipue, Herculis vestigia quaesivisse. Praeterea haec quoque ratio fortasse cuiusdam momenti est. Herculis statuam Capitolinam a Fabio Maximo Romam

translatam esse et Plin. XXXIV 40 testatur et Strabo VI 278: *καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ Καπετωλίῳ χαλκοῦς κολοσσικὸς Λυσίππου ἔργον, ἀνάθημα Μαξίμου Φαβίου τοῦ ἑλόντος τὴν πόλιν* (Tarentum sc.). De Hercule gentis Fabiae auctore vide Sil. Pun. VI 627 ss. et Plutarch. Fab. Max. 1: *Νυμφῶν μιᾶς λέγουσιν, οἱ δὲ γυναικὸς ἐπιχωρίου, Ἡρακλεῖ μιγείσης περὶ τὸν Θύμβριν ποταμὸν γενέσθαι Φάβιον.* Catonem in oppugnando Tarento prima stipendia meruisse prodit Plut. Cato 2: *Φαβίου δὲ Μαξίμου τὴν Ταραντίνων πόλιν ἑλόντος ἔτυχε μὲν ὁ Κάτων στρατευόμενος ὑπ᾽ αὐτῷ κομιδῇ μειράκιον ὢν ... Νεάρχῳ δέ τινι τῶν Πυθαγορικῶν*[1]) *ξένῳ χρησάμενος ἐσπούδασε τῶν λόγων μεταλαβεῖν.*

Quodsi dubium esse vix potest, quin fuerit fabula de Hercule Tarenti auctore, Catonem, qui affuerat cum Herculis illa statua a Fabio Maximo Romam e capta urbe translata est, praeter alia de urbis origine testimonia etiam hoc a viris illis antiquitatum Tarenti peritis accepisse vero est proximum.

Quae Varronem — quamvis haesitantem — rettulisse ex iis quae supra disputavimus manifestum est. Cum fabula haec singularis esse visa sit, Vergilius eam inducit adiciens illud *si vera est fama* more Alexandrinorum poetarum, velut Apollon. Rhod. Arg. I 153 s. dicit *εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος* (cf. IV 982 s.).

Itaque hic Vergilius temporum rationem habuit, quam alibi neglexit, cum Aeneae praetervehenti Camarina, Gela, Agrigentum, *palmosa Selinus* appareant; at hic quoque exemplo magistri sui poeta excusari potest; etenim Apollonium Rhodium R. Walther, *De Apollonii Rhodii Argonauticorum rebus geographicis*, Diss. phil. Hal. XII 27, dicit „mirum in modum fabulis miscere res fide historica confirmatas, modo vera tradere modo falsa, et poetarum licentia usum esse et auctorum locupletissimorum libros adhibuisse.“ Cf. F. Lenormant l. c. 22 ss.

---

[1]) Cogitari potest fabulam de Crotoniensi illo Herculis vaticinio a Pythagoreis Crotoniatis confictam esse morum et severitatis Doriorum laudatoribus: sic enim cum Hercule origines Achaicae urbis sunt coniunctae. Fortasse hic multarum narrationum de Hercule in Italia morato fons est.

### 3. Clusium.

Clsinorum et Cosanorum manns Massicus princeps ducit (Aen. X 166 ss.); praeterea X 654 ss. *rex Clusinis advectus Osinius oris* commemoratur.

*Massicus* et *Osinius* alii eiusdem regis nomina esse suspicati sunt, alii, nt Heynius, Ladewig-Schaper, Massicnm putant regem, Osinium fortasse Lartem Clusinornm fuisse, qui sub Massico, totins agminis duce, parti exercitus praefuerit. Andiatur Serv. ad Aen. X 655: *Osinius ipse est quem supra Massicum dixit. ergo, ut diximus, [si] Osinius proprium est, Massicus appellativum: licet possit fieri, ut duo nomina unius sint ut Numa Pompilius, Alexander Magnus* etc.; similia adnotat Serv. ampl. Certe res difficilis est diindicatu; quare fortasse recte hanc discrepantiam sic excusabimns, ut locum illum Vergiliannm, ubi Massicus inducatur, nondnm perfectum esse snspicemur. Accedit, qnod ibi Mantnanis Liguribusque XXVIII versns (X 185—212) tribuuntur, aliarum urbium et gentium ducibus quattuor versus XIX (X 166—184). Hunc locum si poeta absolvisset, certe, opinor, neque Osinins omissus esset et ampliora de heroibus illis testimonia haberemns, e quibns cognoscere liceret, unde eos poeta acceperit. Similes discrepantias haud raras in Aeneide detexit W. Kroll, quem supra p. 301 [17] not. 2 laudavimus.

Attamen dubitari nequit, quin bonum de Etruria auctorem Vergilius secutus sit. Müller-Deecke l. c. II 287 not. 34 docet nominis *Osinius* formam Etruscam esse *Ausinius*, nt *Aucnus*, non *Ocnus*, Etrnscnm, et hoc nomen in inscriptionibus Arretinis repertum esse. Etiam nomen *Massicus*, a montis nomine nimirum ductum, in fabulis Etruscis occurrisse a vero non abhorret. Atque talem fuisse Vergilii auctorem inde quoque cognosci potest, quod Cosam cum Clusio (a qno multnm abest) quondam coniunctam fuisse facit; quae enim causa Vergilium commovere potuit, ut haec per se minime probabilia comminisceretur, praesertim cum Cosa Volcientium colonia videatur fuisse (Plin. III 51)?

Atqui constat Varronem de Etruria uberrimum fuisse auctorem et annales Etrnscornm adhibuisse (Censorin. XVII 6: *in Tuscis historiis, quae octavo eorum saeculo scriptae sunt, ut*

*Varro testatur, et quot numero saecula ei genti data sint et transactorum singula quanta fuerint quibusve ostentis eorum exitus designati sint continetur*). Vidimus praeterea de Populonia Ilvaque coniunctis, ad quas poeta hoc loco transiturus est (X 170 ss.), et de Pisis paulo post memoratis Varronem a Vergilio consultum esse: quare suspicari licet hinc etiam Osinium et Massicum sumptos esse. De hoc loco Heyne disputat in exc. I ad l. X.

### 3. Aequiculi.

Aequiculorum durae gentis rex est Ufens fortissimus VII 744—749, qui saepe a Vergilio commemoratur.

Nomen hoc a nomine fluminis illius noti ductum esse Kuschel p. 20, Kindermann p. 106, alii recte coguoverunt; similiter Vergilius poetica quadam licentia usus „VII 532 e Latii flumine Almone, filium Tyrrhi Almonem; 535 e Bruttiorum flumine Galaeso ditissimum Ausoniorum Galaesum; 752 Umbronem, XI 670 Lirim e fluviis nominavit" (Kindermann l. c.), neque est cur reconditiores Cunonis quaestiones de Aventis nomine pristino ‚Oufens' l. c. II 182 s. exponamus, cum Aequiculi non magis Aventis quam Ufentis fuerint accolae.

De Avente Sabinorum fluvio Varro testis excitatur a Servio VII 657; cf. Heynii exc. VIII ad l. VII. Nissen 514. De tribu Oufentina non est cogitandum, cum Aequiculi tribui Claudiae adscripti fuerint (Mommsen, Röm. Staatsrecht III 178). De tribu Oufentina „ex Privernate agro facta" vide W. Kubitschek, De Romanarum tribuum origine ac propagatione 1882, p. 21.

### 5. Aventinus.

Aventinum pulchrum Rheae filium sacerdotis et Herculis ex Hispania reversi Vergilius VII 655 ss. leonis exuviis indutum et more Graeco curru *palma insigni* vectum inducit. Comites eius saevos dolones gerentes cuius gentis sint, non comperimus. Post v. 663 Ribbeckius lacunam statuit.

Hac fabula ad quaestiones de nominibus viarum, portarum, montium urbis Romae ducimur, in quibus Varro multum laboravit. Atque disputationi de Aventino Varronianae totum hoc scholium

ad Aen. VII 657 a Servio prolatum tribuendum esse docet Kettner l. c. 76: *Aventinus mons urbis Romae est: quem constat ab avibus esse nominatum, quae de Tiberi ascendentes illic sedebant ... Quidam etiam* ***rex Aboriginum*** *Aventinus nomine illic et occisus et sepultus est: sicut etiam Albanorum rex Aventinus: cui successit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani* (III 6 Kettner) *Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem, quem ab Avente fluvio provinciae suae Aventinum appellaverunt.* In his regionibus Aborigines olim fuisse Serv. VII 795 testatur: *nam ubi nunc Roma est, ibi fuerunt Sicani, quos postea pepulerunt Aborigines* (cf. Serv. VIII 328. XI 317). Etiam apud Dion. Hal. I 39, 1 Hercules venit τῆς Ἀβοριγίνων γῆς εἰς τὸ προσεχὲς τῷ Παλλαντίῳ χωρίον; ibidem 40, 1 legimus: οἱ δὲ Ἀβοριγῖνες καὶ τῶν Ἀρκάδων οἱ τὸ Παλλάντιον κατοικοῦντες. Atqui de Aboriginibus et de Hercule disserentem Dionysium secutum esse Varronem iam vidimus. Cum ceteris Servianis illis comparandus est Varro de lingua Lat. V 43: *Aventinum aliquot de causis dicunt.* ***Naevius ab avibus,*** *quod eo se ab Tiberi ferrent aves, alii ab rege Aventino Albano, quod [ibi] sit sepultus, alii Aventinum ab adventu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum.* ***Ego*** *maxime puto ab advectu; nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus. itaque eo ex urbe advehebantur ratibus* etc.

Haec fere ex iis servata sunt, quae Varro hac de re composuit; multa perierunt. Quare cum et Aventinus Aboriginum rex a Varrone memoratus et Hercules ab eodem in has regiones ductus sit, negari hic nequit, etiam eum Aventinum apud Varronem occurrere potuisse, quo Vergilius utitur. Accedit quod de colli Palatino Varro similia protulit de l. Lat. V 53: *Quartae regionis Palatium, quod Pallantes cum Euandro venerunt, qui et Palatini, ‹alii quod Palatini› aborigines ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi consederunt; sed hoc alii a Palantio uxore Latini putarunt. eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam; itaque Naevius ,Balatium' appellat.* Varronem alio loco uberiorem de his nominibus fuisse videmus e Serv. VIII 51: *Euander ... venit ad Italiam et pulsis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma est, et modicum oppidum fundavit*

*in monte Palatino* (Serv. ampl. adicit: *sicut ait Varro: nonne Arcades exules confugerunt in Palatium, duce Euandro?*). *hic autem mons Palatinus secundum Vergilium a Pallante, avo Euandri, est dictus, secundum* Varronem *et alios a filia Euandri Pallantia, ab Hercule vitiata et postea illic sepulta, vel certe a Pallante eius filio illic sepulto . . . alii a balatu ovium Balanteum volunt dictum, et exinde per antistichon Pallanteum dictum* etc. (ant. rer. hum. VIII 1 Mirsch p. 100). E Varrone etiam Dion. Hal. I 43 pendet: *Λέγουσι δέ τινες αὐτὸν καὶ παῖδας ἐν τοῖς χωρίοις τούτοις, ἃ νῦν Ῥωμαῖοι κατοικοῦσιν, ἐκ δύο γυναικῶν γενομένους καταλιπεῖν. Πάλλαντα μὲν ἐκ τῆς Εὐάνδρου θυγατρός, ᾗ Λαῦναν ὄνομά φασιν εἶναι, Λατῖνον δὲ ἔκ τινος ὑπερβορίδος κόρης, ἣν πατρὸς εἰς ὁμηρείαν δόντος ἐπήγετο καὶ αὐτὴν μέχρι μέν τινος ἁγνὴν γάμων ἐφύλαττεν, ἐπεὶ δὲ εἰς Ἰταλίαν ἔπλει ἐρασθεὶς ἐγκύμονα ποιεῖ, [ἣν] καὶ ὅτε δὴ ἀπαίρειν εἰς Ἄργος ἔμελλε τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀβοριγίνων Φαύνῳ γυναῖκα ποιήσασθαι δίδωσι· δι' ἣν αἰτίαν τοὺς πολλοὺς τὸν Λατῖνον τούτου υἱὸν νομίζειν, οὐχ Ἡρακλέους. Πάλλαντα μὲν οὖν πρὶν ἡβῆσαι λέγουσιν ἀποθανεῖν, Λατῖνον δὲ ἀνδρωθέντα τὴν Ἀβοριγίνων ἀρχὴν παραλαβεῖν.* Solin. 1, 14 s., quem illic Varronem secutum esse constat, haec tradit: *Palatium nemo dubitaverit quin Arcadas habeat auctores, a quibus primum Pallanteum oppidum conditum: quod aliquamdiu Aborigines habitarunt, propter incommodum vicinae paludis, quam praeterfluens Tiberis fecerat, profecti Reate postmodum reliquerunt. sunt qui velint a balatibus ovium mutata littera, vel a Pale pastorali dea, aut ut* Silenus *probat a Palantho* Hyperborei *filia, quam Hercules ibi compressisse visus est, nomen monti adoptatum.* Atque Sileno[1]) Varronem auctore usum esse Samter l. c. 25—29 ostendit.

Cum Dion. Hal. l. l. haud multa omisisse videatur, hic iam verisimilius fit, Aventinum illum Vergilianum Varroni ignotum fuisse. Nisi igitur mavis Vergilium de hac fabula aliorum

---

[1]) Müller Fr. hist. Gr. III 100 s. Timaeus et Silenus apud Plin. nat. hist. IV 120 occurrunt. Cum Steph. Byz. s. v. *Παλική* comparandus est Serv. Aen. IX 584.

auctorum libros evolvisse, id quod minime arridet, assentieris Heynio ad VII 655 ss. p. 88 haec contendenti: „Caeternm Aventinus heros Virgilii ingenio deberi videtur, Homeri exemplo, qui in similibus heroum filiis et nepotibns commemorandis felicissimus est. Herculis antem accessus ad haec loca ... facile poetae animnm impellere potuit, nt in Aventinnm incideret; cuius nomen Romanis lectoribns placere debnit, cum mons Aventinns[1]) urbis Romae pars facta esset.“ Abeken, Mittelitalien p. 70 c Vergilii fabnla de Aventino concludit „dass der Berg nralter latinischer Besitz war.“ At Heynium sequuntur Kuschel l. c. 19 et Kindermann l. c. 95. Adiciatur confictum esse videri hunc Herculis filinm ad exemplum non gemellornm, quod Kindermann vult, sed Pallantis illius Varroniani, quem Vergilins nimirum respnit, cum Pallantem Euandri filinm carmini inserere mallet. Quidnam poeta egerit Aventinnm sunm commentus, ex ipso carmine, e splendida Herculei herois descriptione facile intellegitur; itaque lisdem Vergilius commotus est rationibus, quas de Cycno secutus est.

Sed monendum est rem ad liquidnm perduci non posse, cnm carminis ille locns imperfectus vel mutilus videatur esse. Alia hic procul dnbio e Varrone sumpta snnt; etenim ad dolones saevos Vergilii Serv. VII 664 adnotat: *dolo est aut flagellum, intra cuius virgam patet pugio: aut secundum Varronem ingens contus cum ferro brevissimo. dolones autem a fallendo dicti sunt, quod decipiant ferro, cum speciem praeferant ligni.*

De amoribus Herculis agit Schwegler l. c. I 375, 23.

## 6. Clausus.

Clausns, a quo Claudia gens clarissima orta est, Sabinornm manus agit, qnorum oppida poetice Vergilins enumerat fines illius regionis paulo latins constituens qnam ii sunt, quos Strabo Pliniusque noverunt (Aen. VII 706—722).

Claudiorum gens plerumque non commemoratnr antequam in civitatem Romanam post exactos reges recepta est. At fnisse

---

[1]) De nominibus regum a montibus urbis Romae derivatis, imprimis de Aventino vide C. Trieber l. c. 122.

narrationes ad tempora priora spectantes e Suetonio cognoscimus Tib. 1: *Patricia gens Claudia ... orta est ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam cum magna clientium manu conmigravit, auctore Tito Tatio consorte Romuli, vel, quod magis constat, Atta Claudio gentis principe, post reges exactos sexto fere anno.*

Cum Vergiliano illo loco hi Silii versus conferendi sunt Pun. VIII 412 ss.:

> *Ecce inter primos Therapnaeo a sanguine Clausi*
> *exultat rapidis Nero non imitabilis ausis.*
> *Hunc Amiterna cohors et Bactris nomina ducens*
> *Casperia, hunc Foruli magnaeque Reate dicatum*
> *caelicolum matri necnon habitata pruinis*
> *Nursia et a Tetrica comitantur rupe cohortes.*

Silius hic Hyginum videtur secutus esse (Serv. ampl. VIII 638; cf. supra p. 371 [87]), at Varronem quoque Sabinorum origines cum Lacedaemoniis coniunxisse vidimus. Itaque verisimile est iam tum gentis Claudiae fastidiosae primordia ad Sabi Sancique tempora relata fuisse et Varrone nisum Vergilium dicere *prisco de sanguine*, quod illustrari videtur Silii illo *Therapnaeo a sanguine Clausi.*

De rebus geographicis quin hic Varronem Vergilius consuluerit, dubium esse non potest; e. g. Rosea rura, *Τέμπη* illa Reatinorum (Cic. ep. ad Att. IV 15, 5), saepe Varro commemorat (velut ant. rer. hum. XI 2 Mirsch, Serv. Aen. VII 712); de Tetrica monte cf. Varronem de re rust. II 1,5 et Serv. VII 712.

De Clauso Kindermann disserit l. c. 102 ss. Mommsen Röm. Forsch. I 293 et (de Valeriis) not. 16. Heyne exc. VIII ad l. VII p. 155.

## 7. Privernum.

Inter heroes Turni partes secutos Camilla Volsca excellit bellatrix fortissima, equo vecta celerrimo. Pater eius Metabus, Priverni rex, cum mortua iam Casmilla uxore a civibus iratis pelleretur, unam comitem filiolam fugiens secum asportavit a Diana mirabiliter adiutus, cuius cultui duro pater erraus, a

nemine exceptus, filiam lacte ferino nutritam et ad virorum consuetudinem moremque severum deductam consecravit. Lariua, Tulla, Tarpeia, aliae aequales ‚Amazonem‘ comites sequuntur, cuius mortem fatalem Opis nympha Diana iubente Arruntem[1] ulciscitur (Aen. VII 803 ss. XI 535 ss. 655 ss. 799 ss. etc.). Metabi fuga mira enarratur XI 540—566.

Narratio de Camilla neque tota Vergilii ingenio debetur neque tota fabula Italorum vetusta habenda est. Knaack Mus. Rhen. XLIX 526 s. fabulam hanc Vergilianam cum Graeca de Harpalyce narratione comparat, de qua citandus est Serv. ampl. ad Aen. I 317: *Harpalyce: quidam a patre Harpalyco, qui rex Amymoniorum Thraciae gentis fuit, ita nutritam dicunt, ut ipse Camillam a Metabo facit: haec patre propter ferociam a civibus pulso ac postea occiso fugit in silvas et venatibus latrociniisque vivendo ita efferata est et huius velocitatis et exercitii facta est, ut subito ad vicina stabula coacta inopia decurreret et rapto pecorum fetu insequentes etiam equites in celeritate vitaret. sed quodam tempore positis ad insidias cervarum plagis capta et occisa est. cuius mortem nobilitavit eorum exitus, qui eam occiderunt; statim enim in vicinia orta contentio est, cuius fuisset haedus quem Harpalyce rapuerat, ita ut gravi certamine non sine plurimis mortibus dimicaretur. postea consuetudo servata est, ut ad tumulum virginis populi convenirent et propter expiationem per imaginem pugnae concurrerent. quidam hanc patrem a Getis, ut alii volunt a Myrmidonibus captum collecta multitudine adserunt liberavisse celerius, quam de femina credi potest: unde et flumina dicitur celeritate transisse.* Quae commentator adnotat ad Verg. Aen. I 316 s.:

*vel qualis equos Threissa fatigat*
*Harpalyce volucremque fuga praevertitur Eurum*

(*Hebrum* Serv.). In Hygini fab. 193 haec legimus: *Harpalycus rex Amymneorum* (sic Frisiug., Knaack *Amymnaeorum*, qui etiam apud Serv. legit *rex Amymnorum*) *Thrax cum haberet filiam Harpulycen, amissa matre eius vaccarum equarumque eam uberibus nutrivit et crescentem armis exercuit, habiturus suc-*

[1] De hoc nomine Etrusco vide W. Deecke, Etr. Forsch. III 35 ss.

*cessorem regni sui. postmodum nec spes paternas puella decepit; nam in tantum bellatrix evasit, ut etiam saluti fuerit parenti. nam revertens a Troia Neoptolemus cum expugnaret Harpalycum gravique eum vulnere affecisset, illa periturum patrem impetu facto conservavit fugavitque hostem. sed postea Harpalycus per seditionem civium interfectus est. Harpalyce graviter tum ferens patris mortem contulit se in silvas ibique vastando iumentorum stabula tandem pastorum concursu interiit.*

Knaack l. c. has narrationes coniungens de Crusii expositione apud Roscherum I 1835 ss. prolata iudicat: „Sehr richtig bemerkt er, dass die virgilische Camilla nichts als eine römische Kopie der Harpalyke ist; es wird also erlaubt sein, die überlieferten Züge aus dem Leben der Camilla zur Rekonstruktion der Harpalykesage zu verwenden." Quare fabulae de Harpalyce narrationem de infante mirabiliter servata e Vergilio adicit in v. XI 554 (de filia *libro et silvestri subere clausa*) et 576

*pro longo tegmine pallae*
*tigridis exuviae per dorsum a vertice pendent*

vetustae fabulae vestigia latere arbitratus et significari sic „die Züge des von Mannhardt erschlossenen Kornwolfes. So tragen die Tiroler ‚Fanggen' Joppen von Baumrinden und Schürzen von Wildkatzenpelzen."

At quaeritur, num concedamus quae Knaackius sumit.

Primum monendum est nihil in narratione de Harpalyce cum Vergiliana bene congruere nisi fabulam de puella inculte educata. Atqui ex iis, quos testes habemus, alter ait Harpalycen *ita nutritam, ut ipse* (Vergilius) *Camillam a Metabo facit* (Serv. l. c.), alter aperte e Vergilio pendet. Praeterea: quonam alio modo educatio plane agrestis describi poterat? Accedit quod similium fabellarum exempla alia non desunt, velut Atalantes (Callim. Dian. 215 ss. Förstemann l. c. 71. Klausen l. c. II 1159; de Mamiliae nomine a mamilla equina deducendo vide Klausenum l. c. II 1215). Haud dissimilia etiam in Romulo Naeviano (Ribbeck trag. p. 321 s. Röm. Trag. 66 ss.) et *in Nelei carmine . . . prisco* (Ribbeck trag. p. 270 s. et Röm. Trag. 629 ss.) exposita fuisse putanda sunt. Deindo Kalkmann l. c. 124 recte

dicit „saepissime Alexandrinos iuvenum vel puellarum fata illustranda sibi proposuisse, qui Venerem atrocius aspernati castae simul Dianae se addicerent." Sane concedendum est Vergilio fabulam de Harpalyce etiam hic in animo fuisse, quippe qui Harpalycum quendam Troianum a Camilla necari faciat XI 675 et Strymoniam gruem dicat ab ea ictam saepe sic tecte auctores suos significans.[1]) Veri simile etiam est eam fabulam a poeta Alexandrino haud ignobili expositam et ex hoc per Varronem Servio proditam esse (apud quem etiam τὸ αἴτιον servatum est, quod Hyginus omisit). Sed tenendum est narrationis Vergilianae de filiola mirabiliter servata pulcherrimae in fabulis de Harpalyce ne ullum quidem exstare vestigium. Plutarcho Pyrrh. 2 nihil cum re, de quo recte Heyne in exc. II ad l. XI: „Quod de Pyrrho, Epiri rege, puero narratum aiunt simile, plane diversum est, si Plutarchum inspicias." Praeterea Camilla nusquam, ut Harpalyce, belua est efferata ad stabula decurrens, sed semper regia virgo. Nusquam denique in fabula de Harpalyce rationes commemorantur, quae ei cum Diana sint, cum semper Camillae adsit Diana.

Immo multa e carminibus de Penthesilea Vergilium ad Camillam suam transtulisse exposuerunt F. Noack Herm. XXVII 428, R. Ehwald l. c. 732. 744, Heyne ad Aen. VII 803 ss., F. Ehrlich, Mittelitalien, Land und Leute in der Aeneide Vergils (Eichstätt 1892) p. 71.

Postremo in narratione Vergiliana esse quaedam quasi elementa fabularia negari non potest. Heynius ad Aen. XI 539 ss. „Quae sequitur narratio de Camilla ... ex antiquis Italorum fabulis seu annalibus petita, et egregie ad epicam poësin accomodata", qui rectissime haec monet in exc. II ad l. XI, p. 582: „Ut autem haec narratio vim ad animos advertendos habeat, ponendum est, fuisse apud Volscos vetus Camillae monumentum: uti Sarpedonis in Lycia habebatur sepulcrum, quo delatum eius corpus Homerus narrare voluit Iliad. II 453 sqq." G. Wissowa in Roscheri lex. myth. I 848 ait: „Camilla ist die Heldin einer von den vielen Lokalsagen latinischer Städte, die

[1]) R. Ehwald, Philol. LIII 729 ss.

Vergil in der Aeneis verwertet und dichterisch umgestaltet hat." Kuschel l. c. 21: „Der Dichter scheint seinen Stoff aus einer dem Volskerlande eigenen, dort treu bewahrten Ueberlieferung geschöpft zu haben", sic enim explicandum esse illud:

*neque hoc sine nomine letum*
*per gentis erit, aut famam patieris inultae.*

(XI 846; cf. not. 239). Accedunt rationes illae ad cultum divinum pertinentes, quae inter Camillam et Dianam intercedunt; etenim casta virgo in nemoribus educata Dianae nemorensis famula amata, Dianae ‚camilla' est *dia Camilla* (XI 657). Atque cum nusquam legatur Harpalycen eodem modo quo Camillam infantem mirabiliter ab hostibus insequentibus servatam esse, hanc quoque fabulae partem cum ripis Amaseni coniunctam fuisse putabimus; et Casmilla, Camillae mater, nonne inventum exilissimum foret? Sed ne Metabum quidem poeta videtur commentus esse. Catoni hunc totum Servii locum dare Peter non dubitat: *Licet* [Metabus] *Privernas esset, tamen, quia in Tuscorum iure paene omnis Italia fuerat, generaliter in Metabum omnium odia ferebantur. nam pulsus fuerat a gente Volscorum, quae etiam ipsa Etruscorum potestate regebatur, quod Cato plenissime executus est* (orig. fr. 62, Serv. ad Aen. XI 567). Propterea — fortasse non satis caute — Kuschel l. c. Vergilium ea fabula usum esse affirmat, „die wenigstens, was die Jugendschicksale der Heldin anlangt, von Cato ausführlich in seinen origines mitgeteilt war"; cf. not. 240. Metabi nomen etiam cum originibus Metaponti urbis coniunctum Italicum esse e Steph. Byz. cognoscimus s. v. *Μεταπόντιον· πόλις Ἰταλίας . . . ἀπὸ Μετάβου τοῦ Σισύφου τοῦ Αἰόλου· τὸ γὰρ Μετάποντον οἱ βάρβαροι Μέταβον ἔλεγον*; cf. Strabo VI 285. Eust. Dion. Per. 368. Klausen I 459 et not. 694 i.

Praeterea monendum est similes rationes inter has Latii Campaniaeque regiones et Apuliam vicinaque loca iam saepius in historia fabulari nobis occurrisse: nam Daedalus Cumis versatur et Iapyx eius filius dicitur; Diomedes in tota Daunia et Venusiae, Beneventi, Lanuvii colitur; Cretensium coloniae in Apuliam deducuntur et Glaucus Minois filius in Latium pervenit;

Messapus est auctor Messapiorum, Messapus Faliscorum rex est; Daunns Diomedis socer et Dannus[1]) Turni pater dicitur fnisse.[2]) Similes deniqne reges immanes haud rari sunt in historia fabulari Latina, velnt Amulius tyrannus, (Tarquinins Superbns), Mezentius deorum contemptor.

Mirum per se etiam Vergilii illnd XI 581 s., quo ait: *multae illam* (Camillam sc.) *frustra Tyrrhena per oppida matres optavere nurum,* cnm nusqnam poeta Volscorum terras imperio Etruscornm attribnerit.[3]) At concinit id cum sententia scriptorum rerum Italicarnm, in quibus etiam Catonem fuisse e fragmento snpra allato cognoscimns. Idem tradit Serv. IX 503 et XI 581, qui ad Aen. X 145 dicit *Tuscos omnem paene Italiam subiugasse.* Constat igitur auctores illos a Vergilio consultos esse.

De cista Praenestina ab Henrico Brunn ad Camillae fabulam relata virorum doctorum sententias collegit Förstemann l. c. 42.

Etiam de comitibus Camillae Vergilins mythographos Romanos videtur secntus esse, cum appareat Tnlla nomen a gente Volsca Tulliornm ductnm esse. Acca apud Silium XI 117 femina Sulmonensis est. De Acca Larenti[n]a (Acca et L a r i n a sunt in aequalibus Camillae) Varro auctor fuit (G. Wissowa apud Pauly-Wissowa I 131 ss. Ant. rer. div. XV 18 Agahd). Tarpeia Vestalis dicitur a Varrone de l. Lat. V 41 (Serv. VIII 348. I 449). Itaque etiam

[1]) De Dauniis in Campania versatis (Dion. Hal. VII 3. Polyb. III 91, 5) vide Nissenum l. c. 544.

[2]) Fortnito factnm esse putabimus, ut similia de Aeoli filio Iphicle Metabi illius cognato fabularentur atque de Camilla. Componendnm enim est Hesiodi fr. 143 Rzach cum Verg. Aen. VII 806 ss.

> *Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν, οὐδὲ κατέκλα*
> *ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάασκε πόδεσσι*
> *. . . . . . . . . . . . . . καὶ οὐ σινέσκετο καρπόν.*
>
> *illa vel intactae segetis per summa volaret*
> *gramina nec teneras cursu laesisset aristas,*
> *vel mare per medium fluctu suspensa tumenti*
> *ferret iter celeris nec tingueret aequore plantas.*

Hic iocus aut communis poetarum est aut ipsi Hesiodo debetur.

[3]) Toti huic episodio „ultimam poetae manum non admotam esse“ Heynius ostendit in exc. II ad l. XI p. 582.

iu his personis confiugendis Vergilium Varronis auctoritate nisum esse non negabis.

Sed haec hacteuus: cognoscimus iam subesse fabulam quandam Volscam a poeta Graecos magistros secuto commutatam. Quod si ita est, Varronem fabula cum cultu divino arte cohaerens certe non effugit, cum de Volscis Varro diligenter quaesiverit, quem etiam singularis de Volscorum Tiburtiuorumque bello memoriae auctorem fuisse viderimus (p. 315 s.). Inde fortasse etiam haec Serv. ampl. XI 842 accepit: *Volscos a Volscatibus Ilylinis originem ducere, †exclytas autem, inter quos Amazones sunt, regionem Illyricam incolere,* quibuscum coniuugimus Fest. s. v. Peligni 222 M: *ex Illyrico orti. Inde enim profecti ductu Volsimi regis, cui cognomen fuit Lucullo, partem Italiae occuparunt. Huius nepotes Pacinus, a quo Pacinates, et Pelicus, a quo Peligni.*[1])

Aeu. XI 531 s. commemoratur Opis Dianae comes, una *ex sacra caterva,* de quo loco Serv. ampl.: *sane hoc nomen ipsius Dianae fuisse, ab Ephesiis dedicato templo ei inpositum, Alexander*

---

[1]) Hoc sine dubio vir aliquis doctus beneficiorum memor repperit, cum L. Licinium Lucullum constet Maecenatis similem fuisse. Quare has res ab Alexandro Polyhistore confictas vel in lucem prolatas esse putarim, quippe qui librum *de Illyrico tractu* conscripserit. Suspicor hic etiam fontem eius scholii esse, e quo secundum Ihmlum Mus. Rhen. XLV 629 Pomponius hausit: *Illyrii ... nomen habent ab Illyrio Polyphemi* (alibi Cadmi) *filio, qui genitus fuit e Cyclope et Galatea, ut ait Apronianus.* Hunc Alexandri librum in Illyricis Appianum de antiquitatibus consuluisse non incredibile est, nam etiam apud eum hoc stemma reperimus:

Polyphemus - Galatea

Celtus Illyrius Galas,

de quo vide Thraemerum apud Pauly-Wissowa IV 2178 s. Cum sententiis de Italicorum populorum originibus supra expositis non modo haec Pauli p. 69 cohaerere putabimus: *Daunia Appulia appellatur a Dauno Illyricae gentis claro viro, qui eam propter domesticam seditionem excedens patria occupavit,* quae ad hunc per Varronem pervenisse putat Detlefsen l. c. 45, sed etiam Varronis opinionem de Idomeneo Salentinae gentis auctore, excepto a Clinico Illyrici rege, de qua egimus p. 364 [80] ss. De Diomede in Illyriam delato (Plin. nat. hist. III 141) Detlefsen disserit l. c. 46.

*Aetolus poeta in libro qui inscribitur Musae refert ... quidam dicunt Opim et Hecaergen primas ex Hyperboreis sacra in insulam Delum occultata in* *f a s c i b u s* *mergitum pertulisse* etc. Heynius ad XI 532 ait: „Opim autem h. l. nympham edidit in Dianae consortio; cum alias ipsius Dianae nomen fuerit: quod ex Callimacho quoque constat in Dian. 204 et 240“ etc. Cf. Wissowa, *De Macrobii Saturn. fontibus* Vratisl. 1880, p. 51. Atque non modo a Callimacho, sed etiam ab Alexandro poeta Alexandrino apud Servium laudato ad Varronem deducimnr. Etiam de origine vocnm *camillus* et *camilla* Varro videtur egisse (Samter apud Pauly-Wissowa III 143 ss.); velut Dion. Hal. II 22 e Varronis antiquitatibus (cf. II 21, 2) praeter alia refert: *ὅσα δὲ παρὰ Τυρρηνοῖς καὶ ἔτι πρότερον παρὰ Πελασγοῖς ἐτέλουν ἐπί τε Κουρήτων καὶ μεγάλων θεῶν ὀργιασμοῖς οἱ καλούμενοι πρὸς αὐτῶν κάδμιλοι, ταῦτα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπηρέτουν τοῖς ἱερεῦσιν οἱ λεγόμενοι νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων κάμιλοι.* E Varrone et Serv. ampl. XI 543 pendet et Macrob. Sat. III 8, 6 s.: *Statius Tullianus de vocabulis rerum libro primo ait dixisse Callimachum Tuscos Camillum appellare Mercurium, quo vocabulo significant praeministrum deorum. Romani quoque pueros et puellas nobiles et investes camillos et camillas appellant flaminicarum et flaminum praeministros.* Varro ipse de l. Lat. V 34 haec docet: *Hinc Casmilus nominatur Samothreces mysteris dius quidam administer diis magnis. Verbum esse graecum arbitror, quod apud* *C a l l i m a c h u m* *in poematibus eius inveni.*

Fortasse hic quoque res nunc distantes in historia fabulari quondam aptae inter se et conexae fuerunt;[1]) at ex iis frustulis, quae servata sunt, coniecturam facere audacius est.

## 8. Capreae.

Capreas Teleboae occupaverunt; quorum rex Telon ex Sebethide nympha Oebalum filium suscepit, qui patrio regno

---

[1]) W. Deecke, Etr. Forsch. III 368 ‚Camilla‘ putat esse nomen abstractum ut voces ‚Lavinia‘, ‚Salia‘.

non contentus in terram continentem transgressus loca circa Sarnum in Hirpinis et in extrema Campania possedit (Aen. VII 733—743).

Obscurae res atque fabulae eae hic a poeta tanguntur, quae totae obrutae sint; quare Kindermanno minime dubium est, quin Vergilius haec omnia confinxerit (l. c. 106). Contra Geffcken l. c. 80: „Ueber die Gründer der italischen Städte enthalte ich mich jedes Urteils, glaube aber doch, dass die teleboische Gründung auf Kapri Timaios nicht fernsteht.“ Hac de causa hoc Servii scholium ad Aen. VII 734 non satis caute Timaeo suo attribuit Geffcken 145, 20 ss.: *Oebalus filius est nymphae Sebethidis. haec autem est iuxta Neapolim. sed Telo diu regnavit apud Capreas, insulam contra Neapolim sitam. filius vero eius, patriis non contentus imperiis, transiit ad Campaniam et multis populis subiugatis suum dilatavit imperium,* de quo rectius Kindermann sic iudicat l. c.: „Servius ... quae a Vergilio didicerat, confirmat.“

Quae cum ita sint, necesse est quaeramus utrum sint quaedam quasi fundamenta huius fabulae vetusta necne.

Atque primum ea loca, quae regno Oebali poeta attribuit, natura inter se coniuncta esse dicit Beloch, Campanien ed. alt. p. 2, qui totam Campaniam in quattuor eiusmodi partes divisam esse dicit, quarum unam Vergilius hic adumbret. Tum constat colonos Chalcidenses Cumarum auctores primum Pithecusas occupasse, *deinde in continentem sedes transtulisse* (Liv. VIII 22; cf. Busolt I 393. Meyer l. c. I I 308). Atque res actas historia fabularis secuta est, qua prodebantur haec: *Τοῦ δ' Αἰόλου* (Aeolides insulas possidentis) *υἱοὺς γενέσθαι τὸν ἀριθμὸν ἕξ, Ἀστύοχον καὶ Ξοῦθον καὶ Ἀνδροκλέα, πρὸς δὲ τούτοις Φεραίμονα καὶ Ἰόκαστον καὶ Ἀγάθυρνον· πάντας δὲ τούτους διά τε τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν καὶ διὰ τὰς ἀρετὰς ἀποδοχῆς μεγάλης τυχεῖν· τούτων δ' Ἰόκαστος μὲν τῆς Ἰταλίας ἀντεχόμενος ἐβασίλευσε τῆς παραλίας μέχρι τῶν κατὰ τὸ Ῥήγιον τόπων, Φεραίμων δὲ καὶ Ἀνδροκλῆς ἐδυνάστευσαν τῆς Σικελίας* etc. Diod. V 8 Geffcken l. c. 124, 26 ss.; quam fabulam in vetustis habendam esse etiam e nummis Messanae urbis intellegitur (Holm Gesch. Sic. I 51 s. 353). De Telebois testimonia ampla apud schol. ad Ap. Rhod. Arg. I 747 leguntur, qui sua ex Hesiodi

Scuto et ex Herodoro hausit (Müller Fr. H. Gr. II 27 ss.; in fr. 1, de Tapho insula, schol. vulg. Teleboas ἀπὸ τοῦ τηλοῦ τῆς πατρίδος ἀποβῆναι dictos esse docet). Licet hic non tradatur populum illum quondam in Hesperiam colonias deduxisse, talia ab historia Teleboarum cognatorumque eorum non abhorrent, cum Cephallenios et Taphios in Italia mercaturam fecisse proditum sit (Curtius, Griech. Gesch. I 424 s., ed. 6). Beloch Camp. p. 5 primas sedes in Italia dicit quaesitas esse „vor allem von der hafenreichen Küste Akarnaniens und dem vorlagernden Archipel, Leukas, Kephallenia, Ithaka, wo die seekundigen Taphier und Teleboer ihre Sitze hatten"; hac de causa fabulatos esse Ithacensium regem in Campaniam delatum. Acarnanibus Chalcidenses Corinthiosque non modo itineris Ortygiam faciendi sed etiam in Campanis regionibus duces esse ducibus idem ostendit l. c. 281. Tēlonis nomen a Tēlebois Vergilium duxisse Kindermanno affirmanti l. c. 106 fidem non habebimus, sed etiam hoc nomen cum historia fabulari de Telebois Taphiisque sic cohaerere ut Oebali, de quo Klausen I 492 ss. not. 2425 e dicit: „Oebalus gehört den Leucadiern an (de Teleboïs Leucade versatis vide Strab. VII 322, de Tapho Strab. X 459) als Vater des Ikarion (Apoll. III 10, 4), mithin Grossvater der Penelope und der akarnanischen Heroen, Alyzeus und des Leukadios selbst", qui tamen non bene II 1186 s. hic Abellae mentionem facit.[1]) Ceterum Tacitum omnino hanc rem commemoraturum fuisse non opinabimur (ann. IV 67: *Graecos ea tenuisse Capreasque Telebois habitatas fama tradit*), si Vergilii ingenio otioso tota deberetur; cf. Helbig Herm. XI 281 s. Beloch denique l. c. 28 res veras, non confictas, fabula Vergiliana tradi ostendens affert „die Culte, die Neapel und der Südküste des Golfs gemein sind. Denn hier, und nur hier in Campanien, ja fast möchte ich sagen in der ganzen hellenischen Welt finden wir die Sirenen als Hauptgottheiten", quarum cultum

[1]) Etiam Cunonem non sequemur, qui inter Telephum Tarchontis Tyrrhenique patrem et Teleboas rationes quasdam interesse contendit II 176 et de nostro loco agens Telegonum Hesiodeum cum Telone coniungit Teleboasque hos fabulosos Caprearum nationi Ligurum attribuit.

certe non Cumani induxerunt, qui eum oppresserint, donec oraculo eum restituere coacti sunt.[1])

Ergo, cum neque geographicae neque historicae difficultates narrationi Vergilianae obsteut, quae etiam cum historia fabulari optime congruat, iam quaerenda sunt vestigia, quibus ad Varronem huius fabulae auctorem deducamur.

Atque eam a Varrone certe non omissam esse ex hoc eius fragmento concludemus: *Legamus Varronis de antiquitatibus libros et Sinnii Capitonis et Graecum Phlegonta ceterosque eruditissimos viros: et videbimus paene omnes insulas et totius orbis litora terrasque mari vicinas Graecis accolis occupatas, qui, ut supra dicimus, ab Amano et Tauro montibus omnia maritima loca usque ad oceanum possedere Britannicum* (ant. rer. hum. XII 1 Mirsch, Hieron. in Genes. X, 4 = III 319 Vallars., XXIII 952 Migne). Praeterea Aen. VII 738 Oebalum legimus dominationem habuisse in *Sarrastis populos et quae rigat aequora Sarnus*, de quo loco Serv. ampl.: *Conon*[2]) *in eo libro, quem de Italia scripsit, quosdam Pelasgos aliosque ex Peloponneso convenas ad eum locum Italiae venisse dicit, cui nullum antea nomen fuerit, et flumini quem incolerent Sarro nomen imposuisse ex appellatione patrii fluminis, et se Sarrastras appellasse. hi inter multa oppida Nuceriam condiderunt* (Conon fr. 1). Nonne verisimilius est huius viri sententiam per Varronem Vergilio Servio (Macrobio) innotuisse quam Cononem ab illis de hac una re consultum esse? Quare Knachelium conicientem l. c. 20 Cononem fuisse Vergilii auctorem errasse putabimus. Accedit, quod hoc procul dubio Plinius a Varrone accepit nat. hist. III 71: (agrum Lucanum Bruttiumque) *tenuerunt ... Pelasgi, Oenotri, Itali, Morgetes, Siculi, Graeciae maxime populi, novissime Lucani.* De Campania Plinius Varronem minus diligenter videtur excerpsisse nat. hist. III 60: (Campaniam) *tenuere Osci, Graeci, Umbri, Tusci, Campani*; apud ipsum

---

[1]) Timaeum fabulam de Sirenibus rettulisse diligenter ostendit Geffcken l. c. 32 ss. Cf. Solin. 2, 9. Plin. III 62. Klausen l. c. I 492 ss.

[2]) Müller IV 368, qui etiam Macrob. Sat. I 9, 3 pro Xenon legit Conon. Cononis narrationes a Photio cod. 186 excerptas edidit U. Hoefer 1890.

Varronem Graecorum nationcs[1]) enumeratas, Pelasgos nou omissos esse censebimus. Quod optime his comprobatur. Varronem Dionysii Hal. auctorem de Pelasgis Italicis fuisse vidimus. Itaque non modo Dion. ant. Rom. I 21, 1 s. (de Falerio Fesccunioque) e Varrone haustum est, verum etiam I 21, 3 s.: ἔσχον δέ τινα καὶ οὗτοι (Pelasgi sc.) τῶν καλουμένων Καμπανῶν εὐβότων πάνυ καὶ τὴν ὄψιν ἡδίστων πεδίων οὐκ ἐλαχίστην μοῖραν, ἔθνος τι βαρβαρικὸν Αὐρωνίσσους ἐκ μέρους ἀναστήσαντες αὐτῶν. καὶ πόλεις αὐτόθι κατεσκεύασαν ἄλλας τε καὶ Λάρισαν, ἐπὶ τῆς ἐν Πελοποννήσῳ σφῶν μητροπόλεως ὄνομα θέμενοι αὐτῇ. τῶν μὲν οὖν ἄλλων πολισμάτων ἔστιν ἃ καὶ μέχρις ἐμοῦ ὀρθὰ ἦν, διαμείψαντα πολλάκις τοὺς οἰκήτορας· ἡ δὲ Λάρισα ἐκ πολλῶν πάνυ χρόνων ἐρημωθεῖσα οὐδ' εἰ πώποτε ᾠκήθη γνώρισμα φανερὸν οὐδὲν ἔχει τοῖς νῦν ὅτι μὴ τοὔνομα, καὶ οὐδὲ τοῦτο πολλοὶ ἴσασιν· ἦν δὲ ἀγορᾶς Ποπιλίας καλουμένης οὐ πρόσω. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῆς τε παραθαλαττίου (Lucaniae Bruttiique nimirum; cf. Plin.) καὶ ἐν τῇ μεσογείῳ χωρία κατέσχον ἀφελόμενοι τοὺς Σικελούς. Bene Dionysius iis suppletur, quao Servins de Sarrastibus habet anctorem laudans Cononem obscurum. Apparet et Servium et Vergilium et Dionysium et Plinium Varronis auctoritate uiti.

Tractandus denique est Silius Pun. VIII 524—545 de Campania, quae ei est *dives opum* et *dives avorum*, cum hic poeta veterum auctorum perscrutator minime nihil nisi ea repetiverit, quae e Vergilio scire poterat, sed denuo Vergilii auctorem consuluisse videatur. Ad historiam fabularem ibi haec spectant:

I. *quasque evertere silentia, Amyclae* VIII 528: quae Varroni deberi iam vidimus.

II. 529 s.: *regnata Lamo Caieta domusque Antiphatae.* Quin de hac re Timaei doctrinam Varro non silentio praeterierit, non dubium est, de qua conferendus est Geffcken 28 et 112, 4, ubi legimus Herculem cum bubus Geryonis revertentem cum Laestrygonibus pugnasse. Cf. etiam Horat. carm. III 17, 1. Ovid. met. XIV 233. XV 717.

---

[1]) De Abellae origine Graeca a Varrone exposita cf. p. 321, de Nola p. 320.

III. 531: Sibylla Cumana tangitur.

IV. 536 s.: *Sarrastis etiam populos totasque videres*
*Sarni mitis opes,*

quae aperte Varroniana sunt.

V. 537 s.: *sulphure pingues Phlegraei sinus* commemorantur: secundum Geffckenum l. c. 142, 7 ss. Timaeus de campo Cumano agens dicit ὠνομάσθαι ... τὸ πεδίον τοῦτο Φλεγραῖον ἀπὸ τοῦ λόφου τοῦ τὸ παλαιὸν ἐκφυσῶντος ἄπλατον πῦρ etc. (cf. 137, 22). De terrigenis Varronem laudat Serv. III 578.

VI. 538 s.: *Misenus et ardens*
*ore giganteo sedes Ithacesia Bai.*

Eadem res tangitur XII 113 ss., quod ad Varronem referendum esse monet Geffcken l. c. 80. De Serv. ampl. IX 707 (*Varro a Baio Ulixis comite, qui illic sepultus est, Baias dictas tradit*) agit Samter 77 s., de Serv. VI 107 idem p. 65.

VII. *Inarime ardentem sortita Typhoea* 540 s. occurrit; quod cum Timaei sententia congruit (Geffcken 146, 29 ss.): [Pithecusas] ᾤκουν πρῶτον Γίγαντες — in his Typhon Lyc. Al. 689 — ὕστερον δὲ ὁ Ζεὺς χειρωσάμενος αὐτοὺς ἐπέθηκεν αὐτοῖς τὰς νήσους. Geffcken 29 Varroni recte attribuit Serv. ampl. ad Aen. IX 712: (Prochytam) *Naevius in primo belli Punici de cognata Aeneae nomen accepisse dicit. sed Inarime nunc Aenaria dicitur. et saepe fulgoribus petitur ob hoc, quod Typhoeum premat*; idem Serv. ampl. paulo ante ad v. 707 de Campania Varronem secutus est.

Atque hoc loco, ubi omnia, quae ad historiam fabularem pertinent, e Varrone sumpta sunt, insula ea de qua agimus dicitur *antiqui saxosa Telonis*! Ergo vix dubitari potest, quin de Telone, de Oebalo, de Teleboïs Caprearum incolis, de populis Sarrastibus Vergilius auctorem secutus sit Varronem.

Teleboas commemorant etiam Plaut. Amph. 101. 205 ss. Stat. Silv. III 5, 100. De Surrento agitur C. I. L. X p. 76, de Neapoli ibid. p. 170.

## 9. Pallanteum.

Antea iam de Mezentio agentes cognovimus eas fabulas, quae cum ipsa carminis summa arte cohaereant, saepe a Vergilio commutatas esse. Idem de narrationibus ad origines

Pallantei Latinorumque primordia pertinentibus dicendum est, cum Latinus et Turnus, Euander et Pallas vel primarum partium actores sint. Etsi igitur putabimus totam fere silvam rerum Varroni deberi, tamen non suspicabimur fieri posse, ut res illas iam apud Varronem plane eodem modo coniunctas eiusdemque speciei fuisse ostendatur. Hic certe Vergilius „voluit esse fuitque poeta."

Tantummodo de fabula Pallantea appendicis instar adiciantur ea, quae quasi ipsa se offerunt.

Euandri mater Carmentis, proavus Pallas est, qui originem ad Mercurium Maiae filium, Atlantis nepotem refert (Aen. VIII 132 ss.). Ipse ex patria pulsus (VIII 333) et Carmente et Apolline auctoribus in extremas terras cum Arcadibus comitibus profectus tandem fato ineluctabili in Latium delatus est, ubi oppidum exile condidit, cui nomen Pallanteum inditum est de Pallante proavo ductum. Has regiones antea nymphae et fauni indigenae tenebant (VIII 314)

*gensque virum truncis et duro robore nata,*
*quis neque mos neque cultus erat, nec iungere tauros*
*aut componere opes norant aut parcere parto,*
*sed rami atque asper victu venatus alebat.*
*primus ab aetherio venit Saturnus Olympo,*
*arma Iovis fugiens et regnis exul ademptis.*
*is genus indocile ac dispersum montibus altis*
*composuit legesque dedit Latiumque vocari*
*maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.*
*aurea quae perhibent illo sub rege fuere*
*saecula. sic placida populos in pace regebat,*
*deterior donec paulatim ac decolor aetas*
*et belli rabies et amor successit habendi.*
*tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae,*
*saepius et nomen posuit Saturnia tellus;*
*tum reges asperque immani corpore Thybris,*
*a quo post Itali fluvium cognomine Thybrim*
*diximus (amisit verum vetus Albula nomen).*

At cum Euander advenit, oppidorum a Iano Saturnoque conditorum, Saturniae sc. Ianiculique, tantummodo disiecti muri

supererant (355 s.). Ad regem Pallantei, qui Panis cultum Lycaeum ad Lupercal Romanum transtulit (343 s.), Hercules devertit Geryonis boves agens, qui Cacum furacem, Volcani filium immanem, necavit (205—265). Arcades hoc periculo liberati victorem summis honoribus prosecuti sunt: tunc ara maxima constituta, tunc Potitii et Pinarii custodes Herculei sacri facti (269 s.), ex illo tempore saliorum chori facta Herculea canunt (285). Matris Carmentis, quae prima cecinit venturos esse Troianos ad has oras, monumentum est porta Carmentalis (VIII 337), ab Argo hospite infelici cognominatum Argiletum. Cum inter Arcades et Latinos inimicitiae assiduae sint, Pallanteum Aeneas petit, quocum Euander libenter societatem init, quippe qui Anchisem adulescens in Arcadia noverit et admiratus sit (VIII 155 ss.). Aeneas ab Euandro ad Etruscos mittitur, qui ducem peregrinum desiderant, ut Mezentium iniurias ulciscantur; auxilia Arcadum Pallantem Euandri filium sequuntur, qui fortissime pugnans praematura morte rapitur.

Ordiamur a rebus certioribus. Atque de Argileto procul dubio Varronem Vergilius secutus est, qui ait de lingua Lat. V 157: *Argiletum sunt qui scripserunt ab Argola seu quod is huc venerit ibique sit sepultus, alii ab argilla, quod ibi id genus terrae sit.* De Siculis verba fiunt de l. Lat. V 101 haec: *a Roma quod orti Siculi, ut annales veteres nostri dicunt.*[1]) Etiam de Saturnia urbe Varronem Vergilii auctorem fuisse videmus de lingua Lat. V 42: *Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt et ab eo late Saturniam terram, ut etiam Ennius appellat. antiquum oppidum in hoc fuisse Saturniam scribitur. eius vestigia etiam nunc manent tria* etc. Hinc Plin. III 68. Herculem in has regiones venisse comitesque eius quosdam ibi remansisse Varro exponit l. c. V 45. De Palatio et de Arcadibus Euandro duce eo delatis Varronem de l. Lat. V 53 iam supra p. 385 [101] laudavimus. Latii nomen Varronem similiter atque Vergilium interpretatum esse, testatur Serv. VIII 322: *Varro autem Latium dici putat, quod latet Italia inter praecipitia Alpium et Apennini;* Varr. d. l. Lat. V 57 *idem principes in Latio Saturnus et Ops.* Simile veriloquium com-

[1]) Cf. Dion. Hal. I 20 et de Sileno Samter l. c. 30.

probat Saufeius fr. 1 Peter (apud Serv. Aen. I 6): *quod ibi latuerant incolae*. De Tiberis nomine Vergilius *Alexandrum sequitur*, i. e. ea accepit, quae Varro ex illo scriptore referebat (Serv. VIII 330 cf. p. 374 [90]). De Albula vetusto Tiberis nomine Varro agit sat. Menipp. 415 Buech. Ant. rer. hum. X 17 Mirsch (Non. 192 M., 282 L. Müller). *Ausonia manus* procul dubio Aborigines sunt, quos secundum Varronem Palatium Aventinumque collem insedisse et cum Siculis diu pugnasse vidimus. Praeterea afferendus est Varro de sacro Herculis apud Macrob. Sat. I 12, 28, qui de Bona Dea locutus *unde* inquit *et mulieres in Italia sacro Herculis non licet interesse, quod Herculi cum boves Geryonis per agros Italiae duceret, sitienti respondit mulier aquam se non posse praestare, quod feminarum deae celebraretur dies nec ex eo apparatu viris gustare fas esset. propter quod Hercules facturus sacrum detestatus est praesentiam feminarum et Potitio ac Pinario sacrorum custodibus iussit ne mulierem interesse permitterent*. De ara maxima, quam Hercules *sive ipse sive qui ab eo relicti statuerunt*, ubi Graeco ritu sacrificetur, Varro testis excitatur Macrob. Sat. III 6, 17; idem ibidem III 6, 10 de Hercule Victore eiusque templis Romanis et I 7, 31 de Hercule cum Geryonis pecore apud Pelasgos versato laudatur. Etiam de Carmentibus, quae deae nascentibus fata canant, Varro disputavit (ant. rer. div. XIV 17b Agahd, Aug. de c. d. IV 11). Praeterea e Varrone hausisse Serv. ad Aen. VIII 51 (ant. rer. hum. VIII 1 Mirsch) supra vidimus p. 386 haec: *Euander Arcas fuit, nepos Pallantis, regis Arcadiae. hic patrem suum occidit, suadente matre Nicostrata, quae etiam Carmentis dicta est, quia carminibus vaticinabatur*. ⟨ampl.: *alii ipsam Nicostratam, matrem Euandri, cum esset centum decem annorum, a filio peremptam tradunt. constat autem Arcadas plurimum vixisse, in tantum, ut quidam usque ad trecentos annos vivendo pervenerint. ipse autem Euander*⟩ *dimissa provincia sua* ⟨*exilio, non sponte, compulsus*⟩ *venit ad Italiam et pulsis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma est, et modicum oppidum fundavit in monte Palatino* ⟨*sicut ait Varro: nonne Arcades exules confugerunt in Palatium, duce Euandro?*⟩ *hic autem mons Palatinus ... est dictus secundum Varronem et alios a filia*

*Euandri Pallantia, ab Hercule vitiata et postea illic sepulta, vel certe a Pallante eius filio illic sepulto* ‹*immaturae aetatis; alii a filio Euandri, qui post mortem patris seditione occisus est*›; *alii a balatu ovium Balanteum volunt dictum* etc. Varro hic illos rerum Arcadicarum scriptores videtur consuluisse, de quibus supra egimus p. 350; iidem citantur a Servio ampl. VIII 336 aperte e Varrone hauriente: *quae Nicostrate dicta est, sed ideo Carmentis appellata a suis, quod divinatione fata caneret ...... alii huius comites Porrimam et Postvertam*[1] ...... *alii etiam Tiburtem dictam* (cf. Catillum Catonis) .... *alii* (Carmentem) *nympham ideo dictam, quoniam qui res Arcadum scripserunt, tradunt sex feminas ibi fuisse quae nymphae vocarentur, in quis et Carmentem*: hinc Vergilius *Carmentis nymphae monita*. De porta Carmentali afferamus aut. rer. hum. VIII 10 Mirsch, Fest. 334ᵃ 2: *Scelerata porta eadem appellatur a quibusdam, quae et Carmentalis dicitur, quod ei proximum Carmentae sacellum fuit.* De Lycaeis Arcadum Varro diligentissime quaesivit, velut de gente pop. Rom. III 2 Kettner = August. de civ. dei XVIII 17: *Romanos etiam Lupercos ex illorum mysteriorum veluti semine dicit exortos.*[2]) Primordia saliorum collegii apud Varronem etiam cum Salio Arcade coniuncta fuisse vidimus, necnon Varroni placuisse hoc: *sunt autem salii Martis et Herculis, quoniam Chaldaei stellam Martis Herculeam dicunt, quos Varro sequitur* (Serv. ampl. VIII 285): propterea apud Vergilium salii laudes Herculeas canunt. Samter l. c. 4 ss. Macr. Sat. I 7 totum e Varrone pendere demonstrat; itaque haec quoque Varroniana sunt: *Hic igitur Ianus cum Saturnum classe pervectum excepisset hospitio et ab eo edoctus peritiam ruris ferum illum et rudem ante fruges cognitas victum in melius redegisset, regni eum societate muneravit.* Ex eodem fonte Augustini[3]) de c. d.

[1]) De his et de Varrone apud Gellium noct. Att. XVI 16, 4 Samter agit l. c. 3.

[2]) Cf. II 17 (Aug. d. c. d. XVIII 12) de Lupercis; de Lupercalibus ant. rer. hum. XVII 1 Mirsch (Censor. XXII 15); de gente pop. Rom. 17 Peter (August. de civ. d. XVIII 16); Q. Fabium Pictorem 5 b (Dionys. Hal. I 79); Cn. Gellium 7 Peter (Solin. I 7).

[3]) Cf. E. Schwarz l. c. 424 ss. 480. 482 ss., Frick l. c. 40 s.

VII 4 snmpta sunt haec: *De Iano quidem non mihi facile quicquam occurrit, quod ad probrum pertineat* ...... *Saturnum fugientem benignus excepit, cum hospite partitus est regnum, ut etiam civitates singulas conderent, iste Ianiculum, ille Saturniam.* Similiter Saturnus hisce praedicatur a Macrobio I 7, 24: *observari igitur eum iussit Ianus maiestate religionis quasi vitae melioris auctorem*[1]) (Samter l. c. 7). Frustula Varroniana de Saturnia et de Saturnio monte apud Festum servata sunt (Samter l. c. 6).

Fabulae de Euandro et Hercule a Dionysio Hal. enarratae partem maximam Varroni tribuendam esse A. Kiessling l. c. 39 affirmat. Dionysins l. c. postquam fabnlas de Aboriginibus Varronem secutus exposuit et *τὰ ὑπὲρ τοῦ Πελασγικοῦ γένους μυθολογούμενα* Varronis plerumque auctoritate nisus consectatus est (I 17—30), inde a capite 31 de Euandro agit. Dux coloniae Arcadum Pallantio profectorum Euander est, *Ἑρμοῦ λεγόμενος καὶ νύμφης τινὸς Ἀρκάσιν ἐπιχωρίας, ἣν οἱ μὲν Ἕλληνες Θέμιν εἶναι λέγουσι καὶ θεοφόρητον ἀποφαίνουσιν, οἱ δὲ τὰς Ῥωμαϊκὰς συγγράψαντες ἀρχαιολογίας τῇ πατρίῳ γλώσσῃ Καρμέντην ὀνομάζουσιν* etc., „ubi qnamquam ipsum Varronis nomen non laudatur, tamen ille manifesto significatur" (Samter l. c. 2). Samter l. c. 3 de Plntarcho e Varrone haurientc disputat, qui *Carmentem Euandri matrem fuisse dicit. Vocari illam Themin sive Nicostratam*; etiam de patre Euandri Varronem diversas sententias protulisse verisimile est. Hanc Carmentem secundum Dionysinm *ὁμολογοῦσι δαιμονίῳ πνεύματι κατάσχετον γενομένην τὰ μέλλοντα συμβαίνειν τῷ πλήθει δι' ᾠδῆς προλέγειν.* Faunus benigne advenas excipit *ὀλίγους ὄντας*, qui vate suadente in Palatino monte condunt *κώμην βραχεῖαν, δυσὶ ναυτικοῖς πληρώμασιν ἐν οἷς ἀπανέστησαν τῆς Ἑλλάδος ἀποχρῶσαν, ἣν ἔμελλε τὸ πεπρωμένον σὺν χρόνῳ θήσειν ὅσην οὐθ' Ἑλλάδα πόλιν οὔτε βάρβαρον* etc. Nomen ductum a patria urbe; *νῦν μέν-*

[1]) De Aen. VIII 321 ss. disserit Norden Mus. Rhen. XLVIII 351 s., qui „ipsos illos Vergilii versus apertam ostendere Varronianae sententiae imitationem" demonstravit annal. philol. suppl. XIX (1893) 425 s., „iucuientissimi quod praebet Lactantius testimonii tum etiam immemor." Idem ibi de Aen. VII 202 ss. disputat.

*τοι Παλάτιον ὑπὸ Ῥωμαίων λέγεται . . . καὶ παρέχει πολλοῖς ἀτόπων ἐτυμολογιῶν ἀφορμάς* (sicuti Naevio). I 32, 1 s. Polybius de Pallante Herculis et Launae filio citatur, cui Dionysius non assentitur I 32, 3 ss.: Arcades *τά τε ἄλλα διεκόσμουν τὸ κτίσμα καὶ ἱερὰ ἱδρύονται, πρῶτον μὲν τῷ Λυκαίῳ Πανὶ τῆς Θέμιδος ἐξηγουμένης· χωρίον ἐξευρόντες ἐπιτήδειον, ὃ καλοῦσι Ῥωμαῖοι Λουπερκάλιον . . . ἔνθα . . . τῷ θεῷ τὴν πάτριον θυσίαν ἐπετέλεσαν.* Deinde de dea *Νίκη* verba fiunt (33, 1: *ταύτην δὲ Ἀρκάδες μυθολογοῦσι* etc.). 33, 4: *λέγονται δὲ καὶ γραμμάτων Ἑλληνικῶν χρῆσιν εἰς Ἰταλίαν πρῶτοι διακομίσαι νεωστὶ φανεῖσαν Ἀρκάδες* etc. (cf. p. 368) . . *νόμους τεθέσθαι καὶ τὴν δίαιταν ἐκ τοῦ θηριώδους ἐπὶ πλεῖστον εἰς ἡμερότητα μεταγαγεῖν* etc. I 34: Hercules advenit cum exercitu Iberia expugnata, socii quidam in Saturnio sive Capitolino monte manent Peloponnesii, etiam Troiani nonnulli captivi. Voce *Saturnia* ad quaestionem de nominibus Italiae traducitur Dionysius I 35; adde I 36, 1: *Ἔστι δέ τις καὶ ἕτερος λόγος ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων μυθολογούμενος, ὡς πρὸ τῆς Διὸς ἀρχῆς ὁ Κρόνος ἐν τῇ γῇ ταύτῃ δυναστεύσειε, καὶ ὁ λεγόμενος ἐπ' ἐκείνῳ βίος ἅπασι δαψιλὴς ὁπόσοις ὧραι φύουσιν οὐ παρ' ἄλλοις μᾶλλον ἢ παρὰ σφίσι γένοιτο.* Deinde 36, 2 ss. 37. 38 „Saturnia tellus" summis effertur laudibus.[1]) 38, 2: *λέγουσι δὲ καὶ τὰς θυσίας ἐπιτελεῖν τῷ Κρόνῳ τοὺς παλαιοὺς, ὥσπερ ἐν Καρχηδόνι . . . ἀνδροφόνους, Ἡρακλέα δὲ παῦσαι τὸν νόμον τῆς θυσίας* et q. s. de Argeis[2]) plane cum Varrone concinunt (Macrob. Sat. I 7, 28 ss.). I 39 de ‚Herculis in Italiam adventu' agens sic orditur Dionysius: *Ἔστι δὲ τῶν ὑπὲρ τοῦ δαίμονος τοῦδε λεγομένων τὰ μὲν μυθικώτερα, τὰ δ' ἀληθέστερα.* Itaque Varroniano more fabulosa narratio a ‚vere historica' seiungitur. Atque fabularis narratio Vergilianae haud dissimilis est,

[1]) J. Geffcken Herm. XXVII 381 ss. cum Varroniana descriptione hanc Dionysianam comparat: ‚letztere scheint nur eine Ausführung der ersteren' (p. 386). Vergilius quoque georg. II 149 ss. totus e Varrone pendet (386 s.). Varro d. re rust. I 2. Mirsch l. c. 34 s. 114.

[2]) De Herculis comitibus in Italia relictis a Plinio nat. hist. III 134 non Cornelium Nepotem consultum esse credo (id quod contendit Detlefsen l. c. 38), sed procul dubio Varronem.

nisi quod hic Cacus non Volcaui filius horrendus est, sed latro, § 4: *ὁ μὲν οὖν Κάκος ἐπειδὴ περιφανὴς ἐγένετο κακουργῶν, τρέπεται πρὸς ἀλκὴν καὶ τοὺς εἰωθότας αὐτῷ συναγραυλεῖν ἀνεκάλει· Ἡρακλῆς δὲ ἀλοιῶν αὐτὸν τῷ ῥοπάλῳ κτείνει καὶ . . . ἐπικατασκάπτει τῇ καλαύροπι τὸ σπήλαιον* et Iovis Inventoris aram constituit. (40) Aborigines et Arcades victorem admirautur, Euander vero matris vaticiniorum memor primus Herculem divinis honoribus prosequitur aramque ei exstruit. Sacra Herculea ipso iubente instituuntur, sacerdotes ex illo tempore Potitii et Pinarii sunt (40, 6). At non modo ad aram maximam, sed etiam in omnibus fere Italiae regionibus Herculem venerantur, *καὶ σπανίως ἂν εὕροι τις Ἰταλίας χῶρον, ἔνθα μὴ τυγχάνει τιμώμενος ὁ θεός*.

Deinde cap. 41—44 exponitur *ὁ ἀληθέστερος λόγος . . . ᾧ πολλοὶ τῶν ἐν ἱστορίας σχήματι* (ut Euhemerus, Varro) *τὰς πράξεις αὐτοῦ διηγησαμένων ἐχρήσαντο*. Hercules cum magno exercitu (*οὐδὲ ἀγέλην βοῶν ἐπαγόμενος*) occupatis terris occidentalibus in Italiam pervenit, ubi navibus deficientibus manere cogitur. Ligures ei adversantur, necnon Cacus tyrannus barbarus, firmissimo castello munitus. Quibus victis terra illa Fauno, Euandro, comitibus datur. (43) Pallantem et Latinum Herculis filios esse tradunt, atque illum praematura morte raptum esse, hunc Aboriginum regem factum. (44) Hercules oppido condito prope Neapolim a se cognominato — *ἔνθα ὁ στόλος αὐτῷ ἐναυλόχει* — in Siciliam proficiscitur.

Quae omnia Varroui deberi ex iis, quae supra disputavimus, elucet; sed bene fit, quod id alia quoque ratione comprobatur. Solinus quin ‚de urbe Roma' e Varronianis fontibus hauserit, non est dubium (Kiessling l. c. 42). Samter l. c. 23 ait: „ea quae de Hercule rettulit, eidem auctori vindicare nullus dubito." Afferantur e Solino 1, 7 ss. haec: *aram Hercules, quam voverat, si amissas boves repperisset, punito Caco patri* ***Inventori*** *dicavit*. Sequitur narratio de Caco e Gellio repetita, quae bene cum narratione Dionysii ‚vere historica' concinit. 10 ss: *suo quoque numini idem Hercules instituit* ***aram***, *quae* ***maxima*** *apud* ***pontifices*** *habetur, cum se ex* ***Nicostrate***, ***Euandri matre***, *quae a vaticinio* ***Carmentis*** *dicta est,* ***immortalem*** *comperisset. consaeptum etiam, intra quod ritus sacrorum factis* ***bovicidiis***

(Dion. I 40, 3) *docuit Potitios, sacellum Herculi in Boario foro est* (Dion. I 40, 6), *in quo argumenta et convivii et maiestatis ipsius remanent. nam divinitus neque muscis illo neque canibus ingressus est.*[1]) *aedem etiam, quae Saturni aerarium fertur, comites eius condiderunt* (Dion. I 34, 4) *in honorem Saturni, quem cultorem regionis illius cognoverant extitisse. iidem et montem Capitolinum Saturnium nominaverunt* (Dion. l. c.). *castelli quoque quod excitaverunt portam appellaverunt Saturniam, quae postmodum Pandana vocitata est* (Paul. 220, 17, Varr. ant. rer. hum. VIII 15 Mirsch). *pars etiam infima Capitolini montis habitaculum Carmentae fuit, ubi Carmentis nunc fanum est, a qua Carmentali portae nomen datum* (Dion. I 32, 2, ant. rer. hum. VIII 10 Mirsch). *Palatium nemo dubitaverit, quin Arcadas habeat auctores, a quibus primum Pallanteum oppidum conditum: quod aliquamdiu Aborigines habitarunt, propter incommodum vicinae paludis* (cf. Varronem de Aventino), *quam praeterfluens Tiberis fecerat, profecti Reate postmodum reliquerunt. sunt qui velint a balatibus ovium mutata littera, vel a Pale pastorali dea, aut ut Silenus probat a Palantho Hyperborei filia, quam Hercules ibi compressisse visus est* (cf. p. 386 [102]), *nomen monti adoptatum.* Itaque Varro hic excerptus cum Varrone a Dionysio elegantius digesto saepius paene ad verbum congruit. De Herculeis sacris vide quae Macrobius Sat. III 12 seu potius eius auctor recte e Varrone attulit, ut ea comprobaret, quae alii Vergilio crimini dederant.

Fortasse Vergilius etiam VIII 275 et 363 Varronem respicit, nisi forte argutiora Servius de Hercule victore et communi deo adnotat. *Arcades Aeolicam linguam secum in Italiam advexisse* auctor fuit Cato (19 Peter, Ioan. Lyd. de magistr. I 5) et Lydus l. c. tradit Varronem ei assensum esse, qui de hac re certe etiam in libro de origine linguae Latinae egit. Etiam de paupertate vetustissimae illius arcis Romanae a Graecis colonis conditae (Aen. VIII 98ss. 105. 348. 360s. 365. 455. 472ss.) Vergilius eam sententiam secutus est, quam Varro de tota antiquitate habuit (Non. s. v. *tabernas* p. 532 etc.); Kettner l. c. 51 ait:

[1]) De fabula hac cf. p. 361 [77], Samter l. c. 24 ss.

„ähnlich wie Dicaearchus im *Βίος Ἑλλάδος* nach dem Zeugnisse des Varro r. r. II 1, 4 erzählt hatte: summum gradum fuisse naturalem, cum viverent homines ex iis rebus, quae inviolata ultro ferret terra ... ut ex arboribus ac virgultis decerpendo glandem, arbutum, mora pomaque colligerent ad usum (s. auch Varro r. r. I 2, 16 etc.), so konnte gewiss auch Varro hier nicht umhin, einiges über den Naturzustand der Menschen zu sagen."[1]) Fortasse Varro de his rebus iocatus est in ea satura Menippea, cui inscriptum erat *Aborigines περὶ ἀνθρώπων φύσεως* (163 Buecheler). De hominibus illis incultis Varronem sequitur Dion. I 33, 4; de Pallanteo *modico oppido* vide praeterea Serv. Aen. VIII 51 (ant. rer. hum. VIII 1 Mirsch), de Faunis deis Latinorum silvestribus Varr. de lingua Lat. VII 36.

Sed haec hactenus: luce clarius est Varronem, de Euandro et de priscis Romae incolis auctorem uberrimum, fere omnia ea rettulisse, quae apud Vergilium reperimus. Cogitari potest Vergilium inimicitias Arcadum in Aborigines confinxisse, cum et alibi et apud Dionysium Euander Fauno amico utatur; sed alias quoque narrationes Varronem prodidisse apparet. Etenim apud Lydum invenimus Euandrum terram suam occupasse necato Erulo, et in fragmento Varroniano modo laudato (Serv. VIII 51) legitur: *Euander ... pulsis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma est.* At dubium esse potest, num re vera Pallantem Euandri filium manu fortem Vergilius apud auctorem suum invenerit. Praeterea Euandrum poeta sic cum argumento narrationis epicae conglutinavit, ut Aeneam ad Etruscos mittat: itaque Arcas partes Ulixis (Nani) in fabulis Varronianis e Timaeo sumptis (p. 301 ss.) suscepit.

Poetae denique pugnam Alcidae cum Caco horrendo tribuemus, qui sua fortasse aliunde[2]) huc transtulit (cf. Wissowa

---

[1]) Quibus de rebus E. Wendling Herm. XXVIII 349 (post alios ibid. in adn. laudatos) Varronem Posidonio auctore usum esse exponit. De Varronis rerum Romanarum vetustissimarum descriptione F. Münzer disputat l. c. 252 ss.; de exemplis Romanae paupertatis a Varrone collectis vide praeterea ibid. p. 217.

[2]) Cum Caci descriptione *spirantis ignibus* (Aen. VIII 304; cf. VIII 250 ss.) praeter narrationem illam de Caeculo hic Augustini (de civ. d. VII 30) de Vulcano locus comparandus est, qui e Varrone

apud Pauly-Wissowa III 1165 ss.). Postremum poetica ornamenta descriptionis Herculei cum Euandro hospite commercii Vergilius fortasse ab Alexandrinis magistris accepit; velut similem de Molorcho Herculis hospite narrationem apud Probum ad Verg. Georg. III 19 p. 56 Keil reperimus, quam ex Callimachi Aetiorum libris haustam esse Schneider Call. II 119 demonstrat. Similiter etiam Hecale Theseo hospitium praebet in Callimachi carmine *Ἑκάλη* (Schneider l. c. II 181), quem imitatus est Ovidius met. VIII 647, ubi de Baucide et Philemone loquitur (Schneider II 183).[1])

Similia de Euandro atque Varro habet schol. in Dionys. Per. 448, ubi Charmas eius pater, Pallas eius filius est. Praeterea apud multos auctores Latinos vestigia huius fabulae clarissimae occurrunt, quam tractant Grote l. c. II 264. Cuno l. c. II 88 s. 111. 129 s. 178 ss. 188 ss. 196 ss. Rubino l. c. 66. 91. Niebuhr l. c. I 85 ss. Schwegler l. c. I 349 ss. Klausen l. c. II 768 ss. 883 ss. 893. 937. 1237 ss. 1242 s. Kuschel l. c. 22.

---

fluxit (Schwarz l. c. p. 486): (Vulcanus) *mundi huius ignem vehementissimum et violentissimum pro immensae naturae temperamento et creavit et regit.* Cf. de civ. d. VII 16 et Varr. de l. Lat. V 70. Vulcani filios Periphaten et Cercyonem Theseus necavit (Ovid. met. VII 437 ss. Hygin. 158).

[1]) Fortasse Vergilius haud pauca ex illo carmine huc transtulit. Certe similiter in eo Callimacheo fragmento, quod cum Vergiliana narratione componendum est (col. I), Marathonii summo gaudio affecti Theseum victorem honoribus prosequuntur atque Arcades Herculem. Afferantur v. 2 ss. editionis Gomperzianae (Mitteilungen aus der Sammlung der Papyrus Erzherzog Rainer vol. VI 1897)

*ὡς ἴδον, ο[ἴδ'] ἅμα πάντες ὑπ[έτρ]εσ[α]ν ἠδ'[ἐλίασ]θεν*
*ἄνδρα μέγαν καὶ θῆρα πελώριον ἄντ[α ἰ]δέσθαι.*

Postquam Theseus locutus est, *τοὶ δ' ἀίοντες*
*[π]άντες „[ἰ]ὴ παιῆνον“ ἀνέκλαγον.*

Deinde enarratur *φυλλοβολία*. De Hecale Callimachea vide U. v. Wilamowitz-Moellendorff, Nachrichten der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen 1893, p. 731 ss.

---

## Epilogus.

Haec summatim attigimus. Narrationes de adventu Aeneae, de originibus Latinorum et Rutulorum, de regibus Albanis, quas Vergilius aut tangit aut uberrime exponit, etiam intricatiores sunt, cum hic accedat, quod eas res plurimi fabularum scriptores multique poetae ante Vergilii tempora tractaverunt, neque facile ostendi potest etiam de his rebus unum Varronem consultum esse. Itaque quamvis eluceat Varronem etiam de his rebus diligentissime egisse (Serv. Aen. III 256. VIII 275. X 76. 317; August. de civ. d. XVIII 15; Fest. s. *Sacrani* 321 M.; Varro de l. Lat. V 72. 144; de re rust. II 4, 18. III 13, 2. [p. 95, 9 ss. 151, 15 Keil]; Agahd l. c. 81. 157 s.; ant. rer. div. XIV 32. 61. 88. XV 15 Agahd; ant. rer. hum. II 18 Mirsch; Kettner l. c. 54, de gente pop. Rom. II 22. III 3—9; Samter l. c. 30. 64), haec omittemus, ne quae certa invenimus dubia fieri videantur.

Iam ex hisce quantuliscunque quaestionibus cognoscitur, qui fieri potuerit, ut Servius dicat in prooemio comm. in l. VI: *Totus Vergilius scientia plenus est*; at Geffckeno quoque assentiemur, de Varrone locuto l. c. 82: „Wir bemerken, wie reich das Material ist, wie es fast von allen Seiten zuströmt."

En thesaurum obrutum! Quis eum effodiet? Certe in restituendis operibus Varronianis non licet transire Vergilium Varroniani suci plenum, et recte Geffcken ait Herm. XXVII 388: „Ohne Varros Anregung ist Vergil nicht denkbar, nicht denkbar die ganze antiquarisch-romantische Schule römischer Dichtung, wie ohne die Brüder Grimm das Bild von der deutschen Romantik unvollständig bliebe."

# I. Index mythographicus.

## II. Index Vergilianus.

## III. Index auctorum, quos Varro secutus est.



## IV. Index auctorum, qui Varroniana habent.

**Heydemann, H.,** Nereiden mit den Waffen des Achill. Ein Beitrag zur Kunstmythologie. Mit 5 Tafeln. 1879. Fol. ℳ 8,00

**Heydemann, H., Hallische Winckelmannsprogramme.** 4.

I. Zeus im Gigantenkampfe. Mit 1 Tafel. 1876. ℳ 2,00

II. Die Knöchelspielerin im Palazzo Colonna zu Rom. Mit 2 Tafeln und 2 Holzschnitten. 1877. ℳ 3,00

III. Mittheilungen aus den Antikensammlungen in Ober- und Mittelitalien. Mit 6 Taf. u. 7 Holzschn. 1878. ℳ 10,00

IV. Verhüllte Tänzerin. Bronce im Museum zu Turin. Mit 1 Tafel und 2 Holzschnitten. 1879. ℳ 2,00

V. Satyr- u. Bakchennamen. Mit 1 Doppeltafel. 1880. ℳ 3,00

VI. Gigantomachie auf einer Vase aus Altamura. Mit 1 Doppeltafel. 1881. ℳ 2,00

VII. Terracotten aus dem Museo Nazionale zu Neapel. Mit 3 Tafeln und 1 Holzschnitt. 1882. ℳ 3,00

VIII. Alexander der Grosse und Dareios Kodomannos auf unteritalischen Vasenbildern. Mit 1 Doppeltafel und 2 Holzschnitten. 1883. ℳ 2,00

IX. Vase caputi mit Theaterdarstellungen. Mit 2 Tafeln und 2 Holzschnitten. 1884. ℳ 2,00

X. Dionysos Geburt und Kindheit. Mit 1 Doppeltafel und 1 Holzschnitt. 1885. ℳ 4,00

XI. Jason in Kolchis. Mit 1 Doppeltafel 1886. ℳ 2,00

XII. Pariser Antiken. Mit 2 Taf. u. 8 Holzschn. 1887. ℳ 7,00

XIII. Marmorkopf Riccardi. M. 2 Taf. u. 2 Holzschn. 1888. ℳ 2,00

**Robert, C., Hallische Winckelmannsprogramme.**

XIV. Der Pasiphae-Sarkophag. Mit 4 Tafeln. 1890. ℳ 2,00

XV. Scenen der Ilias und Aithiopis auf einer Vase der Sammlung des Grafen Michael Tyskiewicz. Festschrift zur Eröffnung des archäolog. Museums der Friedrichs-Universität Halle-Wittenberg am 9. Dec. 1891 herausgegeben mit Unterstützung des königl. Universitäts-Curatoriums. Mit 17 Fig. u. 2 farbigen Tafeln. 1891. Gr. Fol. ℳ 10,00

XVI. Die Nekyia des Polygnot. Mit 1 Tafel und 6 Textabbildungen. 1892. ℳ 8,00

XVII. Die Iliupersis des Polygnot. Mit 1 Tafel und 2 Textabbildungen. 1893. ℳ 8,00

XVIII. Die Marathonschlacht in der Poikile und weiteres über Polygnot. Mit 1 Tafel und 12 Textabbildungen. 1894. ℳ 12,00

XIX. Votivgemälde eines Apobaten. Nebst einem Excurs über den sogenannten Ares Borghese. Mit 1 Tafel und 7 Textabbildungen. 1895. ℳ 2,00

XX. Römisches Skizzenbuch aus dem achtzehnten Jahrhundert im Besitz der Frau Generalin von Bauer geb. Ruhl zu Kassel. Mit 31 Textabbildungen. 1896. ℳ 8,00

XXI. Die Knöchelspielerinnen des Alexandros. Nebst Excursen über die Reliefs an der Basis der Nemesis von Rhamnus und über eine weibliche Statue der Sammlung Jacobsen. Mit 1 Tafel und 8 Textabb. 1897. ℳ 4,00

# DISSERTATIONES

# PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XIV. PARS II.

HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER
MDCCCLXXXXVIII.

**Dissertationes philologicae Halenses** cum praefatione Henrici Keilii. Vol. I—XIII. pars I—IV. 1873—1897. 8. ℳ 105,40

—— Vol. I. 1873. ℳ 6,00

Inhalt: Kleemann, M., Reliquiarum dialecti Creticae pars I. Glossae Creticae cum commentariolo de universa Creticae dialecti indole. — Gutsche, G., Quaestiones de Homerico hymno in Cererem. — Waltber, E., de Taciti studiis rhetoricis. — Friedel, W. O., de Sophistarum studiis Homericis. — Schink, E., de interiectionum epiphonematumque vi atque usu apud Aristophanem. — Kohlmann, R., de verbi Graeci temporibus. — Zacher, K., de prioris nominum compositorum Graecorum partis formatione.

—— Vol. II. 1876. ℳ 5,00

Inhalt: Weingärtner, Ad., de Horatio Lucretii imitatore. — Votsch, G., Quaestiones de infinitivi usu Plautino. — Schmidt, J., de Herodotea quae fertur vita Homeri. — Doberentz, Aem., de scholiis in Thucydidem. — Matthias, E., de scholiis in Juvenalem.

—— Vol. III. 1878. ℳ 7,00

Inhalt: Zacher, K., De nominibus graecis in *αιος, αια, αιον*. — Neidhardt, Aem., De Euripide poetarum maxime tragico.

—— Vol. IV. 1880. ℳ 9,00

Inhalt: Hendess, R., Oracula graeca quae apud scriptores graecos romanosque exstant, collegit paucasque observationes selectas praemisit. — Huebner, B., de temporum qua Aeschylus utitur praesentis praecipue et aoriste varietate. — Voelcker, F., de Graecorum fabularum auctoribus. — Lange, E., Quid cum de ingenio et litteris tum de poetis Graecorum Cicero senserit. — Segebade, J., Observationes grammaticae et criticae in Petronium. — Hollaender, L., de militum coloniis ab Augusto in Italia deductis — Karbe, H., de Centurionibus Romanorum.

—— Vol. V. 1883. ℳ 8,00

Inhalt: Schmidt, J., De Seviris Augustalibus. — Baege, M., de Ptolomaeo Ascalonita. — Jungblut, H., Quaestionum de Paroemiographis pars prior: De Zenobia. — Koob, H., De mutis quae vocantur personis in Graecorum tragoediis. — Zimmermann, R., Quibus auctoribus Strabo in libro tertio geographicorum conscribendo usus sit, quaeritur

—— Vol. VI. pars prior. 1885. ℳ 6,00

Inhalt: Roos, C., De Theodoreto Clementis et Eusebii compilatore. Accedit epimetrum de Platonis codicibus. — Karbaum, H., De auctoritate ac fide grammaticorum latinorum in constituenda lectione Ciceronis orationum in Verrem. — Schulze, E. Th., De Q. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus.

—— —— pars secunda. 1886. ℳ 4,00

Inhalt: Hauschild, O., De sermonis proprietatibus, quae in Philippicis Ciceronis orationibus inveniuntur. — Voigt, Th., De Atrei et Thyestae fabula.

—— Vol. VII. 1886. ℳ 10,00

Inhalt: Graetzel, P., De pactionum inter graecas civitates factarum ad bellum pacemque pertinentium appellationibus formulis ratione. — Brinck, A., Inscriptiones graecae ad choregiam pertinentes. — Roellig, E., De codicibus Strabonianis, qui libros I—IX continent.

**Diss. philolog. Halenses.** Vol. VIII. 1887. ℳ 7,00

Inhalt: Roellig, P., Quae ratio inter Photii et Suidae lexica intercedat. — Nebe, A., De mysteriorum Eleusiniorum tempore et administratione publica. — Kalkoff, G., De codicibus epitomes Harpocrationeae. — Herforth, E., De dialecto Cretica.

—— Vol. IX. 1888. ℳ 8,00

Inhalt: Reinecke, G., De scholiis Callimacheis. — Rosenboom, J., Quaestiones de Orphei Argonauticorum elocutione. — Kausche, W., Mythologumena Aeschylea.

—— Vol. X. 1890. ℳ 8,00

Inhalt: Liermann, O., Analecta epigraphica et agonistica. — Keil, G., De Flavio Capro grammatico quaestionum capita II.

—— Vol. XI. 1890. ℳ 9,00

Inhalt: Hildebrand, A., De verbis et intransitive et causative apud Homerum usurpatis. — Pusch, H., Quaestiones Zenodoteae. — Meiners, W., Quaestiones ad scholia Aristophanea historica pertinentes.

—— Vol. XII. pars prior. 1891. ℳ 4,80

Inhalt: Walther, R., De Apollonii Rhodii argonauticorum rebus geographicis. — Schmidt, H., Observationes archaeologicae in carmina Hesiodea.

—— —— pars secunda. 1894. ℳ 5,20

Inhalt: Gerstenhauer, A., De Alcaei et Sapphonis copia vocabulorum. Anz, H., Subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem vulgarem e Pentateuchi versione Alexandrina repetita.

—— Vol. XIII. pars prior. 1895. ℳ 2,80

Inhalt: Kaiser, B., Quaestiones de elocutione Demosthenica.

—— —— pars secunda. 1896. ℳ 2,00

Inhalt: Haupt, G., Commentationes archaelogicae in Aeschylum.

—— —— pars tertia. 1896. ℳ 1,60

Inhalt: Wulf, H., De fabellis cum collegii septem sapientium memoria conjunctis quaestiones criticae.

—— —— pars quarta. 1897. ℳ 2,00

Inhalt: Haym, C., De puerorum in re scaenica graecorum partibus.

---

**Genethliacon Gottingense.** Miscellanea philologica in honorem seminarii regii philologici Gottingensis scripserunt philologi Gottingenses XXIV. 1888. gr. 8. ℳ 7,00

**Güldenpenning,** A., Die antike Kunst und das Gymnasium. Erfahrungen und Vorschläge. 1895. 8. ℳ 0,80

**Hymni et sequentiae** cum compluribus aliis et latinis et gallicis necnon theotiscis carminibus medio aevo compositis quae ex libris impressis et ex codicibus manuscriptis saeculorum a IX usque ad XII partim post M. Flacii Illyrici curas congessit variisque lectionibus illustravit et nunc primum in lucem prodidit G. Milchsack. Pars 1 1886. gr. 8. Ausgabe auf Druckpapier ℳ 8,00
Ausgabe auf Büttenpapier ℳ 20,00
Ausgabe auf Büttenpapier in 3farb. Druck ℳ 30,00

**Maué,** H. C., Die Vereine der Fabri, Centonarii und Dendrophori im römischen Reich. I. Die Natur ihres Handwerks und ihre sacralen Beziehungen. Mit e. Anhang enth. die Inschriften. 1886. 4. ℳ 2,40

—— Der Praefectus Fabrum. Ein Beitrag zur Geschichte des römischen Beamtentums und des Collegialwesens während der Kaiserzeit. Mit einem Anhang, enthalt. die Inschriften. 1887. 8. ℳ 5,00

**Sophokles,** König Oedipus, übers. v. E. Müller. 1885. kl. 8. ℳ 1,20

# DISSERTATIONES

# PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XIV. PARS IV.

HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER
MDCCCCI.

**Dissertationes philologicae Halenses** cum praefatione Henrici Keilii. Vol. I—XIV. pars II. 1873—1898. 8. ℳ 109,80

—— Vol. I. 1873. ℳ 6,00

Inhalt: Kleemann, M., Reliquiarum dialecti Creticae pars I. Glossae Creticae cum commentariolo de universa Creticae dialecti indole. — Gutsche, G., Quaestiones de Homerico hymno in Cererem. — Walther, E., de Taciti studiis rhetoricis. — Friedel, W. O., de Sophistarum studiis Homericis. — Schink, E., de interiectionum epiphonematumque vi atque usu apud Aristophanem. — Kohlmann, R., de verbi Graeci temporibus. — Zacher, K., de prioris nominum compositorum Graecorum partis formatione.

—— Vol. II. 1876. ℳ 5,00

Inhalt: Weingärtner, Ad., de Horatio Lucretii imitatore. — Votsch, G., Quaestiones de infinitivi usu Plautino. — Schmidt, J., de Herodotea quae fertur vita Homeri. — Doberentz, Aem., de scholiis in Thucydidem. — Matthias, E., de scholiis in Juvenalem.

—— Vol. III. 1878. ℳ 7,00

Inhalt: Zacher, K., De nominibus graecis in αιος, αια, αιον. — Neidhardt, Aem., De Euripide poetarum maxime tragico.

—— Vol. IV. 1880. ℳ 9,00

Inhalt: Hendess, R., Oracula graeca quae apud scriptores graecos romanosque exstant, collegit paucasque observationes selectas praemisit. — Huebner, B., de temporum qua Aeschylus utitur praesentis praeterito et aoriste varietate. — Voelcker, F., de Graecorum fabularum auctoribus. — Lange, E., Quid cum de ingenio et litteris tum de poetis Graecorum Cicero senserit. — Segebade, J., Observationes grammaticae et criticae in Petronium. — Hollaender, L., de militum coloniis ab Augusto in Italia deductis — Karbe, H., de Centurionibus Romanorum.

—— Vol. V. 1883. ℳ 8,00

Inhalt: Schmidt, J., De Seviris Augustalibus. — Baege, M., de Ptolomaeo Ascalonita. — Jungblut, H., Quaestionum de Paroemiographis pars prior: De Zenobio. — Koob, H., De mutis quae vocantur personis in Graecorum tragoediis. — Zimmermann, R., Quibus auctoribus Strabo in libro tertio geographicorum conscribendo usus sit quaeritur.

—— Vol. VI. pars prior. 1885. ℳ 6,00

Inhalt: Roos, C., De Theodoreto Clementis et Eusebii compilatore. Accedit epimetrum de Platonis codicibus. — Karbaum, H., De auctoritate ac fide grammaticorum latinorum in constituenda lectione Ciceronis orationum in Verrem. — Schulze, E. Th., De Q. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus.

—— —— pars secunda. 1886. ℳ 4,00

Inhalt: Hauschild, O., De sermonis proprietatibus, quae in Philippicis Ciceronis orationibus inveniuntur. — Voigt, Th., De Atrei et Thyestae fabula.

—— Vol. VII. 1886. ℳ 10,00

Inhalt: Graetzel, P., De pactionum inter graecas civitates factarum ad bellum pacemque pertinentium appellationibus formulis ratione. — Brinck, A., Inscriptiones graecae ad choregiam pertinentes. — Roellig, E., De codicibus Strabonianis, qui libros I—IX continent.

—— Vol. VIII. 1887. ℳ 7,00

Inhalt: Roellig, P., Quae ratio inter Photii et Suidae lexica intercedat. — Nebe, A., De mysteriorum Eleusiniorum tempore et administratione publica. — Kalkoff, G., De codicibus epitomes Harpocrationeae. — Herforth, E., De dialecto Cretica.

—— Vol. IX. 1888. ℳ 8,00

Inhalt: Reinecke, G., De scholiis Callimacheis. — Rosenboom, J., Quaestiones de Orphei Argonauticorum elocutione. — Kausche, W., Mythologumena Aeschylea.

**Diss. philolog. Halenses.**

——— Vol. X. 1890. ℳ 8,00

Inhalt: Liermann, O., Analecta epigraphica et agonistica. — Keil, G., De Flavio Capro grammatico quaestionum capita II.

——— Vol. XI. 1890. ℳ 9,00

Inhalt: Hildebrand, A., De verbis et intransitive et causative apud Homerum usurpatis. — Pusch, H., Quaestiones Zenodoteae. — Meiners, W., Quaestiones ad scholia Aristophanea historica pertinentes.

——— Vol. XII. pars prior. 1891. ℳ 4,80

Inhalt: Walther, R., De Apollonii Rhodli argonauticorum rebus geographicis. — Schmidt, H., Observationes archaeologicae in carmina Hesiodea.

——— ——— pars secunda. 1894. ℳ 5,20

Inhalt: Gerstenhauer, A., De Alcael et Sapphonis copia vocabulorum. Anz, H., Subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem vulgarem e Pentateuchi versione Alexandrina repetita.

——— Vol. XIII. pars prior. 1895. ℳ 2,80

Inhalt: Kaiser, B., Quaestiones de elocutione Demosthenica.

——— ——— pars secunda. 1896. ℳ 2,00

Inhalt: Haupt, G., Commentationes archaelogicae in Aeschylum.

——— ——— pars tertia. 1896. ℳ 1,60

Inhalt: Wolf, H., De fabellis cum collegii septem sapientium memoria conjunctis quaestiones criticae.

——— ——— pars quarta. 1897. ℳ 2,00

Inhalt: Haym, C., De puerorum in re scaenica graecorum partibus.

——— Vol. XIV. pars. prior. 1898. ℳ 2,80

Inhalt: Reinhold, H., De graecitate patrum apostolicorum librorumque apocryphorum novi testamenti quaestiones grammaticae.

——— ——— pars secunda. 1898. ℳ 1,60

Inhalt: Schwandke, G., De Aristophanis nubibus prioribus.

——— ——— pars tertia. 1900. ℳ 2,40

Inhalt: Körtge, G., In Suetonii de viris illustribus Libros inquisitionum capita tria.

---

**Güldenpenning,** A., Die antike Kunst und das Gymnasium. Erfahrungen und Vorschläge. 1895. 8. ℳ 0,80

**Hymni et sequentiae** cum compluribus aliis et latinis et gallicis necnon theotiscis carminibus medio aevo compositis quae ex libris impressis et ex codicibus manuscriptis saeculorum a IX usque ad XII partim post M. Flacii Illyrici curas congessit variisque lectionibus illustravit et nunc primum in lucem prodidit G. Milchsack. Pars I 1886. gr. 8. Ausgabe auf Druckpapier ℳ 8,00
Ausgabe auf Büttenpapier ℳ 20,00
Ausgabe auf Büttenpapier in 3farb. Druck ℳ 30,00

**Sophokles,** König Oedipus, übers. v. E. Müller. 1885. kl. 8. ℳ 1,20

**Heydemann,** H., Nereiden mit den Waffen des Achill. Ein Beitrag zur Kunstmythologie. Mit 5 Tafeln. 1879. Fol. ℳ 8,00

**Heydemann, H., Hallische Winckelmannsprogramme.** 4.

I. Zeus im Gigantenkampfe. Mit 1 Tafel. 1876. ℳ 2,00
II. Die Knöchelspielerin im Palazzo Colonna zu Rom. Mit 2 Tafeln und 2 Holzschnitten. 1877. ℳ 3,00
III. Mittheilungen aus den Antikensammlungen in Ober- und Mittelitalien. Mit 6 Taf. u. 7 Holzschn. 1878. ℳ 10,00
IV. Verhüllte Tänzerin. Bronce im Museum zu Turin. Mit 1 Tafel und 2 Holzschnitten. 1879. ℳ 2,00

**Heydemann, H., Hallische Winckelmannsprogramme.**

V. Satyr- u. Bakchennamen. Mit 1 Doppeltafel. 1880. ℳ 3,00
VI. Gigantomachie auf einer Vase aus Altamura. Mit 1 Doppeltafel. 1881. ℳ 2,00
VII. Terracotten aus dem Museo Nazionale zu Neapel. Mit 3 Tafeln und 1 Holzschnitt. 1882. ℳ 3,00
VIII. Alexander der Grosse und Dareios Kodomannos auf unteritalischen Vasenbildern. Mit 1 Doppeltafel und 2 Holzschnitten. 1883. ℳ 2,00
IX. Vase caputi mit Theaterdarstellungen. Mit 2 Tafeln und 2 Holzschnitten. 1884. ℳ 2,00
X. Dionysos Geburt und Kindheit. Mit 1 Doppeltafel und 1 Holzschnitt. 1885. ℳ 4,00
XI. Jason in Kolchis. Mit 1 Doppeltafel 1886. ℳ 2,00
XII. Pariser Antiken. Mit 2 Taf. u. 8 Holzschn. 1887. ℳ 7,00
XIII. Marmorkopf Riccardi. M. 2 Taf. u. 2 Holzschn. 1888. ℳ 2,00

**Robert, C., Hallische Winckelmannsprogramme.**

XIV. Der Pasiphae-Sarkophag. Mit 4 Tafeln. 1890. ℳ 2,00
XV. Scenen der Ilias und Aithiopis auf einer Vase der Sammlung des Grafen Michael Tyskiewicz. Festschrift zur Eröffnung des archäolog. Museums der Friedrichs-Universität Halle-Wittenberg am 9. Dec. 1891 herausgegeben mit Unterstützung des königl. Universitäts-Curatoriums. Mit 17 Fig. u. 2 farbigen Tafeln. 1891. Gr. Fol. ℳ 10,00
XVI. Die Nekyia des Polygnot. Mit 1 Tafel und 6 Textabbildungen. 1892. ℳ 8,00
XVII. Die Iliupersis des Polygnot. Mit 1 Tafel und 2 Textabbildungen. 1893. ℳ 8,00
XVIII. Die Marathonschlacht in der Poikile und weiteres über Polygnot. Mit 1 Tafel u. 12 Textabbild. 1894. ℳ 12,00
XIX. Votivgemälde eines Apobaten. Nebst einem Excurs über den sogenannten Ares Borghese. Mit 1 Tafel und 7 Textabbildungen. 1895. ℳ 2,00
XX. Römisches Skizzenbuch aus dem achtzehnten Jahrhundert im Besitz der Frau Generalin von Bauer geb. Ruhl zu Kassel. Mit 31 Textabbildungen. 1896. ℳ 8,00
XXI. Die Knöchelspielerinnen des Alexandros. Nebst Excursen über die Reliefs an der Basis der Nemesis von Rhamnus und über eine weibliche Statue der Sammlung Jacobsen. Mit 1 Tafel und 8 Textabb. 1897. ℳ 4,00
XXII. Kentaurenkampf und Tragoedienscene. Zwei Marmorbilder aus Herkulaneum. Nebst einem Excurs über das Heraklesbild in Casa Del Centenario. Mit 2 Tafeln und 7 Textabbildungen. 1898. ℳ 4,00
XXIII. Der müde Silen. Marmorbild aus Herculaneum. Nebst einem Excurs über den Ostfries des sog. Theseions. Mit 1 Tafel und 17 Textabbildungen. 1899. ℳ 3,00

---

Halis Saxonum, formis descripsit E. Karras.